NICETÆ ACOMINATI CHONIATAE, MAGNI LOGOTHETÆ, SECRETORVM, INSPECTORIS ET IVDICIS VELI, PRÆFECTI SACRI CVBICVLI: LXXXVI ANNORVM HISTORIA, VIDELICET AB ANNO RE-

ſtitutæ ſalutis circiter MCXVII. *in quo Zonaras deſinit, vſq; ad annum* MCCIII.
Libris XIX. *deſcripta, quorum hic ordo eſt:*

I *Liber de rebus geſtis Ioannis Comneni, Alexij filij, quem vulgò Caloioannem vocant.*
VII *Libri de rebus geſtis Manuelis Comneni, filij Ioannis.*
I *Liber de Alexio Porphyrogenito, Manuelis Comneni filio.*
II *Libri de rebus geſtis Andronici Comneni.*
III *Libri de Imperio Iſaacij Angeli Comneni.*
III *Libri de Imperio Alexij Angeli Comneni, poſt fratrem Iſaacium cæcatum & eiectum.*
I *Liber de Iſaacio, & filio eius Alexio, poſt recuperatum, Germanorum & Venetorum ope, Imperium: in quo etiam de Alexio Duca cognomento Murzuflo, ſeu ſupercilioſo, & confuſione ſtatus publici, & Conſtantinopolitano excidio agitur.*
I *Liber de initijs Imperij Balduini & Herrici fratrum, Flandriæ Comitum.*

OPVS LECTV IVCVNDVM ET VTILE, PRIMVM LIBERALITATE MAgnifici & Generoſi viri D. Antonij Fuggeri, &c. Cæſareæ Maieſtati à conſilijs, &c. Latinè [redacted] Hieronymo
Wolfio Oetingenſi interprete editum, cum Indice copioſo rerum: Nunc autem denuò cum græco diligentiſsimè collatum, ac proinde pluribus in locis quàm antea correctum & emendatum.



FRANCOFVRTI AD MOENVM,
ANNO, M. D. LXVIII.

NICETAE CHONIATAE LOGOTHETÆ SECRETORVM, INSPECTORIS ET IVDICIS BELI, PRÆFECTI CVBICULI Hiſtoria, quæ ab imperio Ioannis Comneni, Alexij F. incipit.

Laudes hiſtoriæ.

VTILITER inuentæ ſunt hiſtoriæ, neque paruas ijs, qui rebus melioribus ſtudēt, commoditates ſuppeditant, tum vetuſtatis memoria repetenda, tum iogenijs hominum explicandis, tum varijs eorum conatibus ob oculos ponendis, quibus animorum magnitudo, & honeſtatis amor ab ipſa natura fuit inſitus. Iam quia vitia perſtringunt, & præclaras actiones celebrant, moderatiores plerumque reddunt & meliores homines, tam ad vitia quàm ad virtutem propenſos, ijs duntaxar exceptis, qui turpiſsima educatione corrupti, ac mala conſuetudine deprauati, nullam virtutis rationem habent, quia nihil eſt in rebus humanis præclarius aut magis expetendum. Adhæc, ij quos monimenta hiſtoriarum complectuntur, quamuis mortales & obnoxij fatis, iam olim vitæ quaſi penſum abſoluerint, immortalitatis quodammodo fiunt compotes. Nam prout turpiter aut honeſtè vixerunt, ita malè aut bene audiunt, ac animus quidem in locum ſuum abit, & corpus in primordia, è quibus compoſitum fuit reſoluitur, actæ autem vitæ ratio, ſiue ſancta & iuſta, ſiue nefaria & iniuria, obitusque ſiue fœlix ſiue calamitoſus, clara hiſtoriæ voce prædicatur. Quamobrem haud ab re liber viuentium appellabitur hiſtoria, rerumque geſtarum deſcriptio tubæ clangor, quo iam olim mortui velut è ſepulchris excitati, in medium producuntur. Atq; hęc de hiſtoriarum vtilitate breuiter percurrere volui. Neque verò quiſquam adeò vecors eſt, quin eam lectoribus æquè iucundam ac fructuoſam eſſe lectoribus æquè iucundam ac fructuoſam eſſe iudicet. Nam quæ decrepiti ſenes, atque ij qui, ſi adhuc in viuis eſſent, Tithonum multis ætatibus vincerent, in cœtu auditorum ex memoriæ theſauro deprompta, in medium afferrent, eadem vel adoleſcens eruditus referre queat. His igitur de cauſis ego etiam ea quæ mea ætate, & paulo ſupra meam ætatem memoratu digna geſta ſunt, quæ quidem plurima & maxima fuere, non prætereunda ſilentio eſſe ratus, ad poſterorum memoriam propagare ſtudui. Cum autem eorum iudicijs aſſentiar, qui obſcuritatem & perplexarum periodorum prolixitatem hiſtoriæ alienam eſſe cenſent, & perſpicuitatem maximè

Perſpicuitas hiſtoriam maximè decet.

gratam & aptam, equidem huic quoque virtuti operam dedi, euitatis verbis affectatis, obſcuris, confragoſis, & ſi vulgus ijs auidè inhiare non ignoro, relictaque & ſuperioris & noſtræ ætatis conſuetudine, ſummo ſtudio in ijs elaborare. Nos verò longo tempore in id operam dedimus, vt dictione huic ſcriptionum generi conuenienter adhibita, non extra limites euagaremur. Quicquid enim, vt dixi, non apertum eſt, atque in promptu poſitum, hiſtoria abominatur, quicquid ſimplex & naturale eſt, & intelligentiæ obuium libenter admittit. Nam cum ad veritatem tanquam vnicum ſcopum collimet, aque oratoria calliditate & poeticis fabulis quàm remotiſſima ſit, etiam à forma dicendi ijs facultatibus propria abhorret. Quamuis autem multum grauitatis & reuerentiæ hiſtoriam comitetur, tamen quia vel opificibus, militibus & mulierculis etiam nota eſſe cupit, formulis elegantioribus delectatur, veſtemq; amat non ſanè luxurioſam & exoticam, ſed ſimplicem & mundam, nec perſpicuitate & breuitate quicquam habet antiquius. Quibus de cauſis veniam à lectoribus impetratam cupimus, ſi in opere noſtro ornatus deſiderabitur, præſertim cum argumentum hoc nunc primùm à nobis tractetur, quod perinde eſt, ac ſi viam deſertam ac minimè tritam ingrederemur, & longè difficilius, quam aliorum veſtigia perſequi, & via regia incedere. Auſpicabor autem ab ijs rebus quæ poſt Alexij primi ex Comnenia familia Imperatoris obitum acciderunt, vltra quæ ſuperioris ætatis hiſtorici non ſunt progreſſi, vt ea quæ à nobis dicentur, cum illorum dictis cohæreant, inſtar fontis vnius in plures canales diſtributi, aut annulorum longa ſeriæ inter ſeſe cohærentium. Ac Ioannis Imperatoris vitam, qui ſucceſsit Alexio, breuiter perſtringemus, neque earum rerum commemorationi diutius immorabimur, quas ipſi non vidimus, ſed ab ijs accepimus, qui eum viderunt, & in expeditiones comitati ſunt. In cæteris autem vberius tractabimus omnia. Sed iam ad rem ipſam accedamus, hinc ſumpto exordio.

Hiſtoriæ huius ordo & ratio.

IOHANNIS COMNENI *Imperium.*

Ioannes Comnenus à patre imperio deſtinatus, aduerſante matre.

ALexius Comnenus Imperator, filios tres, & quatuor filias habuit. Inter fratres natu maximus Ioannes fuit, Anna verò primogenita, Nicephoro Briennio, Cæſariſſa appellata nuptit. Ioannem parer maximè dilexit: datiſq; purpureis calceis, Imperio deſtinauit, & Imperatorem appellandũ curauit. Irene verò mater & Imperatrix, contra nihil non Annæ filiæ deferebat, neq; Ioannem apud Alexium maritũ, vt temerarium, & luxu perditũ, & leuem, ac planè vecordem calumniari noh deſiſtebat, neq; quicquam habebat antiquius, quàm vt Imperatorem ad mutandam de Ioanne ſententiã compelleret.

Nicephorus Bryennius Irenæ ſocrui charus.

Aliquando etiam Bryennium per occaſionẽ ſummis laudibus celebrabat, vt & eloquentiſsimũ, & rebus gerendis aptiſsimũ, & liberalibus artibus, quæ animum ad virtutem informent, & ad imperium ritè gerendum & tuendum maximo adiumento ſint, eruditũ.

Alexius uxoris Irenes importunitati non cedit.

Alexius verò quũ hæc materni affectus haud ignarus audiret, aliàs ſe grauioribus negotijs occupatum, verba illa prorſus non curare ſimulabat, aliàs tempus ad deliberandum ſumpturum, neque petitionem eius neglecturũ eſſe affirmabat. Semel verò temperare ſibi non potuit, quin eam ira alloqueretur: O mulier & lecti & imperij mei particeps, non tandẽ ea ſuadere mihi deſines, quæ filiæ tuæ grata ſunt, & conari, vt ordo laudabiliter inſtitutus turbetur? quòd ſi numinis alicuius ira percita es, ad ſanam redito mentem, ac potius mecum conſiderato, an vllus vnquam ex ſuperioribus Romanorum Imperatoribus, quum filium imperio idoneum haberet, eo neglecto, generum prætulerit? Ac vt aliquando tale quippiam acciderit, quod raro factum eſt, pro lege habendum non erit, à me præſertim, qui, quum regnum haud laudabiliter, ſed cædibus cognatorum, & rationibus ab inſtitutis Chriſtianorum alienis occuparim, toti Romano imperio riſui ſim futurus: & pro inſano habendus ſi in deliberatione ſucceſsionis, germano filio repudiato, Macedonem in ſolio collocaro. Sic autem appellabat Bryenniũ, Oreſtiade beata & præſtantiſsima vrbe Macedoniæ oriundum. Quibus verbis cum Irenæ petitionem grauiter refutaſſet, tamen deinde eũ præ ſe ferẽs, qui haudquaquam negaſſet, mulierem perpetua deliberationis ſimulatione differebat: quippe homo, ſi quiſquam alius, occulti animi, qui ſapientiam in diſsimulãdo poſitam ratus, raró admodum, quid facturus eſſet, præ ſe ferret. Inſtante autem obitu,

Ioannes vt imperium firmarit.

quum in ſplendidiſsimis Manganiæ regiæ ſubſtructionibus decumberet: Ioannes & eius rei & materni odij gnarus, quæ imperium in ſororem conferre niteretur, negotium cum cognatis ſui ſtudioſis communicat, quorum princeps erat frater Iſaacius, & clam matre paternum cubiculum ingreſſus, & tanquam morbum eius deplorare vellet proſtratus, annulum de manu eius ſurripit. Sunt tamẽ qui id eũ de ſententia patris feciſſe affirment, idq; ex ijs quæ mox ſequẽtur, fit probabile. Quum autem in cœtu ſuorum rem geſtam expoſuiſſet, eques ad maximam regiam properauit, armis ſtipatus, atque in ipſo Manganio monaſterio, & vrbis regionibus, à multitudine ſui ſtudioſa, & ijs qui fama rei exciti in vrbe verſabãtur, Imperator ſalutatus eſt. Quibus rebus Irene territa, filium monuit, vt cœptis deſiſteret.

Irenes & Alexij controuerſia de imperij ſucceſſore.

Sed quum is ſummo ſtudio rem vrgeret, neque verbis matris quidquam moueretur: Bryennium hortatur vt ſe adiutrice regnum affectet. Vt verò ne ſic quidem res procedebat, ad maritum accedit in lecto decumbentem, & tenui ſpiritu vitam adhuc præ ſe ferentem, & corpori eius incumbens, clarè vociferatur, lachrymis inſtar fontis exuberantibus, filium ipſo adhuc ſuperſtite res nouas molientem, regnum affectare. Ille verò grauioribus rebus occupatus, ſcilicet in vitæ exitu, & peregrinationi iamiam inſtanti intentus, oculis ad angelos, animorum duces, conuerſis, nihil ad ea reſpondit. Illa verò acrius vrgente, & filij facta ægerrimè ferente, cum exiguo coactoque riſu manibus in cœlum ſublatis, ſiue eo nuncio delectatus, & Deo gratias agens, ſiue delictorum veniam à Deo flagitans, vultu parum blando eam caſtigauit, quod imperij contentionem in diſceſſu animi à corpore moueret. Mulier itaque haud dublè maritum ijs quæ audiſſet, delectarum eſſe rata, vt iam omni fruſtrata ſpe, deiectaque prioribus conſilijs, cum magno gemitu dixit: O marite, & viuens omnibus dolis inſtructus fuiſti, aliud dicere, aliud ſentire ſolitus, & nunc è vita diſcedens à conſuetudine iſta non diſcedis.

Ioannes palatium occupat.

Interea Ioannes ad magnum palatium progreſſus non facilem aditum habuit, cuſtodibus non ſtatim annulo oſtenſo acquieſcentibus, ſed aliud quoq; euidentius argumentum requirentibus quo ſe patris iuſſu adeſſe comprobaret. *Porta verò palatij aperta, quæ ita parata erat, vt quum ex altera parte in ſummo latis æreis laminis paululum attollebatur, cardine emota humi caderet, facilem ingreſſum habuit, comitantibus ſatellitibus & cognatis. Vnà irrupit etiam promiſcua turba, qua obuia quæque diripere aggreſſa, foribus clauſis, & qui extrà erant, introitu prohibiti ſunt: & qui irruperant, cõpluribus diebus incluſi, cum Imperatore vixerunt.

Alexij funus.

Agebatur tum menſis Auguſti dies 15. cum Imperator Alexius ſub noctem vita functus eſt, anno imperij 37. menſe 4. cum dimidio. Poſtridie mane ſtatim mater Ioannem ad paternas exequias vocat, quòd corpus eius mox in monaſterium, quod ipſe Chriſto propitio conſtruxiſſet, efferendum eſſet. Sed eum dicto audientem non habuit, non quòd matris autoritatem aſpernaretur, aut patris honorem negligeret, ſed quòd regno nondum firmato, aduerſarios Imperij cupiditate adhuc flagrantes metuebat. Proinde vt Polypodes ſaxis, ita ipſe palatio inhærebat, maxima tamen parte cognatorum ad funus patris ornãdum ablegata.

Ioannis initia regni, & amici.

Diebus compluribus elapſis, aditum & exitum palatij cuiuis liberum fecit, & vt rebus iam in tuto collocatis. Cognatis & familiaribus pro dignitate cuiuſque honorem habuit:

Iſaacius Comnenus.

Iſaacium fratrem tanto amore proſequens, vt à latere eius nunquam diſcedere, eodemque ſpiritu vti videretur, tum quòd ab eo ſummopere diligebatur, tũ quòd eius vnius aut certè præcipuo ſtudio regnum occuparat. Cuius initio ſtatim pari ſella, eademq; menſa, & ea proclamatione eum dignatus eſt, qualis Sebaſto cratoris

hono-

Ioannes Comnenus. Gregorius Tarunita.

honorem decebat, quem à patre Alexio Iſaacius acceperat. Reipublicæ curam cognatis mandabat, Ioanni Comneno, quem Accubitorem legit, & Gregorio Tarunitæ Protoueſtiario. Verum alter, quòd intolerabile ſupercilium attollebat, niſi digito verteret omnia, & inſigni arrogantia præditus erat, citò à Reipub. gubernaculis eſt amotus. Gregorius verò negotijs gerendis intentus, & intra muneris ſui limites modeſtè ſe continẽs, poteſtate diuturniore vſus eſt. Huic poſtea

Gregorius Camaterus.

collega datus eſt alter Gregorius, Camaterus cognomento, vir egregius ille quidem ſed obſcuro atque ignobili genere ortus, Eum Alexius in ſcribarum numerum allectum, & affinitate ex coniugio cognatæ cuiuſdam deuinctum, Logothetã

Ioannes Axuchus Perſa.

ſecretorum deſignarat. Cæterum Ioannes Axuchus natione Perſa, omnes apud hunc Imperatorem autoritate anteibat, qui principe vrbe Bithyniæ Nicea ab Occidentalibus legionibus in Palæſtinam proficiſcentibus, expugnata captus, & Alexio dono datus; cum Ioanni æqualis eſſet, in colluſorem eius aſcitus fuit, & inter domeſticos & cubicularios chariſsimus habitus. Eo verò rerum potito, omne dignitatis faſtigium ſupergreſſus, Magnique Domeſtici honore ornatus, eò proceſsit, vt multi honoratiſsimi viri ex regia ſtirpe caſu obuiam facti equis deſcenderent, eiq; honorem haberent. Erant autem ei viro manus non ad bellum duntaxat eruditæ, ſed & ad beneficentiam expeditæ & promptæ. Vnde factum, vt generis obſcuritatem generoſa indoles & liberalitas ferè obtegerent, atque Axuchum charum redderent omnibus. Cæterum, anno nondum exacto, & inuidia & indignatione cognatorum Imperatori inſidiæ comparatæ ſunt, quarum ratio

Cognati à Ioanne ad Bryennium deſciunt.

ignoratur. Illud conſtat, eos improba conſpiratione inita, & fide inuicem data, ad Bryẽnium omnes defeciſſe, eique regnum detuliſſe, vt & liberalibus diſciplinis erudito, & regia forma conſpicuo, & ob Imperatoris affinitatem præferendo. Nam vt ſuprà diximus, Annam Cæſariſſam, ſororem imperatoris, in matrimonio habebat, omnium diſciplinarum parenti Philoſophiæ deditam, & omnibus artibus eruditam. Ac Impera-

Bryennij ſocordia.

torem in equeſtri circo Philopatio, qui parum à terreſtri porta diſtat, armis noctu oppreſsiſſent, iam antè largitionibus, portæ cuſtode corrupto, niſi Bryẽnij innata ſocordia, & remiſsior animus quàm regni affectatio poſtulet, irritum eũ conatum feciſſet, tum ipſo quieſcente, oblitoque fœderis, tum coniuratorum ardore extincto. Quo

Annæ Cæſariſſæ indignatio.

tempore Anna Cæſariſſa mariti ignauiam pertæſa, iraque percita, iniquè ſecum agi dixiſſe, & naturam multum accuſaſſe fertur, idque verbis obſcœnioribus: quod ſe mulierem, Bryennium virum feciſſet. Manè coniuratis deprehenſis, nemo eorũ mutilatus aut flagris cæſus eſt, ſed omnes mulctati bonis, quæ tamen aliquanto pòſt plerique receperunt, Imperatore humanitatem ab ipſa coniurationis principe Anna Cæſariſſa auſpicato. Cuius rei hæc fuit occaſio. Imperator quum omnis generis opes, auri, argenti, & variarum veſtium in vna domo congeſtas ſpectaret, naturæ ordinem inuerſum eſſe queſtus, quòd cognatos hoſtes, alienos amicos habuiſſet, etiam opes ad amicos tranſire oportere dixit, & omnia Magnum domeſticum accipere iuſsit. Is verò

Axuchus Imperatorem Annæ reconciliat.

ſummæ Imperatoris munificentiæ gratijs actis, & dicendi quæ vellet poteſtate petita atque accepta, Etſi tua ſoror, inquit, Imperator, violentum & iniquiſsimum facinus auſa, re ipſa cognationem abiurauit, tamen nõ vt affectũ, ira etiam appellationem naturalẽ amiſit. Quum igitur adhuc boni Imperatoris ſoror maneat, ch[illegible]m, quam nũc dementia perdidit, naturæ adiu[illegible] ſuffragio, pœnitentia recuperabit. Parce igitur ſorori, Domine, quæ tuã Maieſtatem violauit, eamq; humanitate caſtigato, quæ illuſtri bonitate tua ſe victam fatetur. Dato ei etiam quæ in medio poſita ſunt, non vt iuſtum debitum, ſed vt donum voluntarium, quæ quidem, vt patrimoniũ ſuum, & in familiam reditura, iuſtius quàm ego poſsidebit. Hac oratione Imperator, ac potius vere cundia, impulſus, alacriter Axuchi monitis obtemperat, ſe regno indignum fore profeſſus, ſi ille cũ tanti tamque parati emolumenti contemptu erga familiam ſuam humanior iudicaretur, ac reconciliata gratia, Cæſariſſæ omnia reſtituit. Irene

Irene tandẽ mater eſſe incipit.

verò mater Imperatoris, nullo modo conſcientiæ inſidiarum conuicta, ſed potius memorabilẽ ſententiã elocuta eſſe fertur: Nec Imperatorem qui abſit, quærendum, nec qui adſit, pellendum eſſe. Atque illud etiã dixiſſe, Heu quantos cruciatus filij percuſſores mihi ſunt moliti, acerbiores vtiq; ijs doloribus quos in pariẽdo toleraui. Nam ij fœtum ad lucem vrgebant, iſti verò ex inferorum barathro per media viſcera mea penetrantes, immortalem mihi luctum attuliſſent. Poſt

Ioannis expeditiones contra Perſas.

hæc Imperator, cum Perſas fœdus cum patre ſuo initum nihili facientes, vrbes Phrygiæ, & ad Mæandrum fluuium ſitas, magnis copijs incurſare cerneret, primo veré egreditur, multisq; prælijs victor Laodicæam capit, & mœnibus cingit, eiecto Alpichara, qui vrbi cum præſidio præerat, cæterisque rebus ordinatis, domum redijt, Nec diu Byzantij commoratus denuò relicta regia, in tabernacula ſe confert, ad Barbarorum incurſiones præcauendas. Nam quia facile detrimenta capi ab imparatis videbat, expeditionibus immorari maluit, vnde duos fructus pulcherrimos caperet, alterum, ſuarum prouinciarum incolumitatem, quæ militibus in aciem eductis, potiſsimũ defenditur, alterum exercitationem legionũ, & morã in re bellica, qua relicta vmbra, prælijs vt tinctura ferrum, roborarentur. Abijt igitur ad Sozopolim, Pamphiliæ vrbem, ſubigendã, quæ quum

Sozopolis, Pamphyliæ vrbs, capitur.

& ob militum præſidium, & ob loci naturam, præruptis & inacceſsis ſaxis muniri, expugnatu difficilis putaretur, diuinitus huiuſmodi conſiliũ capit. Pactiario cuidam, copijs equeſtribus traditis mandat, vt ſubinde ad Sozopolis mœnia adequitet, & ſagittas in ea conijciat, quòd ſi hoſtes egrediantur, terga det, nec eis pugnæ copiam faciat ſed ſyluoſas ſemitas, & impeditas, quæ parũ ab vrbe diſtent, prætereat. Ille Imperatoris monitis obtemperans, cum Perſæ vrbe effuſi, multum & ſæpe perſequerentur, hoſtem decipit, inſidijs in anguſtijs collocatis. Quum igitur Turci in vna excurſione, inſidijs non præuiſis, inſtantius & longius, etiam inſidias temerè prætervecti, perſequerentur: Romani qui in inſidijs erant quum Perſas ſecuros toto impetu inſtare ſuis viderent, nec ſpe-

nec ſpectare quidquam aliud, niſi vt hoſtẽ comprehenderent, ſubitò conſurgunt, ac Sozopolim petunt. Paulò pòſt ijs etiam qui fugiebant conuerſis, Turci in medio circumuẽti, quum nec ad vrbem, ob Romanos ex inſidijs ad occupandos aditus progreſſos, accedere, neque à tergo inſt[illegible] effugere poſſent, partim capiũtur, parti[illegible]duntur, pauci equorum celeritate eua[illegible] Sic vno Imperatoris prudenti conſilio capitur Sozopolis. Deinde caſtellum, quod Cacumen accipitris vocatur, in deditionem accepit, & plurima alia oppida & munitiones, olim Romanis tributaria, tum verò Perſis coniuncta, ſubegit. Quinto imperij eius anno, quum Scythæ Iſtrum tranſgreſſi, Traciam popularentur, & obuia quæq; locuſtarum inſtar vaſtarent: Romanas copias vndiq; conuocatas, & quàm accuratiſſime armatas, contra eos educit, non ob multitudinem duntaxat, penè innumerabilem, ſed etiam ob inſolentiam & confidentiam barbarorum. Repetebat enim memoria labores ſuos, quos Alexio Comneno imperante ceperat, quũ Thracia occupata, & Macedonia maxima ex parte deſolata eſſet. Ac principiò miſſis ad Scythas legatis, eorum linguę peritis, periculum facit, an vt ad pactiones deſcendant perſuadere poſſit, & à belli conſilijs omnes auocare, aut ſaltem pleroſque. Nam in plures tribus erant diſtributi, nec vni duci parebant. Hoc igitur pacto quoſdã ex principibus eorum, omni genere comitatis ſibi conciliat, non modò luxurioſis conuiuijs inſtruendis, ſed & ſericis veſtibus, & poculis & lebetibus argenteis donandis. Quibus illecebris cum fucum feciſſet Scytis, eoſq; vana ſpe inflaſſet, non cunctandum eſſe ratus, copias in aciem eduxit, dum adhuc ambiguis eſſent animis & ſuſpenſis, ac pacem ob pollicitationes illas cũ Romanis facere cogitarent, nec tamen à pugna, vt olim vincere aſſueti, abhorrerent. Educto igitur Beroe exercitu (nam ibi caſtra habebat) crepuſculo Scythas aggreditur. Fit horribilis cõflictus, & atrociſſima pugna committitur. Nam & Scythæ noſtrum exercitum incurſione equorum, & emiſſione Sagittarum, & clamore in congreſſu immani ſublato, fortiter exceperunt. Romani verò ſemel tentata Martis alea, ita pugnare inſtituerunt, vt aut hoſtes profligaturi, aut morituri. Sed & Imperator amicorum & ſatellitum præſidio ſeptus, laboranti ſubinde parti opem ferebat. Verùm Scythæ in hoc conflictu ipſa neceſſitate artiũ magiſtra edocti, rem huiuſmodi ſunt commenti. Omnes currus in orbem coniunxerunt, ijſque non exigua ſuarum copiarum parte impoſita, pro vallo ſunt vſi, ac multos obliquos aditus platearum inſtar, in ijs reliquerũt. Quum igitur à Romanis vrgebantur, tergis obuerſis intra currus, tanquam munitam arcem, nullo fugæ incommodo ſe recipiebant. Inde recuperatis viribus, tanquam portis erumpentes, fortia facinora edebant, neq; ea res aliud erat, quàm mœnium oppugnatio, quæ in media planicie Scythæ ex tempore ſtruxerant. Vnde fiebat, vt Romani labore irrito fatigarentur. Tum verò Ioannes prudentiæ ſeu ſpecimen edebat. Neq; enim conſilio duntaxat, & ingenij ſolertia valebat, ſed primus etiã ea quæ ducibus & legionibus mandabat, exequebatur. Illud autẽ inſignem etiam pietatem eius teſtatur. Nam cum Romanæ phalanges, vrgentibus hoſtibus, & audacius ſe inferentibus, laborarent, imaginem Dei genetricis cum gemitu & miſerabilibus geſtibus intuens, lachrymas bellicis ſudoribus calidiores fundebat, neq; id fruſtra. Statim enim cœleſti robore armatus, Scythicam aciẽ profligat: quemadmodum olim Moyſes extenſione manuum Amalechiticas turmas diſſipauit. Aſſumptis igitur armigeris, qui clypeis oblongis & prominentibus galeis, inſtar muri inexpugnabilis, muniũtur, cum Scythis congreditur, qui cũ diſſoluta illa curruũ ſerie, ad manus venirent, in turpem verſi fugam, à Romanis, alacriter perſequentibus, magno numero cæduntur Hamaxobij illi, caſtriſq; direptis, innumerabiles capiuntur. Sed & transfugæ deſiderio captiuorum popularium confluebant adeò, vt in occidentali quadam prouincia Romana, pagi ab eis conderentur, quorum adhuc reliquiæ ſuperſunt: nec pauci in ſociorum cohortes referrẽtur, & maior turba, ab exercitu capta, venderetur. Hac de Scythis parta victoria, & illuſtri edito facinore, Ioannes vota Deo perſoluit. quod feſtum Pazinacarum noſtro tempore dicitur, in rei geſtæ monimentum, & grati animi teſtimonium. Non multo pòſt etiam contra Triballos, quos alij Seruios dicunt maleficio non abſtinentes, & fœdifragos expeditionem denunciauit, & hos quoque barbaros acie victos ad pacem coegit, qui alioqui etiam parum potentes, ſubinde vicinis imperijs ſubſunt, abactaq; inde præda immenſa, & locupletato exercitu, captiuã turbam in Orientem traductã, in Nicomedenſi prouincia vberrimis agris aſſignatis collocauit. Ita captiui populi partem in legiones retulit, partem tributariam fecit. Suſcepit hic Imperator filios, quorum natu maximo Alexio purpuræ ius, & purpureos calceos dedit, & cùm à populo Romanorum Imp. ſalutaretur, vnà ſecũ proclamari paſſus eſt, proximum ab hoc Andronicum, & Iſaacium tertium, ac natu minimum Manuelem Sebaſtocratorica dignitate ornauit. Aiunt enim in ſomnis vidiſſe, filium Alexium recens coronatum leoni inſidere, quem auribus habenarum vice moderaretur, cum alioqui nihil haberet, ad domandam belluam accommodatam. Cuius viſi hæc ſignificatio erat, puerum Imperio titulo tenus & nomine abſque re potiturum, regia verò poteſtate orbatum iri, id quod paulò pòſt accidit, eo morte ſublato. Sub æſtatem, Hunni ſuperato Iſtro, & Branizobam vaſtarunt, & mœnibus dirutis, ſaxa Zeugminum tranſtulerunt, & Sardicam ſpoliarunt, ſpreto & rupto fœdere. Huius controuerſiæ occulta & vera cauſa fuit, quòd Almuzen Stephani Hunnorum principis fratrem ad ſe profugum Imperator libentiſſimè ſuſceperat. Id verò prætexebatur, & palàm obijciebatur, quòd Branizobani Hunnorum mercatores ſpoliarent, & peſſimè tractarent. Quod malum cum præter expectationem ingruiſſet, Imperator prudenti cõſilio Philippopoli ſe tenuit, Hunnis inde pulſis. Succedenti verò tempore, ad inſtructionem ſuorum & vltionem hoſtium vſus, copias coegit, & naues expeditas comparauit, ijſque per Pontum in Iſtrum traiectis, terra

& aquâ

Accipitris Cacumen.

Scythæ arte profligati.

Currus pro arce.

Imaginis Dei genitricis inuocatio.

Pacinacarũ feſtum.

Triballi ſeu Seruij.

Ioannis filij, Alexius, Andronicus, Iſaacius, Manuel.

De Alexio, ſomnium patris.

Hunnicum bellum.

Branizoba.

Zeugminum

Sardica.

Almuzes.

Stephanus.

& aqua aduerſarios eſt adortus. Fluuio triremi
Imperatoria traiecto, & exercitu in aduatſa ripa
expoſito, colluuiem barbarorum equeſtri pugua
& haſtarum acie profligauit: & in hoſtili agro
maiore quàm prius vnquam tolarantia commo-
Francecho-rium. ratus, Franchorio potitus aſt, fertiliſsima terræ
Hunnicæ parta, quę decliuis in patentes campos
intra Saum & Iſtrum fluuios axtenditur: & Zeu-
gminum deditiona cæpit, & ipſum Chramum
aggraſſus maxima præda potitus aſt. Ac poſt a-
lias dimicationes, pace cum hac gente facta, &
vtiliter firmata, cæterisque barbaris, qui Roma-
nis verſus Occidantem finitimi ſunt, vel inuitis
in amicitiam ſuam pertractis, cum toties proſpe
rè pugnaſſat, etiam remotiores gentes quocunq;
modo ſubigendas cenſuit, easque potiſsimum,
quæ Conſtantinopolim mercaturæ & quæſtus
Caſtamon Perſameniȷ. gratia appellerent. Itaq; maritimam Italiam ſi-
bi conciliauit, quæ plænis velis in vrbem impera
tricem vehebatur. Ita gentibus Occidantalibus
pacatis, traducto in Otiantem axercitu, Perſar-
menios, qui Caſtamonem tenebant, aggradi in-
ſtituit. Igitur per Bithiniam & Paphlagoniam
prouincias aò proficiſcitur, & ſcalis plurimis ad-
hibitis, machinisq; circnmpoſitis, vrbe potitur,
& Perſarmanium ſatrapam rebus daſperatis ce-
dera cogit, nec exigua Perſarum multitudine ab
ducta, Byzantium reuarſus triumphum indicit,
& currum argento interpunctum compingi iu-
bet, opus admirabile, & gammis alicubi nō pre-
cioſiſsimis ornatū. Quum dies ſupplicationis a-
deſſet, omnis ganeris tapetes auro & purpura in-
tertexti vicos axornabant, nec deerant Christi
& ſanctorum effigias in ȷs ad viuum axpreſſæ.
Erant & tabulata vtrinque propter ſpectatores
ſtructa, digna admiratione. Fuit autem is locus
vrbis ſic inſtructus, qui ab Orientali porta vſque
D. Maria ad magnum palatium pertinet. Quadrigæ à qua
triumphat tuor equis, niue candidioribus trahebantur. Im-
perator verò non conſcandit, ſed Dei genitricis
imaginem in eo collocauit, ob quam lætitia ex-
ultabat, & animo penè linquebatur, cui victo-
rias, vt collegæ Imperij inuictę, acceptas farebat.
Habeoas vitis potentiſsimis moderandas. & co-
gnatis ſuis currum curádum dedit, ipſa crucem
manu geſtans, pades anteceſsit, & Dei ſapientiæ
templum ingreſſus, atque in conſpectu omnis
populi ob ſucceſſus gratiȷs Deo Actis, in palatiū
abiȷt. Quum non diutius fuiſſet domi, quàm vt
& ipſe à ſubditis carneretur, & theatris oblecta-
retur, & milites poſt diuturnam militiam lares
tandam ſuos ſalutarant, & equos recrearent, &
haſtas exacuetant, denuò contra Caſtamonem
Taniſmanius. mouit. Nam Taniſmanius Parſarmenius, qui
Cappadocia tum potiabatur, vrbem cum maio-
Caſtamonis recuperatio. ribus copiȷs adortus, expugnarat, & præſidiarios
milites trucidarat. Imperator eò profectus, Ta-
niſmanium mortuū innenit, & Muchumetum
quendam vrbi præaſſe, cui cum Iconij præſide
Maſuto inimicitiæ intercedabant. Itaq; rei ſuæ
ſtabiliendæ occaſionem nactus, cum Maſuto pa-
cam facit, acceptisque ab eo auxilijs, Muchume
tum inuadit. Qui quum ſe duobus exercitibus
imparam fore carneret, cum populari ſuo Ma-
ſuto de reconciliatione agit, eamque impetrat,
cùm alijs rationibus, tum ea potiſsimum, quòd
iſta ad Romanos defectione rem Perſicam affli-
cturus eſſat, niſi in gratiam redirent. Ita Maſuto *Muchumeti & Maſuti reconciliatio.*
parſuadet, vt ſociatata Imperatoris rapıdiata,
ſecum faceret. Quo paulò poſt facto, Sultani au-
xilijs Parſicis noctu digreſsis, parum ſucceſsit
Romanis aa expeditio. Caſtris igitur in id oppi- *Rhyndacū*
dum translatis, quod ipſa ad Rhyndacum fluuiū
ſtruxarat, Muchumetum maiore impetu ador- *Gangræ*
tus, Caſtamona recuparata, ne Gangra quidam *expugnatio et amiſ*
abſtinuit, vna ax maximis & Illuſtriſsimi Ponti *ſio.*
vrbibus, quæ non ita pridam à Perſis ſubacta
fuerat. Ibi cum mota belli ſuburbana omnia ſub
agiſſet, ipſam vrbem operibus cinxit. Cum antè
Parſæ qui intus erát, alati animis, Imperatori vr-
bis aditu nulla pactione cederér, milites eá coro-
na circundant, mœnia quà oppugnari poterant
arietibus continenter percutiunt. Sed cum aa ra
ob propugnaculorum robur, & hoſtium perti-
naciam parum proficeret Imparator, omiſsis
mœnibus, ſaxa in ædes, quæ è collibus, in quibus
caſtra erant, conſpiciabantur, iaculari inſtituit.
Qui igitur machinis præerant, lapides rotundos
& lauas, ob patentem proſpectum, quàm longiſ-
ſimè eiaculantes, vt volitare, non è machinis ex-
cuti vidatentur, domos quaſſabunt: quæ tectis
confractis proſtratæ habitatores opprimabant.
Ita neq; per vicos tranſire tutum erat, & domi ſe
continera periculoſius. His de cauſis igitur obſi-
dionis pertæſi ciues, ac vel in primis Taniſmanij
obitu Gangræ præſidis conſternati, ſametipſos
& vrbem Imperatori dadiderunt. Qui ingreſſus,
multisqua Perſis abductis, & duobus millibus
Romanorum in vrbe collocatis, Byzantium re-
uertitur, Sad nec hanc vrbem Romani diu tenu-
erunt. Nam Perſæ longè maioribus & fortiori-
bus copijs reuerſi, eam & operibus & fame
domuerunt, Imperatore alıjs rebus grauibus oc-
cuparo & intento. Poſt hæc axpeditionem in
Ciliciam denunciauit Lebunæ, Armeniæ regis *Expeditio in Ciliciā.*
vlciſcendi cauſa, qui præter alia Romana oppi- *Lebunes.*
da ſubacta, etiam Seleuciæ imminabat. Igitur &
veterato milite conuocato, & nouis delectibus
habitis & iuſto commeatu ad diuturnam expe-
ditioné præparato, Ciliciæ portis citra pugnam
ſuperatis, Adanam occupat, & Tarſo potitur. *Adana.*
Sed præ animi alacritate his non contentus, pro *Tarſus.*
tota Armenia pugnat, & caſtellis opportuniſsi- *Armenia*
mis quibuſqua partim deditione, partim vi ca-
ptis, tota prouincia potitur. Aggreſſus autem
inter cætara caſtellum quoddam præruptum,
nomine Bacam, cum hoſtas non ſupplices ma- *Baccæ ca-*
nus protenderant, nec pacificationam vllam ad- *ſtelli.*
mitterent, toto exercitu circumpoſito, & ope-
ribus excitatis, ſanagauit inda diſcaſſurum, niſi
capro oppido, etiamſi in obſidióna canaſcēdum,
& niuium procellis ſæpius albeſcendum aſſet.
Interim obſaſſos admonens, quantis benaficijs
afficiendi eſſant, ſi munitione ſibi cederent, &
& quàm peſsimè tractádi, ſi balli more capti ax-
arcitum intra mœnia viderent. Sed hæc aſpidi-
bus canabantur aures da induſtria obturátibus,
ne magi incantationé audirent, neq; aliud niſi
Aethiopem lauare eum apparebat. Nam & ıȷ qui *Conſtātini*
eum locum defendebant. omnes ad certaman *Armenij*
parati erant, & Conſtantinus quidam Arme- *et Euſtratij Macedo*
nius nobiliſsimus, promptitudine manuū vul- *nis duellū.*
go præ-

go præſtantior, ciues non modò inſtruebat, & ad Romanum bellum concitabat: ſed & ipſe ſæpe ex caſtello proſpectans, & armatus in tumulo ſtans, quem natura rupe, ars mœnibus circumdatum firmarat: Græca voce dicteria in Imperatorem iaciebat, & vxorem eius ac filias oris impotentis homo obſcœnis verbis deridebat. Itaque petulantem Barbarum comprehendere Imperator & mulctare cupiebat. At ille viribus fretus, & naturæ ſuæ robur iactitans, Imperatoris aciem ſubſannabat, & ad ſingulare certamē aliquem ab exercitu delectum prouocabat. Sed & Imperator ſtatim tribunis mandat, vt fortem aliquem militem, qui Armenio par eſſe queat, deligant. Euſtratius igitur ex Macedonica legione delectus, ſcutum viri longitudine accipit & enſem recens acutum. Sic armatus è caſtris ad radicem collis abit: & Armeniom hortatur, vt nonnihil deſcendat, quò in æquo campo pugnent, ſi omnino duellum appetat: & non, præter alia furioſa dicta, iſtud etiam temere effutiat. Quæ verba Conſtantinus ſibi probro eſſe ratus, fulguris inſtar nubibus emicātis, aut montanæ capræ è fruticibus exilentis, Euſtratium aggreditur, bellator & ingenti corpore, & animo confidenti, albo clypeo munitus vndique æquali, cuius vmboni crux inſculpta erat: & gladium dextra gerens, clypeum Macedonis & recta & ex obliquo ferire non deſiſtebat, inſana temeritate incitatus & ſubinde expectabatur magno malo virum affecturus. Imperator verò in Macedone ſpem adeò nullā habebat, vt eum euaſurum eſſe clara voce negaret. Quamuis autem Conſtantinus tanto impetu Euſtratium vrgeret: tamen eundem Romani acclamationibus confirmabant: & vt viciſsim feriret hoſtem, admonebant. Is verò ſæpe elata manu quaſi percuſſurus, præter expectationem eandem retrahebat: haud ſecus ac ſi præſtigiator quiſpiam dextram ab ictu auerteret, & ad facinus paratam reprimeret. Tandem enſem diu libratum ita in Conſtantini clypeum impegit, ingentem illum quidem & planè Hectoreum, vt medium diſſecaret. Ad quod factum Romani cum magna admiratione exclamarunt. Armenius verò clypeo præter ſpem nudatus, cum non amplius in planitie manere poſſet, fuga ſalutem quæſiuit: & vt in capitis periculo magna cum feſtinatione in tumulum ſe recepit. Deinceps verò ſuo loco manens, neque Romanos contempſit, neque in Imperatorem & genus eius conuicia tanquam obſcœnitatis ſuæ ſagittas iecit. Macedo autem rogatus ab Imperatore, quo conſilio manum ſæpius ſuſtuliſſet, quaſi percuſſurus aduerſarium, ac vnum duntaxat ictum intuliſſet: ſibi propoſitum fuiſſe, reſpondit, vno ictu & clypeum & Armenium diſſecare, quod quum ad exitum perducere non poſſet, quòd is clypeum corpori non applicatum, ſed longiuſculè remotum haberet: noluiſſe fruſtra digladiari, ac geſtamen probe tetigiſſe, atque vtinam hoſtem inermem eodem modo tangere potuiſſet. Imperator hanc orationem admiratus, maximis donis Euſtratium proſequutus eſt. Paucis diebus pòſt, eo quoque caſtello vi expugnato, Conſtantinus captiuus in compedibus abducitur. Deinde in triremem coniectus eſt, vt Byzantium peteheretur: quæ cum oram ſoluiſſet, homo audax & temerarius cuſtodes noctu aggreſſus, plurimos occidit: & à ſuis famulis ſolutus, fuga elabitur. Sed priuſquam nouis rebus ſtuderet, comprehenſus, & Imperatori proditus eſt. Neque verò Bacæ duntaxat expugnatio, ſed prius etiam Anabarzæ, plurimum difficultatis habuit. Nam ea vrbs frequentiſsimè habitatur: & in præruptis ſita rupibus, robuſtis mœnibus cingitur. Tum verò magis etiam ab ijs qui ſe eò tanquam in aſylum contulerant, omnes cataphracti, & viri fortiſsimi, aditis etiam propugnaculis, & omnis generis machinis firmata erat. Imperator igitur partem ſui exercitus eò præmiſit, quæ Perſicis cohortibus conſtabat, quas in Gangræ deditione cæperat, vt animos Armeniorum periclitaretur, ac planè cognoſceret, vtris ſtuderent. Verùm hoſtes ad primum eorum conſpectum ira inflammati: quaſi verò ſtatim perituri, ac ne primum quidem impetum ſuum toleraturi eſſent, portis apertis eruperunt. Quumque ad manus ventum eſſet, eos in fugam coniectos longiſsimè perſequuntur. Sed quum paulò pòſt Perſæ conuerſi, Romanis legionibus opem ferentibus, ſubſtitiſſent, mutata pugnæ facie, Armenij inuiti mœnibus includuntur. Mox etiam machinis admotis, rotundis ſaxis turres feriuntur. Cæterùm nec barbari conquieſcunt: quin & ipſi ex aduerſo, productis machinis, grandia ſaxa ex propugnaculis in exercitum iaculantur, & ferramenta ſcintillantia vibrant: eaque parte Romanis omnino ſuperiores principio, plurimos lædebant. Deinde inopinato quodam & belluino impetu erumpentes, ſe inuicem cohortati, machinas, igne in ſtoreas & pigmata, quibus tegebantur, ingeſto, facilè cremant. Sequuntur cachinni hoſtium, hilares corporis agitationes, Romanorum crebra deriſio, ludibria contra Imperatorem, nugæ longæ. Cùm pugna nonnihil quaſi per inducias quieuiſſet, Romani tormenta reparant, eorumque teguminibus è limo confectis, poſtridie mœnia denuò feriunt. Quum autem flagrantia illa ferramenta, quæ Armenij iaculabantur, machinis nihil incommodarent, irriti conatus efficiebant, vt prior eorum riſus & ludibria in luctum verterentur. Maſſæ enim quæ ex vrbe librabantur, & ſi concitatæ erant, & acriter feriebant: tamen quum in tegumina illa tata, humida, lutea & laxa incidebant, erant irritæ: atque impetu remiſſo, & flamma extincta, nihil eorum faciebant, propter quæ mittebantur. Muro igitur vrbis in multis partibus perrupto, facilis in eam patuit aditus. Hoc modo Imperatori cedunt hoſtes, dudum impudentes, & armis frementes, eique Anabarzam coacti magis quàm vltrò dedunt. Nec id tamen ſtatim, ſed re iterum tentata, & pugna ſæpius repetita, & tranſitu in alterum contiguum murum facto: à quo Romanos non ſine ſanguine, quemadmodum à primo, repellebant. Circumiacentibus caſtellis eodem tractatis modo, in Cœleſyriam abit: & pulcherrimam vrbem Antiochiam ingreſſus,

Crucis ſignū clypeo inſculptū.

Anabarzæ expugnatio.

quam

quam fluuius Orontes perfluit, & ventus Fauonius perflat, ſupinis manibus à principe Raimundo, & omni ciuium multitudine ſuſcipitur. *Antiochia. Raimundus.* Diebus pluribus in vrbe commoratus,* initaq; cum Principe Raimundo & Tripolitano comite amicitia: Antiochiæ finitimas Syrophœniſſas vrbes, quæ ab Agarenis tenerentur, aggredi ſtatuit. Profectus igitur ad Euphratem fluuium, vbi ad oppidum, quod ab incolis Piza vocatur, perueniſſet, *Pizæ expugnatio.* & hoſtes in conflictu fortiſsimè ſe geſsiſſent: Romana legio, quæ impreſsionem fecerat, recedit, hoſtibus aliquouſque perſequentibus, vt quorum immanem & incredibilem impetum ferre non poſſet. Paulo verò pòſt, quum ipſe Imperator cum ſua phalange ſe oſtendiſſet, multi hoſtes adoriuntur: qui Romanorum incurſione turbati, intra mœnia compelluntur, neque amplius excurrere decreuerunt. Habebat id oppidum murum duplicem, quem alibi foſſa profunda cingebat, alibi viuum ſaxum muniebat. Multis verò turribus ſaxorum grandine proſtratis, Agarenorum feroces & elati animi conciderunt: vt ſupplices vitam ab Imperatore peterent, eamque omnibus opibus commutarent. Ex hoc, parte copiarum contra vrbes & caſtella vltra Euphratem ablegata, multas manubias coegit, & Pizam Edeſſeno Comiti donauit: *Pempezum.* Bempezoque præterito, vt expugnatu facili, quum in accliui planicie ſitum eſſet, contra Chalepum & Pherepum eſt profectus, *Chalepum, Berrhœa.* precibus Antiocheni principis, qui vnà militabat impulſus. Quum ad Chalepum acceſsiſſet, quæ olim Berthœa dicta fuit, videt vrbem eſſe frequẽtem, & magnis militum pręſidijs munitam: qui ad primum Romanorum conſpectum, impetum in Imperatorios faciunt, victique mœnia repetunt. Nec ſemel duntaxat, ſed iterum atque iterum excurſionibus factis, nunquam vicerunt: Imperatori verò vrbem circumeunti, & ſpeculanti, clam tormentis inſidiati, aberrarunt. Qui quum in præſentia nihil efficere poſſet, tum ob vrbis munitiones, & equeſtres in ea pedeſtreſque copias, tum quòd commeatus, ignis & aquæ penuria laborare incipiebat: inde diſcedit. & Pherepo primo impetu capto, *Pherepi direptio.* & Comiti cuidam Antiochenæ vrbis donato: ad aliam vrbem tranſit. Caphardam nomine, *Caphardæ expugnatio.* quæ maximæ prouinciæ imperat, & multis in circuitu caſtellis dominatur, firmitate mœnium inſignis. Sed hac quoque breui expugnata, vlterius intendit iter, Sezerim vrbem verſus: caſtraque iuxta Iſtrium ponit Meſopotamiæ vrbem à Sezeri non multum diſsitam, *Iſtrij expugnatio.* & rebus omnibus inſtructiſsimam. qua obiter capta, & militibus diripienda data, ac Schyticis potiſsimum legionibus, à quibus expugnata fuerat: inde Sezerim aggreditur, *Sezerii oppugnatio.* cuius ciues (nam & finitimi Satrapæ eodem tanquam ad commune incendium reſtinguendũ confluxerãt) plurimos milites coegerunt, & inita ſocietate, conductiſque in vnum copijs, ſuperatoque præterfluenti amne, iacula arundinea vibrantes, & equis velociſsimis inſidentes, imperatorias phalanges vltrò laceſſunt: ac ſæpius aggreſsi noſtros, vincuntur: alij in flumen præcipitati, alij haſtis transfixi, nihil adiuti vibratione arundinum, quarum auxilium infirmum, tenue, ac planè arundineum experiebantur. Dehinc intra munitiones reuerſi, non amplius egrediebantur: ſed ex terreis tectis ſe oſtendentes, ac multum inde opis habentes, contra Romanos ferebantur, direptionibus & vaſtationibus agrorum, & finitimorum caſtellorum expugnationibus neglectis. Quæ cum illi facerent. *Diſtinctio legionum.* Imperator phalanges recenſet, & pro nationibus & tribubus diſtribuit, vt quique ſuis popularibus ſuccurrerent. Macedones in vnam claſſem refert: eos qui ſelecti dicuntur, in alteram: Schythas in tertiam, eodemque modo Perſas, qui ſuperioribus bellis Romanis acceſſerant. Hoſtes autem hac diſtinctione & varietate legionum, & diuerſitate armorum territi, remiſſa pertinacia, & mœnibus exterioribus relictis, in interiora ſe conferunt. Multis ergo diebus comminus pugnatur, nihil non tentatur, etiam ſingularia fortiſsimorum certamina fiunt: nunc in vrbem refugitur, nunc in caſtra receditur. Sic tamen, vt Romani ſemper ſuperiores eſſent. hoſtes autem, & ſi plures gladio cadebant, ſagittis conficiebantur, machinarum ſaxis diſcerpebantur, mœnia eorumque pinnacula ſternebantur, tamen clade in tanta multitudine parum conſpicua. immoti perſtiterunt: præſertim cum vita, liberi, vxores, magnæ & variæ opes agerentur. Ac forſitan capta eſſet hæc quoque vrbs, *Sezerini pecunia incolumitatem redimunt.* & omnibus opibus nudata, Romanis eius excidio gloriam inſignem adeptis: niſi aduerſi nuncij Imperatorem vel inuitum inde abſtraxiſſent. Ferebatur enim Edeſſa à Perſis circumceſſa, in excidij atrociſsimi periculo verſari, niſi Imperator primo quoque tempore opem ferret. Igitur muneribus ampliſsimis acceptis; quæ materia omnium preciosiſsima conſtabant, & equis generoſis. & tela ſerica, auro intertexta, & menſa ſpectabili: & ante hæc cruce elegantiſsima in manus ſumpta, cuius nihil ſimile viſum eſt, in lychnite gemma exſculpta, *Crux ex lychnite gemma.* ſummoque artificio diuinæ imaginis expreſſa ſimilitudine: cuius aſpectu oculi ſatiari non poterant: ſoluta obſidione, Antiochiam verſus proficiſcitur. Aiebant autem Sezerini Sarraceni, maiores ſuos olim cruce illa radienti inter cętera munera Imperatori oblata, & precioſa atque admirabili menſa, capto Romano Diogene Imperatore, *Romanus Diogenes.* eiuſque vallo expugnato, & Imperatorio tabernaculo direpto, potitos fuiſſe. In diſceſſu à Sezeri, milites Zacæ, & aliorum illuſtrium Perſarum, Romanorum terga adoriuntur, *Perſarum inſidiæ propulſatæ.* equis ocyſsimis inſolentiſsimè, & cum ſummo Romanorum contemptu, & faſtu furioſo atque barbarico irruentes: tamen ſpe fruſtrati, non modò nihil memorabile geſſerunt, ſed temeritatis & inſolentiæ ſuę pœnas diuinę vindictę dederũt, duobus eorum ducibus captis: quorum alter erat Atapacę filius, alter Samuchi Amere frater. Imperatore verò celebrem Antiochiam denuò ingreſſo, tota vrbana multitudo obuiam effuſa eſt, ſacris imaginibus, & pluribus ornamentis in vicis expoſitis, ad ingreſſum eius honeſtandum. Ex hac cum bonis ominibus, & laudibus ad Ciliciç fines profectus, inde Byzantinum iter ingreditur. Sic inſtructa acie progrediens, & à ſua bellandi conſuetudine non recedens, partem exercitus contra Iconienſes Perſas mittit. *Iconienſes Perſæ.* Nam ij, cùm Syriam ingrederetur, arre-

pta occaſione, incurſionibus Romanos infeſtarent. Eo igitur infeſto agmine ſuperato, agrum hoſtilem populatur, multis & hominibus & iumentis omnis generis captis. Atque hæc vna expeditione verſus orientem ſolem bella Ioannes triennio geſsit, quæ omnium linguas, & mentes omnium in eum conuerterunt. Sub id tempus frater Iſaacius Sabaſtocrator ad Imperatorem redijt, cui, vt antè diximus, ad Imperium obtinendum adiumenti plurimum attulerat.

Iſaacius fratri reconciliatur.

Nam ex parua quadam offenſa diuulſus à fratre, cum Ioanne filio eius primogenito, ex Romanorum finibus in exilium abierat. Erat autem vir bellicoſus, & fortis, procera ſtatura, & forma viſenda præditus: qui cùm ad alias gentes tranſierat, tum Iconienſis metropolis ſatrapam, ſubinde ad incurſandas Romanas prouincias, & res Ioannis turbandas incitatus. Sed quia pecunia egebat, & Imperator Ioannes perpetua rei bellicæ laude florebat: ipſi nihil ex ſententia ſuccedebat, ac potius omnes ab eo reſiliebant, & primum defectionis conſilium improbabant: conatum illum deteſtantes, qui nec ei expediret, & ipſis ſuccedere nullo modo poſſet. Igitur quum Toparchas adiret, & ſi ab omnibus reuerenter exciperetur, vt forma rege digniſsima præditus, & genere nobiliſsimo ortus: ſerò tamen intelligens, quòd deſerta cognatione, ærumnas fruſtra toleraret, ad fratrem ſe recepit. Imperator verò & ipſum & filium ſuum cupidè exceptos allocutus eſt, & ſuauiter amplexus. Nam cognationis deſiderium multum valet: ac tametſi nexus ille nonnihil laxatus fuerit, facile tamen denuò aſtringitur: ac priſtina erga eum charitate inuiolata conſeruata, bona fide in gratiã rediјt: ſecus quàm potentes ſolent, qui iram tegunt ac diſsimulant, dum vlciſcendi occaſio detur. Conſtantinopolim igitur cum eo ingreſſus, non magis victoria, quàm fratris reditu eſt gauiſus. Subditi quoque, inſtinctu eius, laudes communicabant: nec tropheis duntaxat gloriabantur, & Deo, ſucceſſuum auctori, gratias agebant: ſed & fratris eius aduentu lætabantur. Cæterùm, non diu Byzantij commoratus, quum Perſæ in patentes campos, iuxta Sangarium fluuium, impetũ feciſſent, quamuis corpore æger, ſtatim exiuit.

Sangarij planicies.

Ita hoſtibus ſua præſentia territis, & omnis generis pecoribus abactis, Lopadium receſsit. Non multo pòſt, quum etiam Gynæconitis vrbe exiſſet, * munitiones inſtaurauit, ocio quod à bello dabatur, in reipublicæ commodũ conuerſo.

** Achyr.u.*

Quibus in locis cùm commorari ſtatuiſſet, legiones conuenire iuſsit.

Militum indignatio.

Quod & ſi ex mandato eius fiebat, tamen milites nulla vnquam re ſe magis oneratos eſſe putabãt, quòd expeditionum nullum ſciret modum, aut oblitus eſſet: aut non reputaret, Romanos tertium annum in bellis Orientalibus conſumpſiſſe. Illud verò eius odium exaſperabat, quod multi milites, qui eum in Syriam ſequuti erant, re domeſtica nondum viſa, ſed ex morbo corporis, & penuria commeatus, & iactura equorum, in itinere morati, deflectere à patria, & ad Imperatorem ire, ab ijs qui vias diligenter obſidebant, & portus obſeruabant, cogebantur. Verùm ipſe cum indignationis cauſam ignorare non poſſet, ignorationem, ne contemptum dicam, ſimulãs, & illos inania verba fundere ſinens, inſtitutum ſuum vrgebat. Dicebat enim, ſe milites habere velle, qui idem quod ipſe vellent, & continentibus expeditionibus non fatigarentur aut frangerentur. Cùm autem barbaros, qui in Armeniacorum prouinciam irruperant, vlciſci, & Conſtantinum Gabram, longo iam tempore Trapezunte potientem, ac pro tyranno ſe gerentem, capere ſtatuiſſet, per Paphlagonum conuallem iter intendit, vt continente per maritima Ponti loca proficiſceretur. idque duabus de cauſis: vt & exercitus è ſuis prouincijs commeatum peteret: & ſi pugna committenda eſſet, ea ab vna duntaxat parte immineret, nec à circumuentione quicquam periculi eſſet.

Expeditio contra Conſtantinum Gabrã Trapezuntis tyrannum.

Nam Muchumetus, qui tum Cæſarea potiebatur, de quo ſuprà diximus, maximis opibus pollebat, & Iberiæ partem ſubegerat, ac nonnulla Meſopotamiæ loca in deditionem acceperat.

Muchumetus Cæſarienſis.

Is ad vetuſtam Arſacidarum & Taniſmaniorum recentem ſtirpem genus referebat, qui Taniſmanij homines audaces & bellicoſi erant, & eorum qui Orientales Romanorum vrbes ceperant, potentiſsimi, & * impudentiſsimi.

Arſacidæ. Taniſmanij.

Vere igitur iam exeunte, Imperator Lopadio diſcedit: & omni æſtiuo tempore, autumnique parte temperatiſsima, in eo itinere conſumptis, ſub hybernum ſolſtitium in vrbe Pontica Quinta hyemauit. Inde hoſtilem agrum aggreſſus, multa incommoda pertulit. Nam & commeatu penè omni deſtitutus eſt, & iumenta tàm bellicoſa quàm ſarcinis gerendis apta funditus perierũt. Vnde hoſtes fiducia reſumpta (nam fama nihil imperueſtigatum aut occultum ſinit) multis inexpectatis impreſsionibus latronũ more irruebant: aliquando etiam aperto Marte Romanos aggredientes, phalanges eorum crebris detrimentis afficiebant. Inſtar enim denſę nubis ſubitò irruentes, equorum velocitate freti, è medio recedebant, perinde ac ſi ventorum flatu attollerentur. Imperator verò vt cladem reſarciret, paſsim in exercitu generoſos equos conquirebat ijſque inter Romanos, qui contos ferre norant, ac Latinos potiſsimum in circumagendis haſtis dextros, diſtributis, aciem robuſtam hoſtibus opponebat. Qui cùm haſtatum impetum ferre non poſſent, in fugam vertebantur. His igitur artibus & quia plurimi pedites vexilla ſuſtinebant, ad maiorem equitatus ſpeciem præbendam: repulſis Perſicis turmis, Neocæſariam perrexit, iuxta quam etiam inter Perſas & Romanos crebrò eſt dimicatum.

Neocæſariæ obſidio.

& Imperatoris iunior filius Manuel, haſtam geſtans, & patre inſcio longè progreſſus, impreſsionem in hoſtes fecit: idque Adoleſcentis facinus ferè totum exercitum ad dimicandum etiam ſupra vires impulit alijs æmulatione incitatis: cæteris verò omnibus Adoleſcenti metuentibus, & ab Imperatore ſe maximam gratiam inituros ratis, ſi ſua opera ab omni hoſtium inſultu defenderetur.

Manuelis Comneni facinus.

Ac tum pater filium palàm laudibus proſecutus eſt. Deinde verò tabernaculum ingreſſus, pronum iacentem pauliſper verberauit, vt audacius quàm fortius iniuſſu ſuo hoſtes adortum. Forſitan autem Neocæſarea potitus eſſet Imperator, niſi caſu quodam improuiſo inconſulta, & contumax ſuperbia, &

Ioannis Comneni à patruo Imperatore ad Iconienſem Sultanũ defectio.

ira-

iracundia prorſus effrenis Ioannis nepotis ex fra-
tre Iſaacio Sebaſtocratore, illi obſtitiſſet. Nam
quum acie cum Perſis decernendum eſſet, viſo
inſigni equite Italico, Ioannem fratris filiũ, quip
pe cui equos non deeſſe ſciret, Arabico equo de-
ſcendere, eumq́ue Italo dare iuſsit. Ar is homo
elati animi, & iactantior quàm decebat, Impera-
toris dicto non audiens, audacius, ne dicam im-
pudentius, refragatus eſt: Latinumq́ue per ron-
temptum ad pugnam prouocauit, iure arreptu-
rum equum, ſi viciſſet. Sed cum patruo Impera-
tori, cui bilem efferueſcere cerneret, diutius reſi-
ſtere non poſſet: equum dat inuitus. alioq́ue con
ſcenſo, animo æger, & irarundia æſtuans, dire-
cta haſta in hoſtilem aciem tendit: ac paulò lon-
gius progreſſus, ea reflexa & humeris impoſita,
galeaq́ue rapiti detracta, ad Perſas transfugit: à
quibus cupidè & amanter ſuſcipitur, tum quòd
eis, dum cum patre exulabat, innotuerat, tum
quòd præſentia ſua. ipſorum res firmaturus eſſe
putabatur. Neque multo pòſt Chriſtiana religio-
ne abiurata, Iconienſis Perſæ filiam vxorem du-
xit. Imperator verò eo caſu conſternatus, ſpem
parum bonam fouebat: haud ignarus nepotem,
quibus malis Romani conflictarentur, intempe-
ranti & volubili lingua accuratè expoſiturũ:
vt commeatus penuriam, vt equorũ interitum,
vt cætera caſtrorum detrimenta. Quamuis au-
tem ad diſsimulandum diſceſſum paulatim in-
de mouebat, tamen ne ſic quidem hoſtes omni-
no latere potuit, quo minus extremum agmen
longiſsimè inſectarentur, ar perpetuò infeſtarẽt.
Qua de rauſa ad oram maritimam conuerſus, in
tuto ſe recepit: quò barbari cũ accedere non poſ-
ſent, retrò abierunt. Imperator idibus Ianuarij
Byzantinm à Perſiris ærumnis ingreſſus, ſub fi-
nem veris, gladio reſumpto, ad Rhyudarenum
oppidum proficiſcitur. Exacta verò æſtate, cum
hyberna tempeſtas ventorum procellis & frigo-
re ſæuiens, ſub dio agere prohiberet: Byzantium
reuertitur, victus gelu, niuibus tanquam lapidi-
bus, & glacie veluti haſtis armato. Vere autẽ ad-
uentante, ſalutatis filiabus, Heliadum inſtar flen
tibus, Phrygiam prætereuectus, ad rlariſsimam
Attali vrbem commorari ſtatuir, vt finitima op-
pida & prouincias rectius conſtitueret: quarum
nonnullæ iam à Turcis ſubactæ erant. in quo nu
mero etiam Puſguſa palus fuit: quæ cùm inſtar

Puſguſa palus.

maris latiſsimè pateat, multis in locis paruas ha-
bet inſulas, firmis munitas mœnibus, quas eo
tempore Chriſtiani plurimi tenebant: qui quum
lembis & nauiculis Ironienſes Turcas adirent,
non modò amicitiam cum eis firmarent, ſed &
inſtitutis eorum pleriſque vtebantur: & cum eis
tanquam finitimis coniuncti, Romanos vt ho-
„ ſtes auerſabantur. Ita conſuetudo, tempore con-
„ firmata, plus & ratione & religione valet. Igitur
alij Imperatori vt hoſti maledicebãt, & eius edi-
„ cta contumaciter reſpuebant, paludis ambitu fre
„ ti, & quæ ſana mente nunquam cogitaſſent, ea
per vecordiam animis agitabant. Cùm verò palu
de eos cedere, vt Romonorum veteri poſſeſsione,
& planè ad Perſas tranſire, ſi vellẽt, iuberet: alio-
qui & ipſorum & paludis à Romanis alienatio-
nem minimè diu paſſurũ: nec verbis quicquam
proficeret, ad belli apparatum conuerſus, naui-
bus fabricatis, atque inter ſeſe iunctis, machinas
imponit, & paludis munitiones aggreditur: quas
& ſi expugnauit, tamen Romani eo bello malo-
rum expertes non fuerunt: ſed nonnunquam ea
à ventis turbata, & fluctibus tumefacta, multæ
onerariæ abreptæ & euerſæ, vectores & ſarcinas
demerſerunt. Sub id tempus primogenitus Im-
peratoris filius Alexius, cui & rubrum calreum,
& purpuram Imperatoriam conceſſerat, vita fun
ctus eſt, ex acuta febri, quæ caput tanquã arcem
infeſtabat. Cui ętate proximus Andronicus, non
diutius ſuperſtes, quàm vt fratris obitum deplo-
raret, & ipſe rebus humanis eſt exemptus. Impe-
raror, quanquam tantis calamitatibus, & pul-
rherrimorum filiorum luctuoſo inreritu conſter

Alexius & Andronicus Ioannis filij moriuntur.

Antiochena expeditio.

natus, ne dicam obitum chariſsimorum, parum
auſpiratũ omen expeditionis illius fuiſſe: tamen
nihilo factus mollior, neq; de impetu quicquam
remiſit, neq; Byzantium redijt, integro iam an-
no in laboribus illis exhauſto: ſed in Iſauriam
profectus, ac prouinria ordinata, iter in Syriam
intendit, Manuele filio natu minimo comitan-
te. Ei expeditioni prætexebat, velle ſe Armeni-
am rectius conſtituere: & oppida & caſtella, ſu-
periore bello capta, in officio & fide continere ac
firmare. Cæterùm, vera cauſa erat, quæ in exerci-
tum minimè efferebatur: ſed maximè diſsimula
batur. quòd Antiochiam cum Conſtantinopoli
coniungere, atque inde religioſa loca viſere, &
vitale Chriſti ſepulchrum magnificis donis or-
nare, ar finitimos barbaros profligare, perpetuò
cupiebat. Itaque nihil intentatum relinquebat,
ſi quo modo Latinis perſuadere poſſet, vt vltro
dominatu inclytæ Antiochiæ rederentant, ſi ij
nollent (nec enim faſtum Latinum, & præſiden
tes eorum animos ignorabat) at Cilices & Syros
in ſuas partes pertraheret: ner in eo itinere vn-
quam deſtitit Antiochenis ſcribere, & ſuum ad-
uentum prænunciare: adeò, vt nondum Syriæ fi-
nes ingreſſus, legationem inde attraxerit, qua in
optimam ſpem rerum futurarum erigebatur.
Sed quum prope vrbem veniſſet, alios Italorum „
animos comperit, quum fama iam ante arcanas „
eius & tacitas marhinationes vulgaſſet. Quum
igitur Antiochiæ aditum non facilem, nec ta-
lem, qualem expectarat, inueniret, nec niſi iu-
rato ingredi lireret. longè ſecus quàm animo de-
ſtinarat, eaq́ue ronditione, vt diebus aliquot ibi
commoratus, & adoratus atque honoratus, vt
decet, diſcederet ſine vlla nouatione, & recepti „
moris mutatione: verba ſibi data eſſe, moleſtè fe- „
rens, vi ingrediendum eſſe non duxit, quòd à
bello Chriſtiano abhorrebat: ſed ſuburbana, in
quibus diuerſabatur, militibus populanda, &
auferenda omnia quæ corripi manibus poſſent,
conceſsit. Ea denunciatio, cui penuria com-
meatus prætexebatur, effecit, vt nec fructiferæ
arbores inuiolatæ manerent: ſed eæ quoque ad
cibum coquendum ſuccidereutur. Hac ratione
ſui contemptum diſsimulanter vltus, ad fines
Cilicum deflexit: & in ampliſsima conualle ra-
ſtris poſitis, in qua bini vertices montium altiſ-
ſimi aſſurgunt, quos Coruorum nidos vocari
perhibent, venatum egreſſus, apro ſolitario ve-
nabulum in pectus adegit. qui quum ictum vr-
geret, & totum ferrum in viſcera recepiſſet, ma-

Ioannes violatæ Antiochiæ dat pœnas, apri opera ſuis telis vulneratus.

nus Imperatoris debilitata, atq; impetu feræ reflexa, pharetram de latere obliquè ſuſpenſam, & venenatis telis refertam euertit: perſtrictaque vna ſagitta cute, quæ inter extremos digitos eſt, veneno ſerpente & diſcurrente, atque vſque ad vitalia progreſſo, & quicquid occuparat, paulatim ſtupefaciēte, non multo pòſt è vita diſceſsit. Tamen id vulnus principio neglectum, membranæ calcibus detractæ impoſitione, quam excoriationem vocant, medicatus eſt: qua ancipiti ratione ſaniem cruentam vulneris reprimere conabatur. veſperi in caſtra reuerſus, & cœnatus, noctem citra moleſtiam exegit. Poſtridie verò tumeſcente & ardeſcente vulnere, ac cruciatu vrgente, medicis caſum eum exponit. Qui tumore manus viſo & medicamento, quo vſus erat, perquiſito, id tanquam contra medicam rationem adhibitum, repudiarunt: atque alia attulerunt, quæ ardorem illum lenirent. Sed quum ijs nihil proficerent, ad ſectionem conuerſi, ne ſic quidem aflicto membro aliquid opis attulerunt. Nam tumor ſubinde augebatur, à digito in digitum, vſque ad iuncturam manus, & cubitum, ipſumque brachium peruagato malo. Imperator igitur ſpem ſalutis abiecit: & medicis æſtuantibus, manum eius inſtar virilis femore tumefactam, reſecare viſum eſt: quum ne ſic quidem affectæ partis ſanatio certa eſſet. At Imperator, qui priorem etiam ſectionem vniuerſi mali cauſam eſſe perſpiceret, dictis eorum non annuebat, ſed ægrotus decumbebat, ſpreta ancipiti curatione, atque celeberrimo reſurrectionis Chriſti die, diuina myſteria percipit. & in cœna aulæ foribus apertis, quoſuis ingredi, & petere quæ vellent, permiſit: idemque & poſtridie, monitu Ioannis Magni Domeſtici fecit: epulis, quæ appoſitæ erant, inter eos qui aſtabant, diſtributis: ſemoriſque arbitris, de Imperij ſucceſſore deliberare inſtituit. Enimuerò valle in qua caſtra habebat, ingenti pluuia inundata, etiam lectulus eius impetu decurrentis aquæ eſt auectus, quum illud oraculum,

Oracula de obitu Ioannis.

Cades aquoſis improuiſus in locis, ſubinde in ore haberet.

Qui verò Imperatorum ſucceſsiones & mutationes perueſtigant, illud etiam euentu comprobatum eſſe ferunt.

Heu coruis eſca eris miſer voracibus:

id oraculum partim ad nigra & ſtridentia ferramenta, quibus manus eius vſta eſſet, partim ad cognomentum montium pertinere exiſtimantes. Deinde conuocatis cognatis, amicis atque magnatibus, productoque Manuele, filio natu minimò, huiuſmodi orationē habuit.

Ioannis morituri oratio. Inſtitutum.

Non equidem ea ſpe, qua videtis, Quirites, Syriam ſum ingreſſus: ſed virtutem maiorum me ſuperaturum opinabar, & ſecurius in Euphrate lauaturum, & ad ſatietatem latices eius hauſturum eſſe: viſurumque etiam Tigrim fluuium, & omnes aduerſarios armis profligaturum, quicunq; verſus Ciliciam vergunt, & ad Agarenos defecerunt, atq; aquilæ inſtar (quamuis hoc magnum dictu videatur) in ipſam Palæſtinam tranſuolaturum: vbi Chriſtus, extenſis in cruce manibus, naturæ noſtræ ruinam ſuo caſu erexit. & paruis guttis totum mundum vniuit: ac montem Domini conſcenſurum, vt Pſalmographus ſcribit, atque in loco eius ſancto ſtaturū eſſe: & hoſtes qui in circuitu ſunt belli iure aggreſſurum: qui, vt olim arcam barbari, ſic ipſi loculum Domini ſæpe iam armis occuparunt.

Euentus.

Quia verò expectatio mea me fruſtrata eſt (qua de cauſa, Deus nouit) reſiſtere omninò haud licet: nec ijs quæ coram cernuntur, refragari. Quis enim eſt Deo ſapientior? aut quis Domini animum explorabit? eiuſq; iudicia vel addendo, vel detrahendo mutabit? Nam hominum quidem cogitationes lubricæ ſunt: Dei verò conſilium non eſt irritū nec mutabile.

Diuinæ erga ſe liberalitatis prædicatio.

Quum autem multa ſint diuinitus in me collata beneficia, ac numero penè nullo comprehendi queant: audientibus vobis, ijſdemque teſtibus, diuinam erga me beneficentiam grata voce prædicabo. Patre Imperatore natus ſum, illi in Imperio ſucceſsi: nihil eorum quæ acceperam, amiſi. An verò prudentis & fidelis miniſtri inſtar, talentum regni, diuinitus mihi creditum auxerim, alijs conſiderandum & commemorandum relinquo: quamuis & ipſe citra moleſtiam ea prædicare queam, nullaque cum oſtentatione, ſed miraculorum Dei celebratione. Oriens & Occaſus bella me gerentem viderunt: gentes, quæ in vtraque continente habitant, ſum aggreſſus. parum in palatio manſi, vitam penè in tabernaculis exegi: ſemper vt ſub dio agerem, operam dedi. Tellus hæc, in qua caſtra habemus, bis me iam aſpexit. Multum temporis interceſſerat, ex quo Perſę & Arabes Romanum exercitum non viderant, hunc formidarunt, Deo duce, meq; miniſtro, nobiſque multis vrbibus ceſſerunt, quas adhuc obtinemus, quæque noſtris imperatis parēt.

Votum Manuel iunior Iſaacio præfertur.

Faxit Deus, vt ego qui pro Chriſtiano populo arma circumtuli, illic æternam hæreditatem adipiſcar, quam manſueti, acceptiq; Deo conſequentur: veſtris verò manibus robur & vires addat contra populos qui bellis ſtudent, quique ſacroſanctum Dei noſtri nomen non inuocant. Id autem fiet, ſi vos ſucceſſus à dextra altiſsimi, & excelſo eius brachio pendere ſtatueritis: & dux vobis diuinitus contigerit, non truculentus, ſuoq; non reſpondens nomini, aut perplexo ingenio, & ventris ac gulæ mancipium: qui à palatio non magis quám penicillo & coloribus expreſſæ imagines, auellitur. Nam vt principis mores ſunt, ita res ferè adminiſtrantur, vtpote à quo pendeant. qui ſi ignauus ſit, ruunt in deterius: ſin bonus eſt & ſtrenuus eriguntur, & florent. Quippe Deus, Dauide auctore, bonos & integros prouehit, diſtortos verò cùm iniquis in barathrum præcipitat. Quum autem de ſucceſſore Imperij poſt obitum meum, qui iam inſtat ineuitabilis, dicendum ſit, vos auſcultare ęquum eſt. Imperium, vt patrimonium ad me veniſſe, dictu non magis neceſſarium eſt, quàm lucernam, quod aiunt, in meridie accendere. Cùm autem vos paternum in ſuffragium approbaſſe, & in filios meos eodem affectos eſſe modo videam, & vni ex meis filijs (quorum duo adhuc ſuperſtites ſunt Iſaacius & Manuel) obtemperare velle: neque delectum ipſos vſurpare, ſed meæ cenſurę permittere: Equidem fateor, naturam principatum natu maioribus deferre ſolere. Deum verò in deſignandis regibus aliam rationem

Natura & Deus nō ſemper idem inducunt.

ple-

plerunq; ſequi animaduerto. Cogita te Iſaacium natu minorem Iſmaele, Iacobũ poſt Eſaum materno vtero exilijſſe, Moſem Aarone iuniorem, Dauidem & ſtatura & ætate minimum fuiſſe in„ ter fratres, alioſque plurimos. Nec enim Deus „ humano more perſonæ rationem habet, nec pre„ cia rerum, canis & ætate metitur: ſed indolem a„ nimi, manſuetudinem, lenitatem intuetur, man„ datorumque ſuorum obſeruationem. Quibus de „ cauſis ego quoque corruptrici naturæ in multis „ non obſeqnor, ſed eius inſtitutis, vt puſillæ mu„ lierculæ conſilijs, in rebus grauiotibus repudia„ tis, Deum omnis prauæ affectionis expertem, au„ ctorem ſequi malo. Quòd ſi citra vllam controuerſiam Impetium Iſaacio, filio natu grandiori, tradendum eſſet, uihil verbis eſſet opus, ad filij vtriuſque declarandum ingenium. Sed quum ad uatu minorem, Manuelem, id inclinet: ad vulgi malas ſuſpiciones declinandas, & opinionem eam euitandam, ne affectu potius, quàm iudicio, minorem maioti anteponam: aliquid de hac redici par eſt, atque adeò ueceſſarium. Cu„ piditatum non magis vnum genus ac ratio eſt, „ quàm formarum, quæ, quum ex æquo homines „ ſimus omnes, maximam varietatem habent. Alij „ alijs rebus afficimur, neque omnes ex æquo iiſ„ dem delectamur. Alioqui, nec à Deo nos, nec alij „ ab alijs accuſaremur: quippe qui iiſdem volupta„ tibus neceſſario caperemut, eademque conſilia „ iniremus. Sic filij quoque mei, quamuis eodem patre nati, tamen diuerſis præditi ſunt ingenijs. Qui, & ſi ambo & viribus corporum, & dignitate vultuum, & animorum grauitate præcellunt, tamen natu minor Manuel ad Imperij adminiſtrationem aptior mihi videtur. Nam Iſaacius ſæpius ira percitus mihi aſtitit, & quauis de cauſa bile efferueſcenre, moderari animo uon poteſt: quæ res inimiciſſima conſilio, ſapientes perdit. Alret verò præter aliarum virtutum chorum, à quibus uec Iſaacius alienus eſt, nec à clementia „ quidem, te præclatiſſima, abhorret: ſed in loco „ cedere, & obſecuudare nouit, & ratiouis impe„ rium ſequitur. Quouiam igitur animi candore, „ quo & Dauid rex, idemque Propheta, ornatus „ fuit, quam enſiferæ manni, & ingenio in ſubtili„ ter exquirenda ſubditorum delicta inrento, parere malumus homines: Manuelem Imperatorem creandum eſſe duxi. Quare adoleſcentem ſuſcipite, vt Imperatorem diuinitus deſignatum, & meo ſuffragio Imperium capeſſentem. Ac eum à Deo prælatum & prædeſtinatum eſſe ad Imperium, argumento vobis ſint multæ prædictiones, & diuinorum hominum præſagia: quæ omnia Manuelem Romanorum Imperatorem fore prænuuciarunt. Iam quòd filij mei antè Imperio deſtinati, obieruut: & is abeſt, cui id poſt illos naturæ lege debetur: quis aliter accipiat, niſi ea quoq; argumenta eſſe euidentiſſima, Deum non velle alium, niſi Manuelem, ſceptris Romauorum potiti? Quòd ſi quis conſideret, me non omnino gratis filio conciliare Imperium, atq; in eius ſucceſſionem propendere: ſed virturem eius hac deſignatione remunerari depreheudet. Scitis enim, ſcitis, quæ ad Neocæſariam præter ætatem facinora ediderit, & in illuſtri illa contra Perſas impreſsione, ob quam vt ego pater ſolicitus, & in maximo de chariſsimo filio metu fui: Ita eadem, res Romana confirmata eſt. Hæc Ioanne locuto, concilium cũ eiulatu verbis eius aſſenſum, Manuelem tanquam ſorte ſuffragióue lectum, cupide Imperatotem accepit. Deinde ad filium conuerſus parer, poſt vtiles admonitiones, eum Impetatorio diademate ornat, & chlamyde prætexta induit. His peractis, Romanæ legiones eon uocatæ, Manuelem Romanorum Imperatorem ſalutarunt. vnoquoq; procerum cum ſua cohorte ſeorſim ſtante, & nouum Imperatorem clara voce conſalutanre. Deinde prolatis diuinis oraculis, ſtudium quiſq; ſuum & fidem confirmat. Harum rerum omnium dux & auctot fuit Magnus Domeſticus, eo conſilio, vt ambitioſorum hominum vanitatem & motus, & plurimorum concurſum ad quoſdam regij generis homines ſedaret, qui prærogatiuam ætatis, vt magnum quiddam, & venerabile, prærendentes, & Imperatoriam affinitatem exaggerantes, ſe Imperio digniores arbitrabantur. Quæ cum tranſacta eſſent, aliquot diebus pòſt Imperator moritur, anno Imperij vigeſimoquarto, menſe octauo: vir qui & principatũ optimè adminiſtrauit, & vitam piam egit, moribus neq; diſſolutis, neq; intemperantibus, quiq; & in donationibus & in ſumptibus magnificentię ſtuduit. Idq; declarãt & crebræ aureorum in populo vrbano diſtributiones, & templa pulcherrima & maxima, è fundamentis extructa. Sed & gloriæ, pręter alios omnes appetentiſsimus fuit: in co ponens omnia, vt maximum nomen apnd poſteros relinqueret. Domeſticæ diſciplinę & decori tam diligens obſeruator, vt & iu tondendis capillis, & forma calceorum proportionem requireret. Inania & obſcœna verba à publicis conuentibus: & luxum veſtium ac menſarum, tanquam corruptelam & vitæ peſtem, à palatio pepulit. Cumque exemplum diſciplinę ſemetipſum grauiſsimum proponeret, atque omnes familiares imitatores ſui efficere ſtuderet, omne virtutis genus colere non deſtitit. Neque tamen interim à Gratijs alienus fuit, neqne in aditu aut congreſſu aſper, tetricus, ſuperciliòſus aut inhumanus: ſed cùm in publico actionum optimatum exemplar ſe pręberet, per ocium à Republica, remotaque turba, quam tanquam tympanum obſtreperum & garrulum » canebat: etiam comitatem honeſtam admitte- » bat, & ab vrbanitate non abhorrebat, neque ti- » ſum prorſus opprimebat. Itaque quum parum à ſumma coutinentia & integritate receſſerit, & ab exquiſitiſsima vitę ratione haud multum aberrarit, nec totius Imperij tempore vel vita, priuarit quenquam, vel quocunque modo corpora multarit, in huc vſque diem omnium laudibus celebratur, & decus quoddam Imperatorum Comnenię familię iudicatur: ne dicam, eũ multos etiam ex ſuperiotibus partim ęquaſſe, partim ſuperaſſe.

Iſaacius iracundus. *Manuel moderatus.* *Imperium ſato Manueli dari.* *Manuelis merita.* *Manuel Imperator ſalutatur.* *Ioannis obitus & elogia.* *Domeſtica diſciplina.*

NICETÆ CHONIATÆ LIbri VII. *de rebus geſtis Manuelis Comneni, Imperatoris Romani.*

Iſaacij Auguſti Imperatorũ captiuitas & querimonia.

Manuel Imperator appellatus magnum Domeſticũ Ioannem Axuchum ſtatim in vrbem imperatricem ablegauit, vnaq; cũ eo Baſiliũ Tzitzilucem chartularium, qui & nouum Imperium firmarent, & ingreſſum præpararent, & Sebaſtocratorem Iſaacium fratrẽ eius cohercerent. Verebatur enim, ne is audito patris obitu, & ſua deſignatione cognita, per ſeditionẽ ſibi poteſtatem omnem vẽdicaret: quòd & ætate ad Imperium vocaretur, & tum in vrbe imperatrice verſaretur, & in palatio degeret, vbi pecuniarum acerui & imperatoriæ veſtes repoſitæ eſſent. Ioannes igitur feſtinanter vrbem ingreſſus, Iſaacium rerum adhuc ignarum capit, & in Omnipotentis monaſterio concludit, à Ioanne imperatore ædificato. Qui. vbi poſt captiuitatem patris obitum, & fratris deſignationem cognouit, quid ageret non habebat: iniquiſsimè ſecum agi conquerẽs: & ordine collaudato, à quo etiam rerum vniuerſitas gubernaretur: Alexius, inquit. obijt, fratrum primogenitus, & paterni Imperij hæres. Hunc ſecutus eſt ætate proximus Andronicus: qui cũ fratris cadauer mari aduexiſſet, paulò pòſt & ipſe deceſsit. Romanorũ igitur ſceptra adhuc ad me ſpectant, & ego iure imperio potiar. Quæ cum fruſtra vociferaretur, & irretitæ auiculæ inſtar inani conatu obſtreperet: Magnus Domeſticus cuſtodiæ palatij intẽtus, atq; id agens vt Manuel etiam à ciuibus Imperator ſalutaretur, literas rubro aureoq; ſigillo, & ſerico filo munitas, & conchæ ſanguine pictas, clero magni templi offert, quibus eis argenteæ monetæ nummi ad CC. minas promittebatur. Ferebatur Axuchus etiam alias rubricatas Imperatorias literas apportare, quæ ſummam eandẽ nummis aureis deſignarẽt. Nam cum ſuſpicio quædam non inanis Manueli oboriretur, ne forſitan aut ipſe Iſaacius, vt ad quem ob ætatis prærogatiuam pertineret Imperium, audito patris obitu, & fratris iunioris declaratione, vrbẽ ſeditione turbaret:
„ aut alioqui plurimorum turbulenti conatus, Imperatorum deſignationes & mutationes ferè ſemper comitari ſoliti, regni nouitati impedimẽtum aut periculum crearent: tàm ancipiti rerum ſtatu Ioanni bina liberalia diplomata dedit. Quum verò legatio proſperè ſucceſsiſſet, neq; Ioannes ſucceſſum legationis meliorem ſibi fingere aut optare potuiſſet: id quo aurum promittebatur, retinuit, argentiq; pollicitationem protulit. Ingreſſu ad hunc modum præparato, Imperator parẽtalibus peractis, & patris cadauere nauibus impoſito, quæ in Pyramo fluuio ſtationem habebant, qui Mopſiheſtiam irrigans in mare influit: & Antiochiæ rebus pro tempore pacatis, è Cilicia digreſſus, per ſuperiorem Phrygiam proficiſcitur. Tum Andronicus Comnenus, qui pòſt in Romanos tyrannidem exercuit, Manuelis patruelis, & Theodorus Daſiotes, cui Maria nupta erat, Andronici Sebaſtocratoris, fratris Manuelis, filia, à Perſis capti, & ad Maſutum, Iconij principem, ſunt perducti. Nam dum feras venantur, à militari via digreſsi, venerunt in hoſtinm manus, & in venatores hominum inciderunt. Imperator autem, qui tum alijs rebus vacare non poſſet. ſed propoſitum vrgeret, omnemque moram ſibi incommodare putaret, non eam illorum rationem habuit, quam oportebat: nec vt decebat, opem eis tulit. Pòſt tamen eos ſine pecunia liberauit, & Pracam, oppidnm Seleuciæ finitimum, vaſtatum à Perſis, recuperauit. Vt autem vrbem Imperatricem attigit, cupidè ab incolis ſuſcipitur: tũ quòd regno paterno ſuccedebat, tum quòd apud omnes erat gratioſus. Nam in ipſa adoleſcentia ſenes prudentia anteibat, bellicoſus, audax, in periculis imperterritus & magnanimus, ad committenda prælia promptus. Adhæc è vultu adoleſcentis gratia quædam elucebat, & arridentes oculi neſcio quid illecebrarum in ſe habebant: procera ſtatura, quamuis nonnihil inflexa: colore neque albo & niueo, vt qui in vmbra educati ſunt: neque etiam admodum fuſco, vt ij qui à ſole ſunt aduſti: ſed ita inter nigrum & candidum medio, vt quamuis ad nigredinem tenderet, tamen decorus eſſet. Quamobrem à ciuibus obuijs, quod aiunt, vlnis exceptus, & pleno ore cum applauſu celebratus, palatium ingreditur. Dum autem equo Arabico inſigni pergit, portam ingreſſurus, poſtquam ſolis Imperatoribus deſcenſus è ſella permittitur: equus clarè hinnijt, & ſolo vngulis crebrò pulſato, ſolerterque progreſſus, & ferociter in gyrum actus, ſerò tandem limen tranſcendit. Id quoque bonum omen viſum eruditis, præſertim ijs qui cœlo inhiantes, „
vix ea vident quę ante pedes ſunt: & per equinos „
geſtus & crebros flexus longam vitam Imperatori portendi vaticinabantur. Facta igitur re diuina pro declaratione & Imperij auſpicijs, de patriarchici throni ſucceſſore & eccleſiaſticæ functionis gubernatore, à quo in templo Domini corona imperatoria ornaretur, deliberat. Nam Leo Styppiota morte rebus humanis exemptus erat. Proinde ſententiam ſuam cum cognatis, ſenatoribus & ſacerdotibus communicat. Cùm autem multi in maximi pontificatus ſuffragijs nominarentur, eorum ſententia vicit, cæteris ferè omnibus aſſenſis, qui Michaelem Acuti monaſterij monachum deſignabant, virum & virtute celebrem, & noſtris literis eruditum. Is igitur patriarcha declaratus, eum à quo vnctus erat, viciſsim vngit, ſacram ædem ingreſſum. Imperatorem etiam frater Iſaacius eſt comitatus: itaque fratres, præter vulgi opinionem, mutua beneuolentia ſe complexi ſunt. Fuit autem Iſaacius ob iracundiam, & leuibus de cauſis ad atrocia ſupplicia propenſionem, minimè gratus populo: & quamquam procerus, neſcio quid formidoloſum & viro indignum habuit, vt ad quemuis penè ſtrepitum expaueſceret. Quamobrem pater eius Ioannes, Imperator ſolertiſsimus, etiam eo nomine ab omnibus celebrabatur, quòd illi Manuelem prætuliſſet. Qui contra Maſutum Orientem incurſantem & populantem, ad Melangia profectus, Perſas illius loci vltus eſt, dataq; opera, vt Melangia inſtaurẽtur & cuſtodirẽtur, in Imperatricem vrbẽ reuertitur, lateris morbo conflictãs. Sed & Antiochię principem Raimundũ vlciſcendum ratus, qui Ciliciæ vrbes Romanæ ditionis vexa-

Andronicus Comnenus et Theodorus Daſiotes à Perſis capti.

Praca.

Manuel à Byzantinis cupide ſuſcipitur.

Equi Auguſtum.

Michael patriarcha Manuelem diademate ornat.

Iſaacij cum fratre reconciliatio.

Manuelis Perſicæ expeditiones.

vexabat. Contoſtephani nepotes, Ioannem & Andronicum, & Pruſuchum quendam, rei militaris non imperitum, cum exercitu ablegauit, adiunctis longis nauibus. quibus Demetrius Brana præerat. Oppidis & caſtellis quæ vexabantur defenſis, Perſis denuò bellum ipſe inferre ſtatuit. Qui cum Pithecanas muniriones occupare ſtuderent, & in Thraciam impreſsione ſacta, obuia omnia prædarentur: præterita Lydia, vrbes Phrygiæ, & ad Mæandrum flumen ſitas, imminentibus periculis eripuit, & Perſas perterritos fugauit. Ad Philomelium cum Turcis congreſſus, cum baſta Perſam quendam proſtrauiſſet, ab eodem cadente in planta ſagitta ictus eſt. Quum autem & in rebus gerendis acer atque audax, & patre Ioanne bellicoſior hoſtibus videretur, recedere noluit: neque paruit ijs, qui monebant, vt tandem domum reuerteretur: ne Perſæ ex deſperatione ſalutis conſpirantes, exercitum eius male tractarent, ſed aucta potius alacritate, ipſum Iconium petijt. Vnde Maſutus digreſſus, Taxaris caſtra poſuit, quæ olim Colonia vocabatur. Vna verò ex filiabus eius, quæ Ioanni Comneno Iſaacij Sebaſtocratoris filio, Imperatoris patrueli, nupta eſſe ferebatur, qui ex leui offenſa à patruo & Imperatore Ioanne ad Maſutum defecerat: è mœnibus proſpectans, in defenſionem patris Sultani orationem haud ineptam habuit. At Imperator vbi ad Iconij mœnia ſucceſsit, eaque exercitu circumdedit, & iuuentuti arcus contra propugnacula intendere conceſsit, prohibita ſepulcbrorum violatione, vix inde diſceſsit. Sed quia in diſceſſu hoſtes anguſtias inſidijs occuparant, pugnæ ſuperioribus maiores eruperunt, quibus non ſine diſcrimine confectis, in vrbem Imperatricem redijt. Vxorem duxit Alemannam, ex illuſtri principum familia natam, quæ non tam formam corporis curabat, quàm animi pulchritudinem. Itaque omnibus fucis & aſciticijs ornamentis repudiatis, vt quæ vecordes mulierculas decerent, naturali rubore contenta, virtutum ornamentis fulgebat, conſtantia & grauitate animi gentilitia prædita. Quò fiebat, vt Imperator, etſi ei ſolium altiſsimum, ſatellites honorem & ſplendorem regium minimè negabat: tamen parum eam diligebat, neque fidem coniugij ſeruabat, vt homo adoleſcens, libidinoſus, diſſolutæ & delicatæ vitæ deditus, cæteriſque rebus quas ea ætas & amoris illecebræ ferunt. Vſus eſt & neptis ſuæ conſuetudine, non ſine graui dedecore, & labe: qua, fama eius, vt formoſiſsima facies turpi næuo, deformata eſt. Nihilominus tamen reipublicæ curam ſuſcepit. Publicorum vectigalium curatorem & quæſtorem ſupremum, Ioannem Puzenum, vt & pater, deſignauit, cum prius Dromi Protonotarius eſſet: Ioannem Hagiotheodoritem ſuarum conſtitutionum ſequeſtrum & miniſtrum ordinauit. Is in conſpectu Imperatoris ſemper aſtabat, eiuſque mandata tanquam oracula excipiebat, miniſtris verò eorum quæ dicenda ſcribendaque erant, non paucis eruditis viris vtebatur, qualibus aula referta erat, Theodoro Stypiota præſertim, de quo ſuo loco dicemus. Erat Ioannes Puzenus ad rempublicam gerendam callidiſsimus, vectigalium veterum exactor acerrimus, nouorumque inuentor ſolertiſſimus.

Alemanna quædam Manuelis vxor.

Puzenus quæſtor Hagiotheodorites à mandatis.

Puzeni ſordes & inhumanitas.

Moribus ad ſeueritatem & rigorem ita compoſitis, vt aſperrima rupes ſacilius emoliri poſſet, quàm ille à ſententia deduci, & quod mirabilius eſt, non modò lachrymis non mouebatur, ſupplici geſtu non flectebatur, argenti machinis non concutiebatur, auri præſtigijs non capiebatur: ſed & ad inhumanitatē vſq; odioſam à congreſsibus abhorrebat. neque ferè (quod moleſtiſsimum erat hominibus, & penè intollerabile) ijs, à quibus adibatur, reſpondebat, ſed ſilentio pleroſque tacitus præteribat. Tantum autem autoritatis & potentiæ habebat, vt Imperatoria edicta quæ vellet repudiaret & laceraret, quædam in publicos codices referret. Eiuſdem monitu, res vtiliſsima, & omnibus inſulis ſalutaris, & à ſuperioribus Imperatoribus conſtanter obſeruata inutiliter abrogata fuit. Nam vectigalia nautica, olim in claſſem conferri ſolita, hic in fiſcum referenda curauit: ac triremes, quæ ex edicto ab inſulis præbebantur, penè cum ipſis vectoribus in mari demerſit: cum diceret, triremes non ſemper reipublicæ eſſe vtiles: ſumptus verò, qui in eas fierent, & annuos eſſe, & immenſos. Eos igitur in fiſcum referendos, neceſsitate verò poſtulante, ex Imperatoris theſauris ſtipendia promenda eſſe. Quæ cum dixiſſet, vir optimus, & rerum gerendarum peritiſsimus eſt habitus, cū reuera ſententiam crudeliſsimo pirata dignam dixiſſet. Imperatorem enim ſumptuum magnitudine decepit, & paruitate impenſarum rurſus exhilarauit. Qua ſiue temeritate, ſiue tenacitate factum eſt, vt piratæ optatiſsima occaſione mare teneant, & maritimæ prouinciæ latrocinijs vexentur. * Quod ſi ſpicam ei qui ſeuit, acceptam ſerimus, & eum quoque accuſamus, qui non reſecuit, nec incendium ei duntaxat imputatur, qui ignem iniecit, ſed ei etiam qui id reſtinguere cum poſſet noluit, & magis reprehendimus eum qui quod bonum eſſe norat, non fecit, quid eſt dicendum? Ioannes igitur dum integra autoritate pro ſua libidine verſabat omnia, verſabatur in publico, accuratus quæſtor, parcus diſpenſator, fœnerator atque exactor acerbus. Sed vbi potentiam ſuam infringi, autoritatem deſcreſcere, potentiamque langueſcere vidit, quòd alij quoque apud Imperatorem multum poſſent, ac poteſtatem ſuam immodicam euerterent, translatis, quos ſibi præfixerat limitibus tempori ſeruire, & ſtatui rerum ſe accommodare pro virili inſtituit, & ad quendam familiarium ſuorum, mutata plane ſententia, dixit: Age, nos quoque diteſcamus, ductaque vxore ex abiecta & obſoleta nobilitate, inter liberos ex ea ſuſceptos, ingentes opes, quæ voluptatibus alendis abundè eſſent, diſtribuit, homo parciſsimus, & tenaciſsimus, qui ne ſupercilium quidem ad intuendos pauperes attollere auderet, ſed diuitias perpetuò vinculis inſolubilibus conſtrictas teneret, nec eas magis in publicum prodire pateretur, quàm olim Danaen Acriſius, adeò ſordidus, vt eſculenta & piſces maximos ac pinguiſsimos ſibi miſſos, ter aliquando in foro venditos, toties, reciperet ab ijs redemptos, qui opera eius egebant. Ita pro piſcatoribus erant ei piſces, ſorte commutata, quibus magnitudo

Rei naualis abrogatio.

Puzenus ſuis rationibus conſulit.

pro hamo, pinguedo pro eſca erat, itaq; prætereuntes ad ſemendos attrahebant. Sed & Ioannis Hagiotheodotitæ conſilia florebant. Verùm ei ſubita rerum mutatione ac varietate Theodotus Styppiotes collega ſolers eſt adiunctus: qui Ioanni aliàs aſſentiens, alàs refragrans, facundia quidem princeps, ordine verò ſecundus, ijs dignitatis gradibus non contentus, ad ſummum faſtigium plenis velis ferebatur. Oblata igitur opportunitate diſsidiorum inter virum nobilem Michaelem Palæologum, & Ioſephum Balſamenum, cui Hagiotheodoritæ ſoror nupta erat: conſilium ſuum vrget, ac Hagiotheodotitam è regia tanquam è cœleſti ſpecula in extremum angulum præturæ Græciæ & Peloponneſi exigit ad prouincias eas ritè conſtituendas, eorumque virorum diſsidia dirimenda. Cæterùm, Ioanne iter adhuc adornante, fortuna diſceſſu eius non expectato, ad Styppiotam tranſijt: eumque cupidè & familiariter amplexa, ad omnes dignitatum gradus pro temporibus euexit, & gloriam gloria cumulauit. Tandem ad Caniclij magnificum munus, & intimam Imperatoris familiaritatem promotum magis etiam extulit: alterum verò exoſa, ad extremam inopiam redegit: nec mutauit decreta, ſed cõtra conſuetudinem ſuam in eodem ſtatu perpetuò permanſit. Ex eo ille res omnes arbitatu ſuo adminiſtrabat, homo perfundi conſilij, cordatus, ſuauibus motibus, & volucri præditus ingenio. Quæ Imperator iubebat, exequebatur: ille verò ea iubebat, quæ hic volebat. Erat tum etiam Imperator à turpi quæſtu alienus, munificentiæ pelagus, miſericordiæ abyſſus, ob comitatem aditu facilis, regijs virtutibus cedens nemini, animo fraudis & curioſitatis experte. Nam vt è natu maioribus accepimus, illius ætatis homines aurea ſęcula, quæ obliquis verbis celebrantur, ſibi reſtituta putabant: & qui ad fiſcum imperatorium accedebãt, examinibus apum erant ſimiles, è concaua petra cum bombis prouolantium, neque pauciores ijs qui in foro conueniunt, nulli non commodi aliquid expectantes: adeò, vt ad portas premerentur inuicem, atque alij alios vrgerent: hi ingredi, illi egredi properantes. Atque hæc nos audiuimus tantum, non etiam vidimus. Eodem tempore ex publicis theſauris ſubinde aliquid ad pauperum neceſsitates leuandas benignè redundabat. Nam Ioannis Imperatoris tributa, vnde iuſticiæ & Deo pars dabatur, & frugi nummorum diſpenſatio, Manueli aceruos pecuniarum reliquerat: eandemque numinis quoque benignitas auxerat, quemadmodum in Euangelio & merces cœleſtis, & multiplex compenſatio certò promittitur.

Hagiotheodorita à Theodoro Styppiota loco pulſus.

Manuelis benignitas.

Cæterùm Manuel in optimo hoc inſtituto non diu permanſit. Nam vir factus, pro Imperio res adminiſtrauit: & eos quibus cum res erat, non vt ingenuos, ſed vt ære empta mancipia tractabat, & largiendi munificentiam reſtringebat, ac potius in contrarium vertebat, ijs etiam diſtributionibus, quas ipſe ordinarat, abrogatis,
» non tam, vt arbitror, ſuapte voluntate (nam res
» dubiæ in optimam partem interpretandæ ſunt)
quàm neceſsitate coactus, ad ſumptus immenſos tolerandos, id quod in orationis progreſſu declarabitur. Hoc Imperij ſtatu, hoſtilis nubes horrenda & peſtilens ab Occidente in fines Romanorum irrupit: de motu Alemannorum loquor & cognatarum eis gentium, inter quos & mulieres erant, non coniunctis pedibus, ſed virorum inſtar diuiſis, ſuper pallijs equitantes, haſtatæ atque armatæ, ac virili habitu ornatæ, Martio vultu, Amazonibus audaciores. Inter quas vna excelluit, quaſi altera Pentheſilea, quæ ob faſtigia & limbum veſtium auro intertextum Auripes vocabatur. Expeditionis cauſa prætendebatur, Dominicum ſepulchrum, & præparatio viæ rectæ & non inſidioſæ popularibus ſuis Hieroſolyma aſcenſuris, neq; ſe quicquam ſuperuacuum aduehere, ſed ea duntaxat, quæ ad viam complanandam maximè neceſſaria eſſent. profitebãtur, per quę non *ventilabra, non celtes, non ligones, ſed galeas, thoraces, gladios, & quæ alia bello apta ſunt, innuebant. Hanc ſibi itineris eſſe cauſam iurati affirmabant, neque id falsò, vt poſtea cognitum eſt, ac per legatos ab Imperatore petebant, ſibi per eius prouincias pacatum tranſitum dari, & forum præberi, quo commeatum pro hominibus & iumentis comparare poſſent. Imperator verò etſi re inexpectata, & noua, vt fit, territus, tamen ſuis rebus non defuit. Nam & legatis pro tempore benignè reſpondit, & eorum inſtitutum probare ſe, & pios conatus admirati ſimulauit, ac ſtatim rerum vænalium copiam præparaturum pollicitus eſt, quas accepturi eſſent, non quaſi per alienam prouinciam, ſed quaſi per ſuam patriam tranſirent, modò fidem darent, tranſitum ſuum verè pium eſſe, & ſine maleficio Romanorum finibus exceſſuros. His peractis, edicta quouis dimittit, vt commeatus in vitijs, per quas occidentales tranſituri ſint, vænalis exponatur, idque fit ſtatim. Sed „
quia verebatur, ne in pellibus ouium lupi veni- „
rent, aut, contrà quàm fabula narrat, ſub aſini „
exuuijs leo lateret, aut leoninam pellem vulpina obtegeret, Romanas legiones conuocat, publicè de rep. deliberat, quanta multitudo copiarum tranſitura ſit, exponit, quantus ſit equitatus, quantum grauis armaturæ, quàm infinita multitudo peditum, vt toti ærei ſint, vt cædium auidi, commemorat, ſcintillare oculos, & cruore delectari magis omnes, quàm alios aqua aſperſione. Neque verò hæc duntaxat ſenatui, magiſtratibus & exercitibus narrat, ſed illud etiam adiungit, quemadmodum Siciliæ tyrannus inſtar marinæ belluæ, oram maritimam infeſtet, vt ad Romana oppida appellat, & obuia quæque vaſtet, prohibente nemine. Deinde turres & propugnacula vrbis omnemq; mœnium ambitum inſtaurat, exercitui loricas dat, ferratis haſtis milites armat, equis velocibus eorum animos excitat, & pecuniæ diſtributione confirmat, quam „
ex antiquis quidam rerum neruos rectiſsimè „
appellauit. Ita legionibus, Deo & matre virgine cuſtode vrbis adiuuante, ad vim hoſtilem propulſandam inſtructis, alias ad præſidium vrbis retinet, atque in mœnibus diſponit, alias exercitum Alemannorum haud longo interuallo ſubſequi iubet, & eos cohercere qui extra aciem ad prædam & rapinas euagentur, idque facere pacatè, non hoſtiliter. Ac in remotiori

Manuel ex profuſo ſit tenax.

Alemannorum expeditio Hieroſolymitana.

Alemannæ viragines.

Manuel Alemannorum legatis benignè reſpondet, ſed clam inſidiatur.

Romanæ legiones Alemannos comitantur.

Siciliæ tyrannus.

tiori

tiori itinere, nihil memorabile inter vtrunque exercitum accidit. Vt autem Alemanni ad Philippopolim caſtrametati ſunt, ne ibi quidem diſsidium incidit. Nam eius prouinciæ pontifex, Italicus Michael, vir eloquens, & omni doctrinæ genere perpolitus, in congreſsibus ita ſuauis, vt ab eius ore omnes penderent: elatum Regem verborum illecebris & linguæ dulcedine, aliud dicendo, aliud ſentiendo, ac Protei inſtar, pro Romanorum vtilitate, ſe transformando, ita deuinxit, vt eum dicto audientem haberet, ad epulas inuitaret, & propinaret, qui quidem in eius gratiam crudeliſsimè tractabat eos, qui pecunia non numerata commeatum alicunde in caſtra aduehebant.

Ioannes Italicus Philippopolitanus pontifex.

Cum autem Rex inde progrederetur, inter extremum agmen Alemannorum & Romanorum diſceptatio orta eſt, quòd aliqui male tractarentur. Mox vulgi importunitate clamor & rixa ſequitur, donec ad manus & ad arma ventum eſt, Vnde haud dubiè atrox pogna extitiſſet, niſi idem pontifex regem iam mutatum, & bellum ſpirantem, ac inſtar feræ truculentæ concitatum, maturè placaſſet, ac præter expectationem cohibuiſſet.

Alemannorum & Romanorum diſsidia.

Cum autem exercitus ad Adrianopolim conueniſſent, Rex per vrbem vlterius perrexit, quidam verò ex eius cognatis ægrotus in vrbe manſit: quem Romani quidam, homines improbi, qui manus non ad arma, ſed ad rapinas edoctas habebant, vnà cum diuerſorio & ijs quæ intus erant, cremant. Quo Conradus cognito (id enim Regi nomen erat) vltionem Friderico nepoti mandat. Qui, vt homo & natura ferox, & tum ira æſtuans, monaſterium in quo diuerterat ægrotus incendit, comprehenſos capitis damnauit, & perditam pecuniam inquiſiuit. Quæ res pugnæ cauſa fuit: ſed cùm aliorum, tum Pruſuchi ſtudio pax facta eſt. Is enim tribus fluuijs, qui per pontem lapideum tranſeunt, equo ſuperatis, Fridericum iratum conuenit, mitigat, à propoſito abducit. Rurſus igitur pacatè, tranquille, expediteque procedunt. Poſt dies aliquot in Cherobachorum planiciem perueniunt, caſtra locant: ſed vallum vt nec in reliquo toto itinere, non obducunt, Romana fide & pactione freti. Campos illos fluuius Melas perfluit, neque latus, neque profundus: qui æſtate areſcens, in voraginem limoſam coit. Ager enim quem tranſit, non arenoſus eſt, ſed fœcundus, & in altos ſulcos aratro proſcinditur. Hieme verò aut rapidis imbribus ex paruo fit maximus & vorticoſus, vt mare potius quàm flumen videatur, nec iam vado, ſed nauibus traijcitur: & ventorum procellis exagitatus, vicina rura vaſtat, viatores moratur. denique Noxam quendam repræſentat. Is igitur torrens tum imbribus, & noctu ex improuiſo latè vltra ripas effuſus, non ſecus ac ſi cœli cataractæ apertæ eſſent, ex caſtris Alemannorum non modò arma, phaleras equorum, veſtes, & ſi qua alia à iumentis vehebantur, ſed etiam equos, mulos & viros armatos abripuit: ſpectaculum ſanè miſerabile & lachrymoſum: cadunt ſine bello, cæduntur nemine cædente: non ſtaturæ proceritas, non inuicta bello dextera quicquam opis tulit. Pereunt inſtar fœni, inſtar palearum diſsipantur, cum atroci & immani vlulatu, vt qui eam rem viderunt, numinis iram caſtra Alemannorum inuaſiſſe crederent, ita ſubita inundatione oppreſſa, vt nec vitam ſuam tueri poſſent. Eius igitur noctis ſomnus, alijs interitum, alijs iacturam rerum omnium attulit. At Rex eo caſu conſternatus, ferociaque nonnihil remiſſa, admirans Romanis etiam elementa ſeruire: & anni tempora, cum opus ſit, vices ſuas permutare, inde diſceſsit.

Melas fluuius Alemannis infeſtus.

Quum autem prope vrbem Imperatricem veniſſet, exercitum ſtatim traijcere coactus eſt: quamuis dum in Peræa, quæ Picridij appellatur caſtra haberet, principiò renueret, ac penes ſe eſſe, vtrum traijcere vellet, necne, ſtupidè iactaret. Itaque nullum non nauigij genus in tranſportandis Alemannis fuit occupatum. Quum verò Imperator multitudinem exercitus deſcribi, & quot quaque vice traijcerent, annotari inſsiſſet: ij quibus id negotij erat datum, tantæ multitudinis deſcriptione fatigati, re infecta domum redierunt.

Traiectus Alemannorum.

Ita Rege, tanquam oſtento inauſpicato, cupientibus Romanis, in Orientem tranſgreſſo, paulò pòſt etiam Francis commilitonibus inſequutis, Imperator in priſtinam prouinciarum ſuarum curam incubuit: neque illud neglexit, vt iſti in itineribus commeatum venalem haberent.

Francis Conradi commilitones.

Cæterùm, in locis opportunis, & anguſtis tramitibus, inſidias collocandas cenſuit, quibus non pauci ex ijs exercitibus perierunt. Quin & ciues portis clauſis, forum Alemannis non præbebant: ſed funibus de muris ſuſpenſis, pecuniam prius attrahebant: ijsque turſum, quantum vel panis vel aliarum rerum libebat, demittebant, quibus iniurijs Alemanni exacerbati, oculum inſpectorem omnium rerum, contra eos qui iniuſtis ponderibus vterentur, nec aduenarum, & eidem religioni addictorum miſerti, adeò nihil de ſuo conferrent, vt cibos etiam è faucibus eriperent vltorem inuocabant. Verùm peſsimi incolæ, & inhumanitate ſingulari præditi, ne minimum quidem demittebant: ſed auro, argentóue attracto, atque in ſinibus recondito, ex mœnibus ſe ſubducebant, quidam etiam calce farinæ immiſta, cibum peſtiferum reddebant.

Orientales Alemannos & ferro, & fraude, & veneno perſequuntur.

Id vtrum iuſſu Imperatoris factum fuerit, vt ferebatur, compertum non habeo. Vtut ſit, iniquum & nefarium facinus fuit. Illud certè conſtat, eius iuſſu ex improbo argento monetam eſſe cuſam, quæ ijs daretur, qui ex Italico exercitu aliquid venditurì eſſent. Breuiter vt dicam, nullum mali genus fuit, quod Imperator non vel ipſe in eos machinaretur, vel alijs machinádi autor eſſet: vt ſcilicet eorum poſteri perpetuis monimentis ab inuadendis Romanis deterrerentur.

Manuelis inſidiæ contra Alemannos.

Idem & Turci imitati ſunt, Manuelis literis ad bellum Alemannis faciendum concitati. Itaque circa * Bathym, Pamplano quodam duce, prælio victores, multos occiderunt. Sed quum eam quoque partem aggreſsi eſſent, quæ Phrygiam præteribat opinione ſua decepti, interitum longè remotum vltrò ſibi accerſiuerunt, in foueam illapſi quam ſuis manibus effoderant. Neque enim omni iniuria abſtinentes laceſſendi erant nec ad iram, ad cædes concitandi. Verùm illi denſata phalange

Turci Alemannis infeſti.

phalange, in ripis Meandri fluminis ſtantes, La-
tinorum exercitum tranſitu prohibebant: qui
cùm omnibus temporibus, ob vortices & va-
rios anfractus, non vbique facilè ſuperetur, tum

Alemannorum pugna cum Turcis ad Meandrum fluuium.

planè tranſiri non poterat. Ibi Occidentales co-
piæ ipſa re declararunt, patientia ſua factum eſ-
ſe, quo minus Romanorum phalanges prædæ
eſſent, eorumque vrbes exſcinderentur, & ci-
ues pecudum inſtar mactarentur. Nam quum,
Rege ad fluminis ripas accedente, neque naues
præſtò eſſent, neque pons: & Turci equites &
pedites permiſti, in vlteriore ripa ſe ad pugnam
paratos eſſe oſtenderent: & ſagittis frontem
exercitus, fluuium prætereuntis, attingerent,
tum quidem paulum acie à fluuio ſubducta, ex-
tra teli iactum caſtra poſuit, atque omnes, vbi
cœnarint, in equis armatos eſſe, & curtus curare
iuſſit, vt diluculo cũ Turcis dimicaturos. Surgit
igitur ante ortum Solis, in tenebris adhuc, & ipſe
ad pugnam exornatus, & exercitus omnis arma-
tus. Idem & barbari fecerunt, inſtructaque acie,
& ſagittarijs in ripa diſpoſitis, & equitatu, vt vi-
ſum erat, ordinato, quum Itali in ripa progredie-

Conradi regis exhortatio militum.

bantur, pugnam ciebãt eminus. Rex verò aciem
obiens, milites hoc modo cohortatus eſt. Expe-
ditionem hanc à nobis propter Chriſtum, & di-
uinæ, non humanæ gloriæ parandæ causâ, ſuſce-
ptam eſſe, ſcitis vtique commilitones. Hac e-
nim de cauſa, ſpreta domi iucunda vita, vltrò à
propinquis noſtris ſeiuncti, per alienas regio-
nes ærumnas toleramus, periculis exponimur,
fame tabeſcimus, frigore horremus, æſtu ſolui-
mur, cubile, terram, tectum, cœlum habemus,
quamuis nobiles, illuſtres, inclyti, diuites, mul-
tis gentibus imperantes, thoraces ſemper tan-
quam vincula neceſſaria geſtamus: ijſque fatiga-
mur, quemadmodum maximus Chriſti ſeruus
Petrus duabus cathenis oppreſſus, & quatuor
militum quaternionibus cuſtoditus. Barbaros
autem, qui flumine à nobis diuiduntur, crucis
Chriſti eſſe hoſtes, quos bello aggredi olim cupi-
uimus: in quorum ſanguine, vt Dauid loquitur,
nos loturos eſſe promiſimus: quis eſt qui neſciat,
niſi planè vecors, nec apertis oculis videre, nec
patentibus auribus audire velit? Quòd ſi re-
ctà in cœlum aſcendere ſtudemus (neque enim
„ iniuſtus eſt Deus, vt huius viæ cauſam ignoret,
„ aut immortalia prata & vmbroſa Edemi domi-
„ cilia non retribuat nobis: qui, relictis ædibus,
„ pro ipſo mortem oppetere quàm viuere malui-
mus) ſi memoria repetitis, quæ, quibuſque
temporibus iſti corde incircumciſi, in popula-
res noſtros admittant. & quas eis alapas impin-
gant recordamini, & ſanguinis innocenter effuſi
aliqua miſericordia tangimini: ſtate iam forti-
ter, & ſtrenuè pugnate, neque vllus vos terror
moueat quo minus alacriter reſiſtatis. Cogno-
ſcant Barbari, quantum Chriſtus magiſter no-
ſter & præceptor, ſeductorem prophetam & im-
piæ religionis antiſtitem ſuperat, tanta & nos
„ rebus omnibus ſuperiores eſſe. Cum igitur caſtra
„ ſancta ſimus, & diuinitus collectus exercitus, ne
„ turpiter vitam amemus, nec obitum memorabi-
„ lem pro Chriſti charitate reformidemus. Si enim
Chriſtus pro nobis mortuus eſt, quanto iuſtius
nos pro illo oppetemus? Honeſtæ huic expedi-
tioni, etiam finis honeſtus imponatur: Chriſto
freti pugnemus, cum certa ſpe victoriæ non dif-
ficilis. Neque enim quiſquam, vt confidimus,
impetum noſtrum tolerabit, ſed omnes primæ
aggreſsioni cedent. Sin (quod abſit) occubue- „
rimus: honeſta ſepultura erit, vbicunque pro „
Chriſto occubuerimus. Me ſagittarius Perſa „
pro Chriſto feriat, cum ſpe bona moriar, eaque „
ſagitta tanquam vehiculu ad requiem illam per- „
ueniam, quod mihi potius erit, quàm ſi morte „
ingloria in peccatis opprimerer. Iam tandem vl- „
ciſcamur eos, quorum impuris conculcati pedi-
bus & conſanguinei noſtri & Chriſtiani fratres,
in communem illum ſacrum locum abierunt,
in quo defunctorum contubernalis factus eſt
Chriſtus, patri æqualis & aſſeſſor. Nos ſumus
potentes illi, nos omnes gladios ſtrinximus, qui
vitale diuinumque ſepulchrum tanquam Salo-

Imperatorum Græcorum ignauia.

monis cubile circumſiſtimus. Agarenos igitur
ancillæ filios, nos liberi tollamus è medio, & tan-
quam lapides offenſionis è via Chriſti remouea-
mus: quos haud ſcio cur Romani tanquã lupos in
ſuam cedem alunt, & per dedecus ſuo cruore ſa-
ginant: cùm excitatis animis, & cogitatione cor-
dato viro digna ſuſcepta, tanquam feræ à gregi-
bus, ſic illi ab ipſorum prouincijs atque vrbibus
pellendi eſſent. Iam quia fluuius hic, vt cernitur,
non niſi noua ratione tranſiri poteſt: ego ipſe hu-
ius exempli monſtrator ero, meumq; conſilinm
primus exequar. Acie condenſata, haſtiſque con-
iunctis cum impetu irruemus, & flumen perequi
tabimus: ſatis ſcio aquam repulſam, ſtaturam eſ-
ſe, conuerſoque veluti curſu, non rectà proma-
naturam. Non diſsimili olim ratione Iſraelitæ
Iordanẽ, ſuppreſſo flumine, pedibus tranſierunt.
Conſilium hoc & facinus etiam ad poſteros me-
morabile eſt futurum, nulla longinquitate tem-
poris, nulla obliuione obliterandum: cum ſum-
mo Perſarum probro, quorum cadauera circa
hunc amnem proſtrata, in collem exurgent, ac
inſtar trophæi conſpicientur, cum gloria noſtra
immortali. Quæ cum dixiſſet, & ſignum pu-
gnæ dediſſet: & ipſe equum flagellis cohorta-
tus, in fluuium fecit impetum, & cæteri de more

Conradi regis illuſtris victoria de Turcis.

peractis precibus, clamoreq; ſublato, hoſtes ado-
riuntur, acie turris inſtar inſtructa, denſataque
confertim perequitantes, vt fluminis vndæ vngu
lis æquorum partim in ripas excuterẽtur, partim
reſiſterent non ſecus ac ſi contra naturam ad fon-
tes regrederentur: ipſi verò non ſecus ac terra
proficiſcentes, in Perſas ex improuiſo irruerent.
Barbari vero, qui nec fuga ſalutem quærere (nam
à perſequentibus capiebantur, nihil adiuti velo-
citate equorum incredibili) neque comminus
pugnare cùm Alemannis poſſent: varijs modis
cædebantur, atque alij ſuper alios ariſtarum in-
ſtar cadebant. Nam hi lanceis confodiebantur,
illi prælongis gladijs medij diſſecabantur, veli-
tes præſertim alijs pugiones in viſcera adigeban-
tur: Vt Perſarum cadaueribus campi illi planè
tegerentur, & valles ſanguine redundarent. Ita-
lorum multi ſagittas icti, pauci verò interfecti
ſunt. Quanta autem multitudo ceciderit, e-
tiam hodie oſsium tumuli crebri & alti, col-
lium inſtar, teſtantur: quos, qui illac iter habet,
quiuis admiretur; vt & ego, qui hæc ſcribo,
ſum

Marij Cymbrica victoria.

ſum admiratus. Ac quanti ſepium fuerint ambitus, quæ ex Cymbrorum oſsibus factæ, Maſsilienſium vineas cingebant, Barbaris à Mario duce Romanorum cæſis, ij maximè nouerint, qui recens illud facinus oculis vſurparunt, & cæteris exposuerunt. Sed hoc illo vtiq; maius eſt, niſi magniloquentia hiſtorica res Cymbricæ vltra veri fidem exaggeratæ, propemodum in ſabulam degeneraſſent. Ex eo citra bellum Alemanni ſunt progreſsi, Barbarorum nemine impediente.

NICETÆ CHONIATÆ LIber ſecundus rerum à Manuele Comneno Imperatore geſtarum.

Corcyra Rogerij Siciliæ Regis præſidio occupata.

AC Itali huiuſmodi certaminibus exercitati, Cœleſyriam occuparunt. Dum verò verſus Hieroſolyma pergebant, & Romanorum finibus ſuperatis, Phrygiam ſuperiorem, Lycaoniam & Piſidiam attigerant, olim Romsnæ ditionis, tum à Barbaris, ſuperiorum Imperatorum ignauia & deſidia bello ſubactas: vt quibus parum cordi erat, labores & pericula pro eorum ſalute, quibus præerant, adire, Manuel Imperator animo agitabat, quo pacto iniurias Siculorum Romanis inhumaniter factas vlciſceretur, & Corcyreorum promontorio, quod nunc Corypho appellatur, præſidium eorum depelleret. Nam Rogerius, qui in Sicilia rum regnabat, ſiue ex fœdere cum Alemannorum rege icto, vt ferebantur, ſiue ſua ſponte, vnà cum motu Alemannorum & ipſe nauibus expeditis Romanorum oram maritimam incurſabat. Claſsis igitur Brunduſio prouecta, Corcyræ appellit, eamq; citra dimicationem primo impetu capit. Cauſa eius rei fuerunt inſulares, ij præſertim qui omnis prudentiæ expertes, Gymni cognominantur. Cauſati enim, ſe grauem & intollerabilem exactorem, eiusque iniurias diutius ferre non poſſe, improbum conſilium capiunt. Quod cùm ſuo Marte non poſſent exequi, occaſione cupidè arrepta, claſsis præfectum adeunt, eiusque blandiloquentia illecti, Siculum præſidium mille armatorum, certis conditionibus accipiunt. Ita dum fumum tributi fugiunt, temerè ſe in ſeruitutis ignem præcipitarunt, ac Romanis, homines leuiſsimi, & diuturnum & grauiſsimum bellum concitarunt. Ille verò caſtello pro virili munito, vt nec capi nec oppugnari facile poſſet, Monembaſiam traijcit, id quoque promontorium citra ſanguinem, quemadmodum paulò antè Corcyram, occupaturus. Sed cum in viros cordatos, & libertatis dulcedinem expertos incidiſſet, ita repulſus eſt, ac ſi in petram immobilem impegiſſet, infectaque re, remis diſsimulandæ fugæ cauſa ad puppim conuerſis, diſceſsit, vitatoque Maleenſi traiectu, ventorum contrarijs procellis infeſto, de quo prouerbium vſurpatur. Ad Maleam cum acceſſeris, eorum quæ domi habes obliuiſcere, fretum interius ingreditur, & latus eius vtrunque peruagatus, non aperta loca duntaxat populatus eſt, ſed opportuna etiam & munita partim in deditionem accepit, partim vi ſubegit, atque Acarnania, Aetolia, quæ nunc Artinia dicitur, totaque ora maritima vaſtata, Corinthiacum ſinum intrat, & in Criſſæum portum inuectus, in mediterranea impreſsionem facere auſus eſt, cum neminem aduerſarium parem haberet. Præterea claſsis præfectus graui & leui armatura in aciem è nauibus educta, cetorum inſtar qui pabulum vtrinque petunt, in Bœotiam irrupit, & interiectis oppidis obiter direptis, Thebas cepit, & ciues inhumaniter tractauit, qui cum ex antiquo more diuites haberentur, homo inſatiabilis, qui nullum cupiditati ſtatuerat modum, niſi eum, vt naues omnes aut ſaltem plurimas, pecuniæ pondere ad tertium vſque cingulum demergeret, & opifices exhauſit, & ſordidi oboli curioſus indagator, potentes illuſtri genere natos, ætate venerabiles & dignitate præſtantes viros, varijs afflixit modis, nullius verecundia aut miſericordia motus, homo prorſus inexorabilis, non vindictam ineuitabilem, non Cadmeam victoriam timens. Denique ſacris libris propoſitis, ſingulos cinctis lumbis ingreſſos, inſpectisque libris, cum iureiurando ſuam rem familiarem declarare, eaque abiurata diſcedere coegit. Sic omni auro, omni argento, omni preacioſa veſte nauibus impoſita, ne corporibus quidem eorum pepercit, quos ſpoliarat, ſed primoribus, delectu ex optimatibus habito, comprehenſis, & matronis pulcherrimis ac ditiſsimis, & texendi peritiſsimis ſelectis, inde diſceſsit. Ita rebus proſpere ſuccedentibus, neque terra, neque mari vllo reſiſtente, Corinthum tendit, vrbem diuitem, in Iſthmo ſitam, duobusque commodiſsimis ad exportationem & importationem ac commutationem mercium portubus nobilem, in quorum alterum ex Aſia, alterum ex Italia appellitur. Cum autem mercatum, quæ inferior vrbs eſt, vacuum reperiſſet, Acrocorinthum etiam (omnes enim eſculenta omnia, omnes opes ſiue ſacras ſiue profanas eò contulerant) tentandum cenſiut, &, ſi fieri poſſet, expugnandum. Fuit autem Acrocorinthus veteris vrbis arx, nunc verò caſtellum munitum eſt, monti alto impoſitum, in acutum cacumen faſtigiato, ipſum verò faſtigium, planiciem habet menſæ forma, firmis mœnibus circundatum. Intus non pauci ſunt aquæ pellucidæ & potabilis puteoli, & fons Pirene, cuius etiam Homerus in Odyſſea meminit. Id caſtellum, quamuis & natura & manu adeò munitum adeò tutum ac penè inexpugnabile, Siculi Franci citra laborem ferè ſunt ingreſsi, exiguo tempore ad deditionem coactum. Neq; verò nouum hoc eſt, aut mirandum. Neque enim ipſum caſtellum ſiue iuſto præſidio ſe ipſum defendere, aut hoſtes propulſare potuit. quamuis enim multi cuſtodes in eo eſſent. nullus tamen inter illos fuit vir fortis, cui rectè ciuitatis cuſtodia crederetur. Nam Imperatorij milites cum ſuo duce Nicephoro Chaluphe, & Corinthiorum proceres ibi deſidebant. & ex vicinis oppidis non pauci eò tanquam in certiſsimũ aſylum ſe receperant. Claſsis autem præfectus, munitione potitus, eiusque natura conſiderata, ad quam oppugnandam nuſquam pateret aditus. Deo duce, inquit pugnauimus, Deus nobis hunc locum occupandum præbuit. Eos verò

Siculorum graſſationes in mari.

Malea.

Bœotiæ direptio.

Corinthi & Acrocorinthi direptio.

verò qui intus erant, deriſit, & vt imbelles exagitauit, Chaluphem in primis, vt fœmina molliorem, & ad colum & lanam tractandam aptiorem illius quoque loci opibus in triremes impoſitis, Chorinthiorum nobiliſsimos, & matrooas formoſiſsimas & ditiſs. io ſeruitutem abduxit. Ac ne Theodoti quidem martiris miraculis clari imagine abſtinuit, ſed ea quoque ex remplo abrepta, ſecunda nauigatiooe vſus, in reditu Corcyreorum arcem firmauit. Tum ſi qois Siculas triremes multis pulchtis rebus onuſtas & ad ſummum vſque remigium depreſſas, vidiſſet, tectiſsimè dixiſſet non oaues eſſe piraticas, ſed onerarias, mercium omne genus vehentes.

Manuelis expeditio contra Siculos.

Quo nuncio turbatus Manuel Imperator, non ſecus ac Homericus ille Iupiter, aut Themiſtocles inſomnes ooctes ob Miltiadis trophæum agens, ſolicitè quid agendum eſſet animo agitabat. Igitur viris & rei militaris peritis, & eloquentia claris, accerſitis, vnum è multis conſilium approbauit. Siculos terra mariq́ue bello petendos, eoq́ue maiore apparatu, quod id bellum ſpe non optima niteretur, & multa impedimenta habiturum videretur, quippe de quo ex ſententia conficiendo, veteres quoque Imperatores deſperaſſent. Coouocantur Orientales & Occidentales legiones, triremes partim reficiuntur partim nouæ ædificantur. In certas ignis græcus imponitur, qui longo iam tempore abditus latuerat, omnis generis nauigia, circiter mille, tam ad viros & equos, quàm ad commeatum vehendum contrahuntur, & in mare deducũtur. Sunt & pedeſtres copiæ ex omni imperio conſcriptæ armis, viribus atque animis florentiſsimę & hoſtibus meritò formidabiles. Nam Ioannes, Manuelis pater, optimus & bellicoſiſsimus imperator, nec cæteris in rebus, quæ ad publicam vtilitatem ſpectarent, negligens, & io cathalogos militum io primis intentus fuit, eosq́; tum congiarijs liberalibus excitauit, tum bellicis exercitationibus firmauit, Sic igitur optimè ad bellum Siculum, vt putabat inſtructus, Stephano Coontoſtephano ſororio, Magno Duce deſignato, claſſem iubet ſoluere, pedites quoque præter cæteros duces Ioanoe Axucho Magno Domeſtico adiuocto, cuius ſupra ſæpè mentionem fecimus, ablegat.

Contoſtephanus Magnus Dux.
Ioannes Axuchus Magnus Domeſticus.

Triremes ad Phæacum littus appulſæ, ita diſtributæ ſunt, vt & Romanæ & Venetorum ſociæ ſeorſim ſtationes haberent, ne ex promiſcuo congreſſu contentiones orirentur. Paulo pòſt & ipſe Imperator cum exercitu egreditur, & Scythis primo congreſſu profligatis, qui Iſtro ſuperato loca Hæmo monti vicina populabantur, relicta Philippopoli, rectà ad Corcyram pergit.

Corcyre promontorium.

Cuius inſulæ promootorium altiſsimum, in nubes aſſurgit, anfractibus inflexum, & in mare profundiſsimum prominens, præruptis petris ſeptum, tota vrbs mœnibus firmiſſ. circundata, atque altiſsimis turribus adornata eſt, quo mirabilior fuit eius expugnatio. Ac nauales copiæ corona promontorium ciogentes, ferro totæ collucebant. Sed ante oppugnationem Imperator per eius linguæ peritos, hoſtium animos periclitandos cenſuit, an citra pugnam caſtello vellent cedere. Qui cum eius poſtulatis reiectis, portisq́ue clauſis, ac vectibus firmatis, & ſagittarijs funditoribus, & omnis generis machinis in mœnibus diſpoſitis, pugnam cierent: tum ſuis quoque legionibus idem facere, & quouis modo vlciſci hoſtes iuſsit. Ex eo Romani rela velut in cœlum eiaculantur, hoſtes verò ſagittas tanquam niuem deijciunt. illi ſaxa tormentis vi adigere in altum conantur: hi grandinis inſtar ſaxa deijciũt quorum tela vt ex ſuperiore loco citra laborem miſſa, efficacia erant, cum Romaoorum telis ex ioferiore loco aut nihil aut parum admodum læderentur. Quæ cum crebtius repetita Romanis præſens exitium denunciareot, obſeſsis verò ſine vllo incommodo optabilia eſſent: Romani cladibus excitati, ſubiode oouì aliquid in conſpectu imperatoris excogitant, fortia facinora edunt tollerantiam ærumnarum declarant, rationibus in re dubia inueotis. Vnde quanta calliditate, & rei militaris vſu valerent, elucebat. Verùm illa omnia fruſtra erant, & vani conatus earum rerum quæ fieri non poterant, Imò gratiſſimam rem hoſtibus & optabilem planè faciebant, haud ſecus ac ſi cœlum oppugnarent, aut oidos auium in ſublimi ſpecula poſitos, ipſaſue nubes ſagittis peterent. Tandem ipſe quoq; Magnus Dux fragmine ſaxi machina excuſsi, lumbos ictus, & ſemianimis caput iactans, vulneri oon diu ſuperſtes manſit.

Contoſtephani interitus.

Ita prædictio Coſmæ Attici patriarchæ, qui Michaeli Oxitæ ſucceſſit, euentu comprobata eſt. Is Michael ſumma ſede vltrò ceſsit, & in Oxiam inſulam redijt, in qua vitæ inopis & ſimplicis inſtitutum à puero fuerat amplexus. Ibi in rempli veſtibulo proſtratus, cuiuis monacho collum calcandũ præbuit: quòd contrà quam ſibi expediret, adamatam à primis annis quierem repudiaſſet, nulloq; cum fructu thronum ſublimem conſcendiſſet.

Michael Oxites.

Coſmas verò tum in numero diaconorum erat, patria Aegineta, & quamuis eruditiſsimus, virtutum tamen choro erat illuſtrior, in primis benignitate erga pauperes inſignis, quæ tanquam in precioſo monili gemma radiãs, ſic ipſa inter virtutes reliquas elucebat. Adeò vt aliquando pallium & tunicam & lineam calyptram capitis, pauperibus miſericordia motus diſtribueret: nec de ſuo tantum largiretur, ſed alios etiam vt pauperũ inopiæ ſubuenirent impelleret.

Coſmas Atticus patriarcha, Contoſtephano interitum, & Manueli orbitatem vaticinatur.

His de caoſis ille vir omnibus erat venerabilis: Iſaacius verò Manuelis frater Sebaſtocrator, ei tantum non immolabat, id Deo gratum & faciendum iudicans, quod Patriarcha monebat: contrà verò inuiſum Deo & abominandum, quod is vetabat. At factio pontificum virtutis inimicorum, & huic ſanctiſsimi viri inſtituto aduerſantium, eum apud Imperatorem deferunt, quaſi Iſaacio fratri regnum conciliare ſtuderet: manifeſtos illius in ſacrum palatiũ ingreſſos, vt clandeſtinos, & quæ palàm colloquebantur, tanquam occultas conſpirationes calumniantur.

Coſmas ob Iſaacij amicitiam patriarchatu pellitur.

Manuel igitur vt ambitioſus adoleſcens, cui facilè à patriarchæ accuſatoribus perſuadebatur fratrem regnum affectare: hunc throno deturbare cupiebat, & quia nihil tam ſanctum eſt, quod calumnia tentare non audeat, & omnes ad nocendum procliuiores eſſe conſtet, de ſucceſſore ei dando agitur, per cauſam, quod cum Nephone quodam monacho perperã ſentiret. Erat is monachus ei familiaris, & ſæpe menſa

Nephon monachus.

eius,

ſa eius,iiſdemq; ędibus vtebatur. Crimini autem ei dabatur praua opinio, & raſa erat in longum maxilla, & à patriarcha Michaele in carcerē coniectus fuerat. Itaque Coſmas etiam, vt ſectator eius, & ſuffragator, in crimen venerat, qua ſpecioſa calumnia freti aduerſarij, Patriarchā apertè incurſabant. & vi ſuperare, ac in ordinem cogere manifeſtis ſuffragijs nitebātur. Proinde in iudicium adductus, ac potius præiudicio condemnatus, cum ea rogaretur quæ ignorabat, ob eaq; per oſtraciſmum quendam pelleretur: indignatione plenus Imperatricis vterum execratur, ne mares liberos pariat: & ex proceribus quoſdam cenſura eccleſiaſtica notat: & cōcilium eijciendi ſui cauſa indictū, vt quod palatij fores frequentaret, & perſonarum rationem haberet, ſeque pet iniuriam & cōtra inſtituta maiorum ſede & grege pelleret, inſectatus eſt.

Contoſtephani contra Coſmam indignatio.

Contoſtephanus autē, vnus ex iis qui ſellam Imperatoris circumſiſtunt, & familiarius cum eo colloquūtur ęgerrimè ferre ſe herilis vteri execrationē oſtendebat: & ſimulata ingenti præ cæteris omnibus indignarione, ira æſtuans: Patriarcham aggreditur, quaſi alapam impacturus, quanquam ab eo ſibi temperauit. Id nec Imperatori cordati hominis factum eſſe viſum: quod ſuum iudicium iracundia declarauit. & con ſanguinei Imperatorij & ſenarus, Contoſtephani facinus nefarium reprehenderunt, qui Tellurem vaſto ore hominibus adeò iniquis inhiantē non horreret. Ipſe verò patriarchaleni voce dixit: Sinite iſtum, iamiam ſuam Petræam accepturum, quibus verbis pet ambages innuebat, quo mortis genere periturus eſſet. An verò Imperatoris coniunx, ob iſtam patris execrationem mares non pepererit, Deo ſeruum ſunm honoranre, atque efficienre vt illa per omnem ætatem tantum puellas euiteretur: equidem non ſatis ſcio. Imperator autem rectè ſentire viſus, cum à ſua conſcientia argueretur, ob virum iuſtum, religioſum & criminis expertem, iſtaque ignominia minimè dignum, ſolio deturbatum: hanc, & non aliam cauſam eſſe cenſuit, cut nullos filios procrearet. Sed Contoſtephano, vt diximus, occiſo, Magnus Domeſticus Ioannes præfecturam claſsis, ſine ramen Magni Ducis cognomento, ſuſcipit, atque omnia adminiſtrat, vt homo rei militaris peritiſsimus, & manu promptus, & ingenio ad principatum aptiſsimo. Imperator verò fruſtra ſe tempus terere ægrè ferens, & dies, vt olim Cephalenum rex Vlyſſes. Solis boues fruſtra con ſumere nolens, naui conſcenſa, & Corcyra vndique perluſtrata, diligenter conſiderat, qua parte oppugnari poſſet. Nam obſidio tertium menſem iam durabat. Neq; enim Oſſam reuellere, aut Athon aduoluere, & montes montibus imponere poterat, quò arcem facilius expugnaret, vt poëtica magniloquentia fabulatur.

Lignea turrita ſcala.

Vt verò omni conſilio deſtituebatur, viſum eſt in valle, qua ad interiora facilis patebat aditus, ligneam ſcalam turris forma in orbem fabrefactam, mœnibus admouere. Proinde trabes nauticæ, & magni mali coagmentantur: & qui tantæ altitudini erant impares, commiſſuris aliorum lignorum æquātur cęteris. Ea ſcala cum tandem attolleretur, & ad arcem applicaretur, faſtigium eius aſperam cautem attingebat, in qua mœnia vrbis incipientia, aditum è ſcala deſcenſuris præbebanr, vbi veſtigia figere. & hoſtes aggredi poſſent. Baſis verò ſcalæ probè compacta, itaque defixa. vt minimè agitaretur, nauigijs incumbebat. Deliguntur fortiſsimi, qnique & bellis celeberrimi: & ipſe Imperator proclamat, Qui Imperatorem diligit, & pericula non reformidat, aſcendat. Nec tamen eo præconio quiſquam euocabarut, ſed periculi magnitudine territi. aſcenſum detrectabant omnes: donec quatuor fratres Petraliphæ. ex Francica gente oriundi, qui Didymotœchi habitabant, dicto Imperatoris audientes, primi ſcalam conſcenderunt.

Petraliphæ.

quorum audacia incitati alij non pauci, ac ante eos Pupaces, Magni Domeſtici ſatelles, quaſi numine afflatus proſiliens, conſecuti ſunt, quibus omnibus Imperaror ob alacritatem & celeritatem collaudatis, ſelectiſque ad CCCC. eorum, quos ſæpe in acie ſtetiſſe, & viros eſſe fortes compertum habebat, eos aſcendere iuſsit: prolixè prius cohortatus ad rem fortiter gerendam, & ipſis eorumque liberis ampla præmia, & mutuam beneuolentiam pollicitus.

Pupaces.

Siue enim vitam periculo euitato ſeruaueritis, inquit, certamine iſto feliciter ſuperato, me ſupra opinionem veſtram pro domino & Imperatore, patrem fideliſſimum habebitis: ſiue pro patriæ honore, veſtraque gloria mortem oppetieritis, etiam ſic ea quæ ad ornandum obitum veſtrum pertinebunt, non negligam: ſed veſtræ familiæ, vxorum & liberum eam rationem habebo, vt beati & felices ſint iudicandi: & ipſi magnum ſitis mortis ſolatium habituri, ſi quis modò ſenſus defunctis ſupereſt, nec omnium anteactarum rerum obliuio obrepit, ac pręcluſa eſt rerum pòſt actarum cognitio. Primus igitur Pupaces, vt dixi, cum ſe cruce ſignaſſet, aſcenſum auſpicatur. Sequuntur Petraliphæ fratres: deinde alij, donec in ſcalis omnes conſtiterunt. Nemo fuit. quin inuſitato iſto & horrendo ſpectaculo conſternatus, eiulatu & lachrymis oppletus, percuſſo pectore Deum inuocarit. Illi clypeis, quo tutiores eſſent. ſupra capita elatis, ſtrictiſque gladijs, cùm ad hoſtes appropinquaſſent, acriter dimicant: qui quamuis omnis generis telis & grandibus ſaxis eos peterent. Nihil proficiebant. Nam cùm vt incudes malleis, ita ipſi crebris telis ferirentur, indefeſsi, immobiles, & in periculis imperterriti perſeuerabant. Atque id certamen exitū pulcherrimū habuiſſet, magnamq; Romanis gloriam peperiſſet, niſi caſus quidam inauſpicatus & nimijs ſucceſſibus inuidens. optimū principium, & ſpem initiò bonam infelici exitu terminaſſet. Nam cum Pupaces iam de ſcala deſcēdiſſet, & gradu in rupe firmato, cum hoſtibus dimicaret: ſcala confracta cæteri miſerabiliter in fluctus, ſaxa & nauiū tabulata præcipitati, ſupernè etiam ſaxis obruti, plerique perierunt, ac pauci ex multis illis euaſerunt incolumes.

CCCC. interitus.

At Pupaces cum hoſtes mœnibus pepuliſſet, ac paruam portam apertam repeiſſet, per eam in caſtra redijt: quæ res non Romanis tantum & Imperatori, ſed hoſtibus etiam ſtupori & admirationi fuit. quibus cum inhumanitas & animi feritas obijceretur, quòd de ſcala deiectos, ſaxis obruerent, deſtiterunt, fortitudinem eorum admirati, Eius cladis luctu vix dum

Pupaces mirabiliter euadit.

finito, & Imperatoris dolore temporis ſpacio cunctа conſumentis vtcunque leniro: alia calamitas ingruit, ſuperiore peior, & malum funeſtum ſuboritur. Inter Romanos & Venetos in medio foro ſeditio oritur: nec dicterijs & conuicijs certatur, ſed manibus & armis. Confluunt, ea audita, vtrinque armati, ad opem ſuis popularibus ferendam: acceſſere item multi inermes, regio genere elati, & dignitatibus illuſtres. Aduenerunt & Venetorum primores, morum illum ſedaturi, & pacem conciliaturi. Sed verbis ijs mouebatur nemo: nemo concilium illud maximorum virorum curabat. Mars enim atrocirer ſæuiens, & ſanguinis effundendi cupidus, grauis armaturæ milites, eoſque potiſsimum Venetæ factionis, ita concitabat, vt nulla re coherceri poſſent. Nam quò magis Magnus Domeſticus Romanorum impetum reprimebat, eo magis Veneti ira percitiè triremibus erumpebant. Cùm igitur videret, ſe pacificando nihil proficere, & populos prælio dirimi neceſſe eſſe: ſuos ſatellites accerſit, quorum fideli opera in acie vtebatur, eoſque in Venetos immittit. Educit & copiarum partem. Illi igitur, cùm pauliſper reſtitiſſent, arrepta fuga, in uiri iaculis & cædibus in naues compelluntur. Verùm ne ſic quidem ferocia mitigata, arma nec poſt acceptam cladem poſuerunt, ſed inſtar belluarum ægrè morientium inſilientes & proſilientes, indignati ſunt, ſe ipſis Romanis non fuiſſe ſuperiores. Et cùm non amplius terra pugnare poſſent, in quandam inſulam prouecti, Aſteridem opinor, quam veteres inter Ithacam & Cephalenium terrapolim ſitam eſſe tradunt: hoſtilem in modum Romanas naues illac tranſeuntes inuadunt, ac malè tractata claſſe, Euboica præſertim, denique ipſas naues cremauerunt. Neque hoc malo contenti, aliud grauius adiungunt: Imperatoriam nauem ſuffurari, primùm conclauia Imperatoria peplis auratis & purpureis tapetibus exornant. Deinde homuncionem perditum nigrum quendam Aethiopem, in eam introductum, & ſplendida corona exornatum vt Romanorum Imperatorem, cum magnifico comitatu per ludibrium celebrarunt, deridendi Manuelis cauſa, qui non flauam comam haberet vt maturæ ſegetes, ſed fuſcus eſſet inſtar ſponſæ illius in Canticis, quæ ſe nigram, ſed formoſam eſſe ait, vt à Sole nonnihil adustam. Quamuis autem Imperator Barbaros ſtatim iuſto ſupplicio afficere poſſet, tamen veritus ne inteſtino bello commoro, plura incommoda ſequerentur: miſsis è ſua familia quibuſdam, Venetis iniuriarum tàm ſibi quàm Romanis hoſtiliter illatarum veniam pollicetur cum vltionem, alijs rebus vrgentibus,
„ intempeſtiuam eſſe cerneret. Nihilominus ira
„ animo, tanquam igne ſub cineribus, preſſa, atque in præſentia diſsimulata: tum eos vltus eſt, cùm res patiebantur, vt ſuo loco exponemus. Tum autem reconciliatus exercitibus, ad oppugnationem educit legiones: & vrbe, quà res ferebat, mari circumſeſſa, nihil intentatum relinquit: quaſi ſecum ipſe certans, an eam vel ad deditionem cōpellere, vel per vim excindere poſſet. Igitur ex machinis grandia ſaxa crebrò torquebantur, & ſagittarij ſumma contentione ſagittas hybernis niuibus crebriores in mœnia conijciebant. Quidam etiam in multis munitionis partibus per valles inſtar caprearum arrepſerant. Sed id vnum proficiebatur, ne ignauus eſſet exercitus. Nam obſeſsi & ipſi fortiter ſe defendebāt, ac in campum deſcendendum, & comminus cum Romanis pugnandum minimè cenſebāt: ſed de mœnibus vim propulſabant, & ſaxis omnique relorum genere hoſtes obruebant. Vr igitur animaduertit, ea ſe conari, quæ ad exitum perducere non poſſet: inde recedere, & obſidionem affectam relinquere noluit: ignominioſum ſibi fore ratus, ſi poſt multos labores, nec paucis cohortibus amiſsis, vnum caſtellum, idq; nō ita pridem Romanis obnoxium, expugnare non poſſet, atque in ſua ditione mille prædones aleret, Corcyra relicta, quæ Siculis triremibus nauale ac receptum præberet, obſidionem igitur, quoniam nulla ſpes melior affulgebat, ducendam eſſe ſtatuit, & diuturnitate remporis præſidiarios ad deditionem compellēdos. Nec eum fefellit hæc opinio, neq; ſpes fruſtrata eſt. Hoſtes enim aliquot diebus pòſt, per legatos petunt, ſpaciū ſibi dari, cùm armis cæteriſque rebus ſuis diſcedendi. Vt enim videbant, ſe per Imperatorem ibi manere non poſſe atque inani ſpe ſubſidij Regij lactari, famis præſertim periculo paularim inſtante: id conſilij cæperunt, Theodori Capellani potiſsimum impulſu, præſidij præfecti, viri non ſanguinarij, ſed pro grege Chriſti ſoliciti: cui pax diſſenſione antiquior, & Romani chari erant, vt poſtea demonſtrauit. Imperator igitur arrectis auribus eo nuncio audito, ſtatim etiam rei exitum videre cupiebat: ſed priuſquam lætum reſponſum daret, aſperitatem ſimulat, & neſcio quid minatur, niſi ea facerent quæ legari pollicerentur. Vt igitur tandem accedebant, ac ne rum quidem vniuerſi, ſed pauci principiò, ijs etiā qui remanſerant, oſtendebant. Imperatorem non ſuperbū eſſe, neq; quicquam grauius in dedititios conſulere, ſed eos humaniter excipere: poſtquàm eos porrecta dextera ſalutatos ſatis diu comiter tractarat, hortatur,
vt id amplectantur, quod è re ſua eſſe putent. Sui „
enim moris non eſſe, atque adeò nec regale nec „
liberale videri, vel manere volentes repellere, „
vel diſcedere cupientibus obſiſtere. Multi igitur apud Imperatorem manſerunt, atque in primis Theodotus Capellanus. Cæteri in patriam Siciliam redierunt. Imperator verò vrbem ingreſſus, & caſtellum admiratus, vt armis prorſus inexpugnabile, firmiſsimo Germanorum præſidio impoſito, cum omni exercitu Aulonem tranſit, ibique per aliquot dies commoratus, nauigationem in Siciliam decernit: quòd eum demum tranquillum putabat, qui pugnaret, & bellū pacis ſequeſtrem: atq; eas vrbes fœlices iudicabat,
quæ non mœnibus, ſed enſibus munirentur. »
Nam qui bellum pacis amore fugiant, eos non »
animaduertere, plures ſibi vt puluerē è terra friabili hoſtes exiſtere: qui & imperium eorum ac- »
cidant, nec ſtabili pace ipſos frui patiantur. Cæ- »
terum, vt Salomon affirmat, irrita ſunt hominū »
conſilia, & lubricę cogitationes. At Domini pro- »
poſitum firmum eſt, atq; immutabile, neq; quiſ- »
quam omniū id euitare queat. Ita etiam Manue- »
lis inſtitutum cum in Siciliam iter intendiſſet, & ad Aeroneſiam inſulam appuliſſet, procellæ ventorum

Aſteris.

Exercitibus reconciliatus, oppugnatio denuo tentatur.

Corcyra deditio.

Theodorus Capellanus.

Manuelis iter irritum in Siciliam expeditio.

ſorum mare exagitantes, horrendaque tonitrua
& terribilia prodigioſaque fulmina toto cœlo
Manuelis expeditio in Seruiam.
collucentia interrupetunt. Secundò traijcere ag-
greſſus, tam peſtatibus æquè repulſus eſt: & claſſe
diſiecta multiſque nauib. demerſis, ægrè aliquot
in denſa caligine terram tenuerunt, atq; ipſe Im
perator ſerò periculum euaſit. Omiſſa igitur ea
nauigatione, quàm ſuis auſpicijs parum ſuccede
re videbat. ex Aulone cum omnibus copijs diſce
dit: ac Pelagoniæ rebus ex ſententia ordinatis.
Seruios inuadere ſtatuit, qui tranquillo imperij
„ ſtatu, amicitiam ſimulátes, & aliud lingua prom
„ ptuni, aliud animo abditum habétes: poſteaquã
ea quæ breuiter expoſui, terra marique accide-
rant, reſumpta per occaſionem fiducia. armiſque
ſumptis, finitimas ſibi Romanorum prouincias
male tractarant. Igitur inſtructiſsimam partem
exercitus cum impedimentis quàm minimis. in
Seruiam ducit. Cuius ſatrapam Imperatoria ex-
peditio, quantumuis diſsimulata non fefellit. Is
quia quod faceret non habebat, ſeque Romanis
legionibus eſſe imparem cernebat: è planicie in
montes, vnde ſaluté expectabat, ſe recepit: ſuum
que populum non ſecus ac pecorum greges, ho-
ſtibus diſsipandum & occidendum obiecit, data
cuiq; poteſtate ſalutis fuga, ſuopte exemplo, quę
rendæ, vitæq; pedibus redimendæ. Quæ cum Ser
uiorum princeps feciſſet, Imperator cõtrà leonis
inſtar freti viribus, armenta boum aut greges ca-
prarum diſsipantis, profligatis Barbarorum co-
hortibus, multiſq; poſſeſsionibus crematis, nec
paucis mancipijs captis, inde diſcedit, ac literas
rei bene geſtæ nuncias per Magnum Domeſti-
cum in vrbem mittit, nec multo pòſt ipſe conſe-
cutus, actoque triumpho, & lætis acclamationi-
bus, applauſuq; Senatus, populiq; totius exhila-
ratus, ad equeſtria certamina & ſpectacula con-
uertit animum. Vere appetére, Pelagoniam de-
nuò occupat. Et quia de Sicilienſi expeditione
Michaelis Palæologi expeditio contra Siculos.
ipſe deſperarat: Michaelem Palæologum, virum
acrem, illuſtrem, & ab antiqua ſtirpe nobilem,
magna pecunia, & iuſtis militum copijs inſtru-
ctum, eò ablegat. Qui ex ſententia Imperatoris
prius Venetias profectus ibiq; milite condocto,
& ex Italicis Prouincijs magna lanceariotũ ma-
nu collecta, iam magnis viribus auctus, in Lon-
gobardia appellit: ibiq; Regis copias illuſtribus
victorijs ſuperat, ſtrenuam operam in rebus om-
Comes Alexander.
nibus nauáte Comite quodam Alexandro regis
cognato, qui ob iniurias ab illo ſibi illatas recens
ad Romanos defecerat. Ac Palæologi opes ſubin
de augebantur: qui cum pecuniam liberaliter di
ſtribueret, Regi permoleſtus erat, & maximas cla
des illaturus putabatur, plurimas vrbes partim
deditione, partim vi capiẽdo: ac ſaxis inde tranſ-
latis, & captiuis aliquot ad Imperatorem miſsis,
Bare ſiue Aulonia vrbs.
in ora Aegei maris vrbem, quæ etiam nunc Bare
& Aulonia nominatur, munit. Ipſe verò Impera-
Manuelis in Seruiam expeditio.
tor cognitis Seruiæ principis iniurijs maioribus
quàm ſuperiores fuerant, & conſpiratione cum
finitimis Pæonibus cõtra Romanos inita: illos vt
minimè pares per contemptum aggreditur. Illi
verò præter opinionem reſiſtentes, bellum non
reformidarunt, maximis Hunnorum auxilijs a-
Ioannis Cantacuzeni mutilatio.
ſcitis. Tum Ioannes Cantacuzenus Barbaros ad-
ortus pugna non prius exceſsit, quàm illatis acce

ptiſque plagis, manuum digitos amitteret, à Ser-
uiorum multitudine circumuentus. Ipſe quoq;
Archizupanus Bachinus.
Imperator cum Archizupano Bachino ſingulari
certamine congreditur, viro heroica ſtatura &
lacertoſo, qui cùm faciem Imperatoris percuſsiſ-
ſet, & ferreum eius velamen è galea deieciſſet:
ipſe viciſsim manu enſe traiecta debilitatus, vi-
uus in Imperatoris poteſtatẽ venit. Poſteaquam
ibi quoque Romanis victoriæ ſerenitas affulſit,
Barbaris inſtar nubium diſsipatis, & malum pu-
gnæ principium finis auſpicatiſsimus eſt ſecu-
Manuelis Hungarica expeditio.
tus: Hungaris miſſa Seruijs auxilia cauſatus, ſu-
perioris prælij puluere nondum deterſo, ſed ca-
lido adhuc ſudore manans, captata defenſoris ab
ſentia, bellum infert. Hungariorum enim Rex
peregrè aberat, cum finitimis Roſsis depugnans.
Francochorium.
Itaque Sauuo fluuio ſuperato, factaque in Fran-
cochorium impreſsione (ea non minima Hunga
riæ pars eſt, ſed habitatoribus frequens, inter
Iſtrum & Sauum fluuios patẽs, in qua caſtellum
Zeugminum.
munitiſsimum Zeugminũ, quod nũc Sirmium
vocant, ſitum eſt) prouinciam illam peſsimè tra-
ctat. Tum Pœon quidam ingẽti corpore, & ani-
mum fortiſsimum præ ſe ferens, relictis cæteris,
in ipſum Imperatorẽ impetu fertur. Is verò gla-
dio inter vtrumque oculum traiecto, Barbarum
occidit, multiſque captis, & opibus non paucis
potitus, in vrbẽ Imperatricẽ regreditur, ac trium-
Manuelis triumphus.
pho quàm maxime extẽto ſplẽdidiſsimam pom
pam per vrbis circuitus duxit: cuius elegantiam
Hungarorum & Seruiorum captiui illuſtrarunt,
veſtibus ſplẽdidioribus, quàm pro ſua conditio-
ne, ab ipſo exornati, vt ea quoque re victoria glo
rioſior, & ciuibus atque exteris admirabilior eſ-
ſet: quippe captis viris eo bello nobilibus, & ſpe-
ctatu dignis. Illud etiam pompæ eius admiratio-
nem auxit, quòd captiui non omnes vnà ibant,
ſed in claſſes diſtributi, atq; interuallis diſtincti,
vt ſpectantium oculi decepti, maiorem eſſe nu-
merum arbitrarentur. Interea Scytis Iſtrum
tranſgreſsis, & Romanorum caſtella ripenſia po-
Calamanus male cũ Scythis pugnat.
pulantibus, Calamanus quidam contra eos miſ-
ſus, quum bellum imprudenter adminiſtraret,
acie victus, multiſque viris fortibus amiſsis, ipſe
quoque ex vulneribus deceſsit. Scytæ verò de
more ſuo obuia quæque prædati, & ſpolijs in e-
quos impoſitis, domum redierunt. Facilè autem
Iſtrum traijciunt, nec difficulter prædatum ex-
eunt, citraque laborem & moleſtiam domum re-
uertuntur. Arma eis ſunt, pharetra ſagittis plena
de humeris ſuſpenſa, & arcus. Sunt & qui haſti-
lia vibrent, & in pugna circumagant. Idem verò
equus Scytham & in bellum fert, & ſecta vena
alit, &, vt aiunt (ſi fœminini ſexus eſt) belluinam
eius libidinem explet. Flumen tranſeunt corio
ſubere expleto, itaque compacto, vt nec minima
guttula penetret. Quo Scytha conſcenſo, equi-
naque cauda prehenſa, & ſella cæteriſque belli
inſtrumentis impoſitis: equo pro velo, corio pro
naue vtens, facilè traijcit, Iſtrique vaſtum pela-
gus tranat. Interea Palæologus, cui ingenium in-
quietum & inutiles pecuniæ profuſiones crimi-
ni dabantur: vbi primùm Calabriam attigit, Im-
perio abire iubetur, ſucceſſore miſſo Alexio Com
neno, Briennij Cæſaris filio, conſobrino Manue-
lis, Magni Ducis honore nuper aucto. Vnà cum

Alexius Briennius, & Ioannes Ducas à Siculis capiuntur.

eo etiam Ducas Ioannes mittitur, vir & Martialia & Mercurialis: qui liberales diſciplinas non primoribus labris attigerat, nobili natus genere & diſciplinæ militaris non ignarus. Hi igitur in Siciliam cùm veniſſent, copias Regis adorti, claſſem eius ſæpe deuicerunt, adeò vt naues dilaberentur, & ipſum penè Brundusium obſideretur. Sed Fortuna illuſtribus certaminibus non planè fauit: neque Imperator, pulcherrimorum nunciorum eum, quem oportebat, fructum cepit. Nam Rex maioribus copijs coactis, conductoque peregrino milite, detrimenta accepta reſarcire ſtuduit: eoſque adortus vincit, capit, in vincula conijcit: paulo momento euerſis ijs omnibus, quæ Romani maximis laboribus & impenſis conſecuti fuerant. Manuel verò ijs rumoribus & nuncijs excuſſa priſtina lętitia, & in mœrorem conuerſa: etſi caſum illum non ſanè leuiter ac moderatè tulit, ſed luctui non parum indulſit: tamen vt homo conſtans, qui nec aduerſæ fortunæ cederet, nec rebus proſperis lætitia efferretur: quaſi cum illa calamitate pugnare inſtitit, aliaque claſſe comparara, ducem dcſigoat Conſtantinum Angelum Philadelphienſem, qui cum

Conſtantinus Angelus à Siculis capitur.

genere non admodum nobili eſſet ortus, ſed procera ſtatura, & inſigni forma præditus: Theodoram Alexij, aui Manuelis, filiam, pulchritudine pronuba, vxorem duxerat. Quia verò potentibus ferè omnibus, tum noſtræ, tum ſuperioris ætatis placitum eſt, ſtellarum progreſsiones & retroceſsiones, certoſque poſitus, configurationes, acceſſus, receſſus, cæteraque (quæ nugatores iſti in diuinæ prouidentiæ fraudem affirmant, ac diſsimulanter fatalem omnium rerum neceſſitatem ſtatuunt) ad felicitatem humanoſque caſus multum valere: Manuel idoneum exeundi tempus inquirit, idque Conſtantino denunciat. Sed quid fit? nondum ad occaſum vergebat ſol: Manuelis iuſſu homo reuocatur, ob incommodum exitum, minus fauſto ſiderum poſitu, nec ſubtiliter & accuratè perquiſito. Rurſus igitur thema conſtituitur, regulæ conſuluntur, poſt longam aſtrorum indagationem & contemplationem, Angelus exit cum beneficiorum ſiderum comitatu. Sed illa horæ obſeruatio tantum Romanis profuit, priorumque ducum errata ita correxit, & accepta detrimenta reſarſit, vt Conſtantinus ſtatim hoſtium manibus caperetur. Nam cum incircumſpectè nauigaret, à Siculis triremibus, quę mare tuebantur, comprehenſus, ad Regem perducitur: qui ea pulcherrima præda delectatus, ſuis collaudatis, eum quoque vinctum in cuſtodiam dedit.

Aſtrologorũ inyctiatio.

Manuel cum Rogerio Siculo pontificis Rom. hortatu pacẽ facit.

Imperator verò hac quoque plaga accepta, cum quid facto eſſet opua deliberans, à bello difficili atque inutili magnitudine perpetuorum ſumptuum deterreretur, fiſcum inſtar cancri paulatim depaſcentium, (nam ad CCC. auri centenarios impenderat) pacem cum Rege faciendam eſſe ſtatuit. Itaque legatos veteris Romæ pontificis, ea de cauſa miſſos haud inuitus ac potius cupidè ſuſcepit: & vt nuncios rectiſsimè conſulentes amplexus. Protoſtratorem Alexium, (is erat Magni Domeſtici filius natu maximus) Anconam miſit, bifariam ſuum conſilium partitus. videlicet ad arma & militem conductitium in Occidente parandum, ſi res poſceret: & ad amicitiam Regis, ſi pacificatio ſucceſsiſſet, conciliandam. Alexius eò profectus, homo acer, & in re bellica exercitatiſsimus, & lingua mentis æmulatrice præditus, & dignitate formæ conſpicuus, in exequendis Imperatoris conſilijs haud ſegnis: ſtatim ſcribere milites inſtituit, vt ea fama Regis animum percelleret, ac magnum equitatum coegit, quaſi in Calabriam impreſsionem facturus. Interim tamen ea quoq; curauit, quæ ad belli compoſitionem & pacem inter Imperatorem & Regem conſtituendam pertinebant, vltrò citroque ad Maium claſsis Regiæ præfectum mittendis recipiendiſque literis. Legatos igitur ex Sicilia ad ſe miſſos ad Imperatorem ire iubet, petitque vt eorum orationem audiat, (eos enim, quantum intellexerit, nihil iniquum aut immodicum poſtulare) & ſi pacificatio ſucceſſerit, id ſibi priuſquam vulgò innoteſcat, vt indicet, ne per imprudentiam aliquid perperam agat, qui apud viros ſit, quos ipſe ex prouincijs Regi Alemannorum ſocijs ſpe bona quaſi furto quodam ad ſe attraxerit: quorumque animos, olim Romanis infeſtiſsimos, contra Siciliæ regem, vt potuerit, concitarit.

Pacificatio inter Regem & Imperatorẽ.

Vt autem quidam ab Imperatore ad Alexium venit, qui pacificationis nuncium afferebat, clam ciuibus pecunia per fidiſsimos aliò translata, capſas inanes obſignatas procerum fidei mandat: iubetq; caueri, ne quid inde auferatur, néue quæratur quid in ijs ſit: aut ſigna, ante ſuum ab Imperatore reditum aperiantur. Alexio ad hunc modum Ancona digreſſo, & inter Imperatorem ac Regem pace ac fœdere conſtituto (quanquam, ſi vera dicenda ſunt, non vera illa concordia fuit, ſed temporis cauſa duntaxat ſimulata) fructum illius qualiſcunque pacificationis tulerunt captiui, gratis ſoluti, non tantum nobiles, & regia ſtirpe orti, ſed etiam gregarij milites: Corinthijs tantum & Thebanis ignobilioribus exceptis, & ijs qui ſubtilem telam texebant, formoſiſque & locupletibus mulieribus eiuſdem artificij peritis. Ac hodie quoq; Thebanos & Corinthios in Sicilia texendis precioſis auratiſq; veſtibus incumbere videas, quemadmodum Eretrienſes olim apud Perſas, quòd principes Dario regi Græciæ bellum inferenti reſtitiſſent.

Corinthij. Thebani.

Inimicitiæ inter Imperatorem & Regẽ recrudeſcũt.

Cęterùm non multum temporis interceſsit, cum ambo rurſus magno impetu bellũ repetiuerunt. Nam Imperator regulos finitimos potentiores, pollicitatione pecuniæ impulſos, cum Rege committit. Rex verò Maium comitem, claſsis præfectum, XL. nauea celeres in mare deducere: ijſque noua ratione conſtratis, Conſtantinopolim appellere: atque audiẽte vrbana multitudine, ſe proclamare Siciliæ, Aquileiæ, Capuæ, Calabriæ, atque earum regionum inſularumque quæ interiacent, dominum & regem: Romanorum verò Imperatorem contemnere: eiq; vbi maledixerit, reuerti iuſsit. Maius igitur Malea declinata, Aegeoque ſinu præterito, per Helleſpontum ad vrbem Imperatricem, vti iuſſus erat, contendit: fretumque emenſus, ad regiam Blacherniam appulit: ſagittiſque, quarum cuſpides argenteæ erant, aurateque. in eam coniectis, in reditu, è regione magni palatij remis inhibitis, Regem ſuum laudibus euehit, naualibus ſocijs magna voce magnoque

cum

cum tumultu acclamantibus. Ita nauigatione ſumma celeritate confecta, per Seſti & Abydi anguſtias euaſit. In vrbe autem quippe Imperatore abſeote, magnus tumultus eſt excitatus, eaque re Siciliæ rex non parum gloriatus, magnum ſe triumphum eſſe adeptum putauit. Manuel verò id factum ludum & iocũ interpretatus, quòd Rex tales honores conſectaretur, ac potius latrocinio quodam venaretur, eum gloriari inaniter, & nullius momenti ſucceſſum iactari paſſus eſt.

NICETÆ CHONIATÆ RErum ab Imperatore Manuel Comneno geſtarum, Liber tertius.

Manuelis Hungarica expeditio.

HIc certaminum Mannelis in Sicilia & Calabria fuit exitus: quæ quamuis ſplendida & ſumptuoſa, tamen nihil fructus Romanis aut ſecuturis Imperatoribus imitatn dignum attulerunt. Sed quid dicamus de viro, qui tanto ſtudio, quamuis iofelici conatu, in Imperium in integrum reſtituendum, & barbaros ſubigendos incubuit? Inde expeditione contra Pæones, qui & Hungari & Hunni appellantur, indicta, occidentales legiones currus in caſtra ad ducere iubet, quibus & ſibi ipſis commeatum adueherent: & cæteris, qui vehiculis carerent, ſuppeditarent. Cùm exercitus conueniſſent, ipſe quoque Sardicam, quæ nunc Triadiza vocatur, venit. Vbi nõ diu commoratus, eùm Pæones per legatos pacem feciſſent, iter contra Seruiorum ſatrapam conoertit, quo obiter territo, & perſuaſo, vt omiſſo fœdere Hunnico, ſolum Imperatorem agnoſcerer & fotmidaret: magna copiarum parte dimiſſa, in prouinciam Theſſaliam profectus: ibiq́; quandiu opportunum videbatur, commoratus, Imperatricem vrbem iogreditur. Poſt ſolſtiniũ hybernũ, rutſus Pelagoniam exit: quę, quòd patẽtes campos haberet, apta ei videbatur, & ad exercitum capiẽdum, & ad noncios rerum quæ à gennibus, quibus cum pugnabat, gererentur, accipiendos. Nam Siculo bello adhuc diſtinebatur, non planè ſopito: & Hungarotum princeps, vt facta eius declararunt, bellum moliebatur. Poſtquam enim Andronicus Comnenus, qui poſt Romanorum tyrannidem inuaſit, ducatu Branizobæ & Belligradi adempto, quòd cũ Hunnis contra Romanos conſpiraſſe, & Imperium, Manuele deiecto, auxilio principis Hunnorum ſibi vendicare velle ferebatur, Pelagoniam accerſitus, & inſidiarum, quas Imperatori & conſobrino ſuo ſtrueret, conuictus, & in cuſtodiá quandam magni palatij datus fuit: Hunnorum princeps, bello Romanis ſtatim illato, Branizobam obſidet, & latè omnia incurſionibus pro ſua libidine vaſtat. Quare Imperator chartularium, Baſilium Zinzilucem, ducem contra eos mittit. Is, milire in cohortes & Phalanges deſcripto, cum ſe inuictum exercitum habere putaret, Hungaros adortus, victoriam non diuturnam eſt adeptus. Nam hoſtes in Romanos temerè perſequentes conuerſi, acceptam cladem illuſtriore victoria penſarũt. Quo Imperator audito, iter eodem intendit, vt Pæones ſuo aduentu territi, prouincijs illis cedetẽt. Quod quum feciſſent, ijs conditionibus bello compoſiro, quas tempus ferebat: Branizobæ & Belligradi rebus conſtitutis, domum redit. Cum hoſtes pauliſper conquieſſent, nec vllius opes in Occidente metuendæ viderentur, expeditionem in Armeniam decernit. Tarſum igitur & Adanam profectus, & finitimis inferiori Armeniæ locis, quæ Totuſes afflixerat, refocillatis ac firmatis: & Armenio, viro non ſimplici, ſed occulti & inſidioſi ingenij homine ſua præſentia territo, non vlterius progreditur: nec vt patet ipſius fecerat, totam Armeniam ſibi vendicat: nec caſtra & prouincias pridem ab illo occupatas, veluti è lupi faucibus eripit: ſed Toruſis fallaci blandiloquentia deceptus, & fœderis illecebris irretitus, conuerſis frenis, Antiochiam, totius Syriæ principem & pulcherrimam vrbem ingreditur. Dum verò Tarſi agebat, Andronici patruelis fuga è carcere illi nunciatur: cuius illi cauſa fuerant ea quæ ſuprà diximus. Sed tamen illa quoq; incommodarunt, quòd in dicendo liber, & viribus præſtans, & forma digna Imperio præditus, nunquam animum ſubmittebat. Quæ res omnes Imperatoribus regni amitteodi metu ſuſpectæ & moleſtæ eſſe conſueuerunt. Propter hæc igitur & bellicam virtutem, & generis nobilitatem (uam eodem patre Alexio, Ioannes Manoelis, & Andronici pater Iſaacius Sebaſtocrator, nanerant) maximè obſetuabatur, & ſuſpectus habebatur. Acceſſit alia quoq; cauſa, cur à Manuele in cuſtodia haberetur. Imperatori huic tres fuere fratres, Alexius, Andronicus, & is cuius ſæpe facta eſt mentio, Iſaacius: quorũ duo obierunt, patre adhuc ſuperſtite. Alexius vnam reliquit filiam, quam matrimonio ſibi iunxit Magni Domeſtici Ioannis filius Alexius, de quibus etiam ſuprà diximus. Andronicus filias tres ſuſcepit, Mariam, Theodorain & Eudociam: & filios dnos, Ioannem & Alexium. Eudocia, defuncto marito, nefaria conſuetudine Andronici non clàm, ſed palàm vſa eſt. Aodronicus verò quoties ob inceſtum reprehendebatur, hanc defenſionem per iocum in promptu habebat: ſolere ſubditos principum mores imitari: & aquam ex eodem fonte petitam, eundem ſaporem referre, quibus verbis imperatorem Manuelem perſtringebat, vt ijſdem, aut etiam deterioribus affectibus obnoxium: qui cũ fratris filia rem haberet, quum ipſe patruelis duntaxat filiam complecteretur. Ij ſales nec Manueli placebant, & mulieris cognatos furore quodam contra Andronicum incendebant: Ioannem in primis Eudociæ fratrem, qui Protoſebaſti & Protoueſtiarij dignitatem obtinebat: Ioannem item Cantacuzenum, qui ſororem illius Mariam in Matrimonio habebat. Itaque aperta vi & occultis inſidijs Andronicus crebrò appetebatur: quas vt araneæ relas, & puerorum ludrica in arena, facilè diſsipabat: cùm fortitudine ſua fretus, tum ingenio longè ſuperior aduerſarijs, vt præ illo brutæ pecudes haberi poſſent: eoſque ſæpe vim inferentes propulſabat, pericula illa Eudociæ amore abundè penſata ratus. Accidir autem, vt cum ad Pelagoniam in tabernaculo mulieris amplexibus indulgeret, Eudociæ cognati cum multis armatis eius exitum obſeruarent, ad cædem parati. Sed ea res Eudociam non fefellit; quanquam alijs cogitationibus

Andronicus Comnenus in carcerem cõijcitur.

Hunnicæ graſſationes.

Armeniaca expeditio. Toruſes Armenius.

Andronici cũ Eudocia inceſtus.

Manuelis inceſtus.

Andronicus affinium inſidias propulſat.

intentam, ſiue à cognatorum aliquo monita, ſi-
ue alia ratione inſidias odorata fuerit: quippe &
ipſa acri ingenio, & pluſquam muliebri pruden-
tia inſtructa. Inſidias igitur accubanti Androni-
co indicat, quo verbo ille excitatus, è lecto exilit:
& prælongo accinctus gladio, quid agendum eſ-
ſet deliberat. Mulier verò illum monet, vt mu-
liebri veſte indutus, ſimul ac ipſa cubiculariam
clara voce, vt ab inſidiatoribus etiam audiatur,
lucernam inferre iuſſerit, ſtatim clàm egredia-
tur. Sed id conſilium viro forti non placebat, ne
captus deformiter ad Imperatorem capillo tra-
heretur, metuenti, & muliebrem ac turpem mor
tem reformidanti. Itaq; prælongo enſe arrepto,
& tabernaculo obliquo ictu diſſecto, ſepem, quæ
fortè ante id erat, ac omne ſpacium, quod vectes
& funes occupabant, vno ingenti ſaltu tranſilit:
quo inſidiatores obſtupefacti, illius effugiũ ad-
mirabantur. His rebus Manuel turbatus, & cre-
bris calumnijs ab amore Andronici auerſus, pau-
latim crimina illa vera arbitrabatur. Neq; enim
famam omnino eſſe irritã, quæ talia de illo ſpar-
,, geret. Ita nihil habet natura humana calumnia-
,, trice lingua deterius: quã Pſalmographus haud
,, immeritò multis in locis deteſtatur, ab eaque ſe
,, liberari optat. Manuel igitur cognatorum voci-
bus tanquam caſsibus irretitus, nolens volens
Andronicum in cuſtodiam dat, ferreis compedi-
bus firmiſsimis vinctum: in qua quum longo
tempore malè tractaretur, homo audax, & in re-
bus difficillimis ingenioſus, animaduertit, in tur
ri illa latericia, cui incluſus erat, meatũ antiquiſ-
ſimum: eumque ſubit, manibus pro ligonibus v-
ſus, ad ingreſſum & exitum parandum & diſsi-
mulandum, rebus quibuſdam ante foramen col
locatis. Sub prandij tempus carceris fores à cuſto
dibus aperiuntur, epulæ afferuntur, ſed conuiua
nuſquam apparet, perluſtrant illi turrim, ne ea
alicubi effracta aut perfoſſa homo callidus ſit ela
pſus. Sed quum prorſus nihil læſum eſſet, non
cardo, non poſtis, non limen, non tectum, non
poſticum, non ferro munita feneſtra, non quic-
quam aliud: cum magno eiulatu faciem vngui-
bus lacerantes, quaſi amiſſo eo quem cuſtodie-
bant, & locum & modum quo effugiſſet igno-
rantes, rem Imperatrici & magiſtratibus, aulæq;
proceribus nunciant. Alius igitur ad marinas
portas mittitur, alius terreſtres portas cuſtodire
iubetur, alius portus ſcrutatur: alius alia parte vr-
bis occupata, fugitiuum Andronicum quæritat:
perquiruntur & biuia & triuia, & crebræ Impe-
ratoriæ literæ in omnes prouincias mittuntur,
quibus fugitiuus Andronicus continenter in-
quiri, & captus in vrbem remitti iubebatur. De-
inde vxor eius vt fugæ conſcia, comprehenſa, in
eundem carcerem, in quo erat Andronicus, con-
ijcitur, vt ibi pietatis in maritum & conſilij de
fuga pœnas daret. Neſciebant illi nimirum, ſe
Andronicum habere, vt prius: & bilem ſuam fru-
ſtra in miſeram fœminam effundere, & rem gra-
tam facere Andronico. qui quum è cauerna emer
ſiſſet, & mulierem inopinato conſpectu terri-
tam alloquutus, pro ſpectro haberetur: amplexus
eam illachrymat ille quidem, ſed non tantum,
quantum illarum ærumnarum acerbitas poſtu-
labat, ne cuſtodes eiulatum audirent. In ea cuſto-

Andronico in meatu ſubterraneo occultato vxor adiungitur.

dia diu conſuetudine vxoris vſus, è quo congreſ-
ſu filius ei Ioannes poſtea natus eſt: cui nomen
Imperatorium, vt ſuo loco narrabitur, impertijt:
tandem è carcere elabitur, cuſtodibus propter
mulierem negligentioribus factis. Sed quum ad
Melangia veniſſet, à milite quodam Nicæa ca-
ptus, denuò in cuſtodiam priore maiorem & a-
cerbiorem conijcitur, duplicibus ferreis compe-
dibus oneratus. Quæ quum Manueli, in Arme-
nia adhuc caſtra habenti, nunciarentur, Ioannes
Camaterus Dromi Logotheta mittitur: qui Im-
peratorem propediem rediturum indicaret, &
quid actum eſſet, diligentius exploratum, renun
ciaret. At Antiocheni principio imperatoris ad-
uentu minimè læti, deque eo amouendo ſoliciti,
quum prohibere, ac voluntati eius reſiſtere non
poſſent, non modò ſeruilibus geſtibus atque ani
mis, effuſi portis, obuiam proceſſerunt, ſed & in-
greſſum ei magnificum adornarunt, vicis & bi-
uijs, tapetibus atque alijs rebus adornatis, ac via
qua tranſiturus erat, recentibus arborum frondi-
bus, & odoratis floribus cõſtrata. Nec quiſquam
ab illo honorifico occurſu aberat, ſed omnes in-
quilini confluxerant. Aderat Syrus guloſus, ade-
rat latro Iſaurus, aderat pirata Cilix: eques lan-
cearius Italicus, relicto feroci equo, poſitaque a-
nimi elatione, pedibus triumphum comitaba-
tur. Quum autem Italicum militem haſtæ ſo-
lerti tractatione ſuperbire videret, ludicrum cer-
tamen haſtarum ſine ferro inſtituit. Cùm ludo-
rum dies adeſſet, delectu acto, è Romanis legio-
nibus, cognatiſque ſuis, vibrandæ haſtæ peritiſ-
ſimos producit. Prodit & ipſe, pro conſuetudine
ſua, ſubridenti vultu, in ſpacioſam planiciem, in
qua equeſtres turmæ commodè concurrere poſ-
ſent, haſta in altum elata, chlamyde inſigniore in
dutus, quæ in dextro humero infibulabatur, vt
brachium eſſet liberum: equo bellico inſidens,
pulchri coloris & aureis phaleris conſpicuo: qui
ceruice leniter arrecta, & humum pedibus pul-
ſans, curſus cupiditatem præ ſe ferebat, & cum
ſplendore ſeſſoris veluti certabat. Iuſsit & cogna
tos ſuos, & cæteros, qui cũ Italis certaturi eſſent,
quàm ſplendidiſsimas veſtes induere. Egreſſus
eſt & princeps Gerhardus, equo niue candidiori
inſidens, tunica acu picta vſque ad talos demiſſa,
indutus: pileum auratum in capite geſtans, tiaræ
inſtar inflexum, cum omnium equitum ſuorum
comitatu, proceritate corporum & bellico ani-
morum vigore inſignium. Vt ludicra illa pugna
inchoata eſt, vtrinque complures magno impe-
tu ſunt congreſsi, haſtarum ictus innicem inge-
rentes & declinantes. Ibi videre erat, alios reſu-
pinos, pedibus in altum elatis, ſterni, alios pro-
nos iacere, alios ſella equeſtri deuolui, alios ob-
uerſo tergo effuſe fugere: alios pallere præ iacu-
lorum metu, & intra clypeum ſeſe abdere: alios
rubere, qui aduerſarios trepidare cernerent. Aër
verò impetu equorum verberatus, vexilla cum
ſibilo agitabat: vt haud ab re dici poſſet, in ijs lu-
dis Venerem cum Marte, & Bellonam cum Gra-
tijs coijſſe. Tanta erat varietas & elegantia. Stu-
dia porrò Romanorum, atque audaciam, æmu-
latio, Latiniſque præcellendi cupiditas, & impe-
ratoris oculi, iudices actorum, incendebant: Ita-
los verò ſemper erecta ceruix, & animus ſuper-
bus.

Andronicus in carcerem reducitur.

Manuel Antiochiæ concurſiones equeſtres inſtituit.

bus,atq; indignatio, ne Romani haſtato illo certamine ſuperiores eſſent, excitabant. Imperator ipſe duos equites ſimul proſtrauit, equo in alterum & haſta inuectus, qui impetu iaculi etiam alterum vnà ſecum deiecit. Poſtquam Antiochenos admiratione fortitudinis impleuerat, cũ ipſi vidiſſent quæ prius audiuerant, Conſtantinopolim redire inſtituit, & vt per amicas prouincias iter habẽs, maximam copiarum partem dimiſit. In quo prudentiæ ſuæ oblitus, milites plurimos amiſit, extremo agmine malè tractato. Nam incitata itineris cupiditas, & effrenis atque inconſideratus domũ itionis ardor, legiones non paucas in illa diſperſione afflixit, ſubito Turcorum inſultu oppreſſas. Tum re ipſa compertum eſt, quantum boni ſit in prouidẽtia, quantum temeritas & inconſulta conſilia apportent incommodorum & malorum: ac longè præſtare ſalutarum morã pernicioſę feſtinationis, quantumuis initiò ſpe bona blandienti. Fortaſsis autem grauior clades accepta eſſet, niſi Imperator conuerſus, Turcorum impetum repreſsiſſet atque exercitum eo ordine, quo prius id fieri decuerat, reduxiſſet. Quum verò cadaueribus aſtitiſſet, & multitudinem interfectorum perſpexiſſet: labijs agitatis, præ dolore femur crebrò percuſsiſſe, & cum profundis ſuſpirijs illachrymaſſe fertur, vt in ægritudine animi & dolore fieri ſolet. Quamuis autem ſuſceptum dedecus abolendi cupidiſsimus, cum quid in præſentia ageret, non haberet, inſtitutum iter tenuit. Enimuerò inuidia, quæ non tantum prouinciarum & vrbium dominos ſubinde obliquo intuetur oculo, & inſidiatores in proximo alit, ſed mediocres etiam inſectatur, nec Styppiotam Theodorum gratia apud Imp. pollentem, inuiolatum præterijt, neq; prius turbinibus & procellis agitare deſtitit, quàm de gradu deiectum, locoque modum, tandem miſerabiliter afflixiſſet. Ego verò talia quoque hiſtoriæ inſero, vt lectores cognoſcant, quàm improuiſa & ineuitabilis res ſit improbitas. Eſſe igitur, quantum liceat, eos æmulos obſeruandos, qui ingenijs ſunt illiberalibus, & moribus occultis præditi, linguaque pollent ab animo diſſentiente: ac cuſtodia muniendum os, nec ſinendam linguam temerè extra dentium ſeptum & labiorum munitionem euagari, quibus à natura, quaſi duplici vallo, eſt incluſa. Nam Dromi Logotheta, quum fortunæ benignitatem erga Styppiotam, & propenſiſsimam Imperatoris voluntatẽ ferre non poſſet, ad quem illi ſemper pateret aditus, & colloquendi poteſtas daretur, adeò vt digito & nutu quiduis conficeret, cum ſibi certis horis tantum accedere permitteretur, & quæ Styppiotes ſola voluntate impetraret, ea ſibi ne per ſomnium quidam cernere contingeret, inuidia æſtuãs, quæ ipſius animi penetralia inſederat, homo callidus, & inſtar peſtiferi ſerpentis, bifida lingua inſtructus, amicitiæ ſimulatione virum circumuenit, & ſcyphi veneno pleni oras amicitiæ melle inungit, aliud dicens, aliud cogitans, & labijs honorans cum animo eſſet alieniſsimo. His rationibus Styppiotam hac vna in re incautum & ſimplicem fallit, eumque apud Imperatorem vt impoſtorem & doloſum criminatur, & Siculæ proditionis accuſat. Cum verò Imperator adhuc in Cilicia agens, fidem ſibi fieri poſtularet, eum ſub velo ſtare iubet, ipſe Styppiotam tanquam arcani aliquid dicturus, eò ſeducit, vbi Imperator occulebatur. Et ab alijs rebus exorſus tandem In Siciliæ mentionem fraudulenter delabitur, dataque illi occaſione acta illa Imperatoris reprehendendi, colloquium dirimit. Ita irritato illius animo, aliarum calumniarum occaſiones quærit, magis etiam contra Styppiotam inflammatus, quòd Imperator illi aurea bulla cum radiantibus gemmis data, mandarat, vt in magna Blachernia eccleſia iuriiurando præeſſet, quo Imperij ſucceſsio Alexio Hungaro & filiæ Mariæ confirmaretur (quod munus ad Logothetæ potius officium pertinebat) ſcriptũ nugaciſsimum compoſuiſſe fertur, quòd ſcilicet Styppiota ad Siciliæ regem miſſurus eſſet, eoque in Styppiotæ codices & literas clàm inſerto, Imperatori perſuadet, vt inquiri iubeat illas proditionis ad Siculum literas. Quo facto, Imperator fulminis inſtar contra Styppiotam exarſit, eique oculos effodi iuſsit innocenti. O inſpector omnium, ocule iuſticiæ ineuitabilis, cur ſæpe conniues ad tales iniurias & grauiores etiam caſus hominum, neq; ſtatim tonitrua & fulmina promis, ſed vindicta procaſtinas? Imperueſtigabile tuũ eſt iudicium, & humanis rationibus inacceſſum. Tu verò ſapiens es, & accuratus vtilitatis iudex: quamuis tenuitatem ingeniorum noſtrorum fruſtreris. Draconem quidem aut leonem, qui videt aut audit in montibus, ſtatim declinat, lachrymis & precibus etiam latro mitigatur: ad virum verò alijs inſidiantem, qui aliud lingua promptum, aliud pectore clauſum habet, cauendum, magna ſapientia eſt opus, & numinis auxilio. Cæterùm, fuit is Logotheta (vt hiſtoriæ ſeriem paulo diutiùs ſuſpendam) talis, qui ſublimiores diſciplinas primoribus duntaxat labris deguſtarat, ſacroſanctæ ſapientiæ parum diligens amator, nec docilis diſcipulus. Sed ingenio præſtantiſsimo, dictionis extemporalis ſtudioſus, eloquentia fontis inſtar exuberante, maximam gloriã adeptus. Fuit & mortalium omnium guloſiſsimus, & bibulorum princeps: canere ad lyram, & citharam pulſare: Cordacem ſaltare, & pedes celeriter huc atque illuc agitare promptus. Quamuis autem vinum audiſsimè ingurgitaret, tamen nullum in eo ſignum ebrietatis apparebat, imò, quo plus biberat, eo prudentius, irrigatione illa vini excitato ingenio loquebatur. Iã quia ſympoſia conſectabatur, cùm Imperatori acceptiſsimus erat, tum regulis prouinciarum, qui comeſſationes amabant, chariſsimus. Ad quos quum legatus ibat, alios potando ſuperabat, eoque redigebat, vt longo tempore ad vinum edormiendum, & ebrietatem diſcutiendam eſſet opus: alios æquabat, quum quidem ventres eorum integra doliola caperent, & amphoras digiti vt calices verſarent, & Herculanum ſcyphum cœnæ perpetuò ſubiungerent. Sed quia ſemel in huius viri mentionem incidi, illa etiam memoratu digna referantur. Pepigit aliquando cum imperatore Manuele, ſe porphyreticam patinam aqua plenam exhauſturum, quæ olim in aula Phocæ Nicephori fuit, ad Bucoleontem ſpectante, nunc verò in maximo illo conclaui viſitur, quod is Impera-

Manuelis copiæ dimiſſæ cladem à Turcis accipiunt.

Theodorus Styppiotes ob Camateri Logothetæ calumnias cæcatur.

Expoſtulatio cum prouidentia.

Camatheri Logothetæ mores, bibacitas & voracitas.

perator, cuius hiſtoriam ſcribimus, ædificauit. Id Imperator admiratus: Optimè ſanè, inquit, Logothetha, & ei multum lineæ veſtis precioſæ, & complures auri minas promiſit, ſi ita feciſſet: ſin minus, tantundem ab eo ſtipulatus eſt. Quibus verbis homo delectatus, patinam aqua repletam, quæ ad duos choas capiebat, inſtar bouis inclinatus, exhauſit, ſemel tantum recepto inter potandum ſpiritu, ac ſtatim promiſſa ab Imperatore munera ex pacto accepit. Etiam viridibus fabis impensè delectabatur, earumque tota arua conſumebat. Aliquando igitur in caſtris quum transflumen fabis conſitum agellum conſpexiſſet, ſtatim exutis veſtibus tranauit, nec maximam deuoraſſe partem contentus, reliquias in faſciculos collectas, & humetis impoſitas abſtulit: & in tabernaculo ſuo ſedens, fabas ſuauiter abſumpſit, quaſi longo tempore ieiunaſſet. Fuit homo proceræ ſtaturæ, & heroici corporis: non imbellis, ſed fortis, eaq; familia dignus, ex qua maternam ſtirpem trahebat. Moriturus, quum ſauciam haberet Styppiotæ calumnijs conſcientiam virum accerſit, & lachrymis oppletus veniam petit, quam ille, oblitus iniuriarum, ei conceſsit, & ſalutem eius animæ precatus eſt. Atque hæc hactenus, neque iniucunda, vt opinor, neque inutilia.

Manuelis ſecundæ nuptiæ.

Manuel autem coniugis Alemannæ mortem, non ſecus ac membrum à ſuo corpore auulſum, acerbiſsimè deplorauit: iuſtiſque perſolutis, in paterno monaſterio Pantocratoris magnificentiſsimè ſepelijt, & luctus tempore, quod ipſe ſibi præfinierat, inſtar ſemianimis & dimidiati hominis exacto, ſecundas nuptias ſpectauit, maſculæ prolis cupiditate. Multis itaque è locis literæ ad eum mittuntur, offeruntur regum & principum filiæ ex omni terra. Ipſe verò Petebini, Antiochiæ Cœleſyriæ primariæ vrbis, ad Orontem ſitæ, quam ventus Fauonius perflat, ſatrapæ filiam delegit. Is Petebinus erat genere Italus, & eques præſtantiſsimus. Miſsis igitur ad eum ſenatorij ordinis nobilibus viris, puellam ducit, incomparabili forma præditam, ac nuptias celebrat. Iam quum ad inſtitutum redeundum ſit, quædam ſuprà commemorata, perſpicuitatis gratia repetenda ſunt. Maſuto Turcorũ Imperatori multi erant filij, nec filiæ pauciores. Moriturus, prouincias & vrbes olim Romanas, tum verò ſuas, inter eos diſtribuit, quumque alijs alias aſsignaſſet, Iconiũ metropolim cum ſubiectis oppidis, Clizaſthlani filio: generis verò, Iagupaſani, Amaſiam & Ancyram, fertilemque Cappadociam, cum locis finitimis: Daduni vrbes felices & maximas, Cæſaream & Sebaſtiam, attribuit.

Expoſtulatio cum Deo de Turcorum graſſationibus.

Sed quouſque, Domine, hæreditatem tuam diripi, ac prædæ & ludibrio eſſe populo vecordi, & à vera tui cognitione ac fide alieniſsimo patieris? Quandiu à nobis auertes faciem tuam, cũ ſis humanus, & mendicitatis noſtræ obliuiſceris, nec gemitus noſtros & ploratus audies, cùm celeriter afflictis ſuccurrere ſoleas? neque pœnas ſumes, cum ſis vindex? Quandiu durabunt iſtæ abſurditates, vt Agaris ancillæ poſteri nobis ingenuis dominentur, & gentem ſanctam tuam, quæ ſanctiſsimum nomẽ tuum inuocat, perdent & occident? diuturnam ſeruitutem, & opprobria & alapas perditorũ barbarorum ſuſtinentem? Intuere tandem, clementiſsime Domine, captiuorum ærumnas. Sanguis famulorum tuorum nunc quoque, vt olim Abelis, te miſericordem Dominum inclamet. Arripe arma & ſcutum, exurge ad opem nobis ferendã: confirmatoque viro qui tibi placuerit, probatuſque fuerit, improbis vicinis noſtris ſeptupla reddito, quæ in hæreditatem tuam commiſerunt, & prouincijs atque vrbibus fortiter recuperatis, quas barbari ſurripueruut, orientem & occidentem Solem eorum limites ſtatuito, qui à te cognomentum acceperunt.

Sultani & Iagupaſani diſsidia.

Hæc fortaſſe non abs re neque temerè effudimus, cùm Deo pauliſper colloquuti, & mœrore oppreſſum animum nonnihil leuauimus. Maſuti autem liberi præcipuos regni paterni, ac potius Romanorum fines trifariam partiti, pacem & cognationis iura parum curauerunt, ad bella inteſtina propenſi. Nam Iconij Sultanus Cappadociæ toparchæ, & hic illi viciſsim, infeſto animo eſt inſidiatus, donec odia in apertum eruperunt, & in ipſis Imperatori ſuns expoſita. Qui quum vtrunq; perditum cuperet, optabat, vt non tantum inter ſeſe rixarentur & diuellerentur, ſed armis etiam certarent, vt ipſe ocioſus illorum malis, quippe barbarorum & impiorum inſultaret, ac per legatos clàm vtrumque contra alterum concitauit, apertè verò Iagupaſani donis miſsis opem tulit, Sultani odio, qui eſſet homo obſcuri ac doloſi ingenij, nec cognatis tantum ſuis perniciem moliretur, ſed & Romanorum fines ſubinde latrocinijs vexaret. Iagupaſanes igitur Imperatore fretus, Sultano bellum infert: ille viciſsim in aciem egreditur, crebræ pugnæ committuntur. Tandem poſt multas vtrinque cædes factas, penes Iagupaſanem victoria fuit, atque armis ad tempus poſitis, hic in ſua prouincia manſit.

Sultanus Iconij ad Imperatorem confugit.

Sultanus verò imperatorem recens ex Occidente reuerſum adijt: & humaniter ac honorificè exceptus, non minus Manuelem exhilarauit, quàm ipſe benignitate hoſpitij eſt exhilaratus. Nam ſpem bonam habebat Manuel, ſe ob Sultani præſentiã non modò rebus Orientis conſulturum, & auaro barbaro hoſpitij liberalitate fucum eſſe facturum, ſed ex eo caſu gloriam quoque ſperabat.

Manuelis triumphus tempeſtatibus impeditur.

Conſtantinopolim igitur vnà cum illo ingreſſus, triumphum indicit, qui cum eleganter inſtructus, precioſis veſtibus & ornamentorum varietate colluceret, atque Imperator cum applauſu & acclamationibus ciuiũ, adducto vnà Sultano, qui inter cæteros proceres feſtiuitatem illam celebriorem redderet, proditurus eſſet, Deus illius diei ſplendorem fecit irritum. Nã terræmotu multæ ſplendidiſsimæ ædes corruerunt, & aeris intemperies ac caligo, & alij quidam terrores, æſtuantes hominum animos à triumphis in ſe conuertebant. Aiebant & ſacræ ædes antiſtites (nec ipſe Imperator aliter ea omina accipiebat) iraſci Deum, neq; velle vt homo impius eum triumphum intueretur, quem inſtrumenta ſacratiſsima, & diuorum imagines ornarent, & Chriſti ſignum conſecraret. Sic triumphus fruſtra eſt inſtructus, & ab ipſo Imperatore ita neglectus, vt nec receptæ conſuetudini ſatisfaceret. Sultanus verò non paruo tempore cũ eo commoratus, ſpectaculis Circenſibus eſt oblectatus.

Agarenus Icarus.

Tum Agarenus quidam, principiò præſtigiator habitus, vt verò pòſt declarauit, omniũ

morta-

mortalium miſerrimus, ſua ſponte Hippodromi turri conſcenſa, ſub qua carceres ſunt, vnde emittuntur equi, ſuprà verò quatuor equi aurati ſtant, collis incuruis, conuerſi ſibi inuicem, alacritatis ad curſum pleni, ſe ſtadium tranſuolaturum iactat. Stabat igitur in turri, tanquam in carceribus, ampla & promiſſa admodum veſte candida indutus, quæ vinculis in orbem ſuccincta, ſinuoſa efficiebatur. Putabat enim, ſe veluti velo nauem, ita lacinijs illius aere expletis, ad volatũ inſtructum fore. Omnium igitur oculi in eum cõuertuntur, rident ſpectatores, ac ſubinde clamãt: Volato, volato: &, Quàm diu nos ſuſpenſos tenes, Sarracene, & aerem ex turri libras? Imperatore hominem ab eo conatu deterrente, ipſe verò (Sultano inter ſpem & metum ſuſpenſo) ne quid populari ſuo accideret. Is verò aerem ſubinde captans, & ventum explorans, ſpectatorum ſpem eludebat, ac manibus ſæpe, alarum inſtar, ad volatum expenſis & libratis, vt plus venti colligeret, quum is tandem aptus & ſecundus aſpirare videretur, inſtar volucris ſeſe agitat, & dum per aerem incedere nititur, Icaro miſerabilius in cœlo volitat. Neq; enim corporis grauitas humum tendentis alta eum tenere ſinebat, donec proſtratus expirauit, manibus, pedibus, & omnibus oſſibus confractis. Is volatus cum riſu & deriſu Turcorum Sultani comitum, vulgi fabula erat, adeò, vt forum tranſire in deriſi non poſſent, fabris argentarijs ferramenta menſarum concutientibus. Quo Imperator audito, ridebat ſcilicet, non ignarus iocorum & ſalium turbæ triuialis, ſed in Sultani gratiã (quem iſta ludibria paulatim mordebant) ſe illorum licentiam coercere ſimulabat. Enimuero Clizaſthlanes poſt mirabilem benignitatem, & multa ſplendidaq; munera ex Imperatorijs theſauris exhauſta, quibus obſtupefactus dubitabat, vtrum tantundem ſibi reliqui feciſſet Imperatot, lætus, atque opibus onuſtus, domum reuertitur. Manuel enim quum ſciret, quemuis barbarũ auarum eſſe, & Romanorum opulentiam oſtentare vellet, quicquid Clizaſthlani daturus erat, in ſplendidiſsimo quodam palatij conclaui ordine expoſuit. Ea fuere moneta aurea atque argentea, delicatæ veſtes, argentea pocula, & Thericlea aurea, & tela ſubtiliſsima, aliaque ornamenta eximia, Romanis paratu facillima, ſed rara apud Barbaros, & pleraq; nunquam viſa. Id igitur conclaue ingreſſus Sultanum accerſit, Nunquid ex eo theſauro donari ſibi velit? rogat. Reſpondente illo, Id ſibi fore acceptum, quod ipſe dediſſet: rurſus interrogat, Si eam pecuniam in militem domeſticum & externum erogaret, nunquis hoſtium ſuum impetum ſuſtinere poſſet? Quum verò ille non ſine admiratione dixiſſet, Se, ſi tantum pecuniæ habuiſſet, iam olim hoſtes omnes ſubacturum fuiſſe: Hæc, inquit, omnia tibi dono, vt & munificentiam meam noris: &, quantis opibus polleat is, qui vni tantùm donat, conijcias. Is verò & lætatus, & obſtupefactus, & pecuniæ cupiditate cæcus, ſe Imperatori Sebaſtiam cum ſuburbano agro redditurum pollicetur. Qua re Manuel cupidè accepta, ſe illi plus pecuniæ daturum promiſit, vbi verba ad rem contuliſſet, & vt barbari inconſtantiam anteuerteret, & ferrum feruens

Manuel in Sultanum profuſus, quo metius ab eo oppugnetur.

adhuc ſuo arbitratu verſaret: Gabram Conſtantinum cum multis alijs muneribus, & omnis generis armis ad eum miſit. Sed homo fallax, & fidei ſeruandæ ignarus, vt Iconium redijt, fœderis oblitus, Sebaſtia vaſtata, & vicinia eius ſubacta, ſummam rerum ad ſe tranſtulit, & Dadune eiecto, Cæſareaque occupata, etiam reliquum popularem ſuum Iagupaſanem euertere atque occidere cupiebat. Qui quum & ipſe viciſsim copias ſuas cogeret, ſeq; vt contra aduerſarium iam maiore potentia præditum inſtitueret, in ipſo belli apparatu extinguitur. Dadunes verò, Amaſiæ ſatrapiã, vt poſſeſſore vacuam, clàm ingreſſus, & rurſus inde eiectus, Iagupaſanis vxori, à qua accerſitus erat, cauſa mortis extitit. Amaſeni enim eam, vt Imperium Daduni clàm conciliaturam, per ſeditionem occiderunt, & Dadunem, quem principem auerſabantur, longe eiecerunt. Sed Clizaſthlanis opibus reſiſtere non potuerunt, quin, vt iam Cappadociam tenebat, ſic deinde Amaſiam quoq; occuparet, homo proſperæ fortunæ flatu in rebus celeriter conficiendis vtens, quamuis corpore parũ integro, & pluribus præcipuis membris mutilato. Nam & articuli manuum eliſi erant, & pedes claudicabant, & cætera ſic affectus erat, vt plerunq; curru veheretur. Quibus de cauſis Andronicus, homo dicaciſsimus, & cauillandi vel animi vel corporis vitia peritiſsimus, Cuzaſthlanem illum appellabat. Quamuis autem tali corpore à natura deformatus, tamen magnum adeptus Imperium, tantisq; munitus copijs, ocio ſpreto, quippe turbulento & inſatiabili præditus ingenio, Romanos vbi poterat, non indicto bello, nulla de cauſa violato fœdere, ſed tantum, quia ita libitum erat, vexabat atque oppugnabat. Nec ipſa Melitina abſtinuit, ſed facultate illius euertendæ perſpecta, quum nulla ab Amera iniuriam accepiſſet, cauſam impudenter commentus, illum quoque, nihil eandem religionem veritus, regno expulit. Deinde fratrem quoq; ſuum fraude circumuentum in exilium egit. Exules omnes ad Imperatorem ſe contulere. Atque hæc poſterius acciderunt. Sed tum aucta potentia, verecundiam Imperatoris depoſuit, & qua obſeruantia eum, temporibus adductus, coluerat, eandem ab Imperatore poſtulabat, barbarica planè inconſtantia. Nam vt neceſsitate vrgente, vltra decorum ſe demiſerat, ita rebus ſecundis inſoleſcebat, animo vnà cum fortuna mutato. Tamen aliquando Imperatorem venerabatur, & quum belluam potius ageret quàm filium, patris illi honorem tribuebat, & filij adoptiui cognomentum ferebat. In literis quidem pater Imperator, & Sultanus filius ſcribebantur. Nec tamen hæ appellationes ſinceram inter eos amicitiam conciliabant, aut pacta & conuenta ſtabiliebant. Nam ille inſtar exundantis torrentis, aut draconis veneno turgentis, obuia quæque inficiebat, & abripiebat, multaque noſtra oppida deuorabat, improbitatis ſuæ virus expuendo. Imperator verò vias illi aliàs inuictis exercitibus, aliàs auro obſtruebat, & incitatam hominis cupiditatem ad pacem flectebat. Aliquando etiam Turcos in Romanorũ fines effuſos tepreſſurus, Pentapolitanos inuadit, ac Perſis nec ad manus venire auſis, multis captiuis,

Clizaſthlanes Dadunem & Iagupaſanem proſtigat.

Clizaſthlanis iniuria.

Fucata Sultani & Manuelis amicitia.

captiuis, multis pecoribus abductis, triumphans vrbem ingreditur.

Solymæ legatio apud Manuelem.

Eo tempore Solymas procerum Sultani princeps, homo callidus & diſertus, apud Imperatorem multa pro domino ſuo verba fecit, vt Turcos illa contra Sultani volunta-
» tem feciſſe oſtenderet, blanditijs verborum vſus,
» quæ cum factis non congruebant. Etſi autem apertè mentiebatur, tamen quia Imperatorem, vt barbarorum mos eſt, immodicis laudibus efferebat, oratione ad impoſturam compoſita, & equos curſores in ſuis ſtabulis educatos offerebat, nihil incommodi paſſus eſt. Accepit equos Imperator, & Solymam, eius æquitate & ſubmiſsione approbata (quanquam ea benignitas non ab hominis ingenio proficiſcebatur, ſed temporum erat) ad Sultanum ablegauit, vt ea exponeret, quæ non ignorabat, & leuitatem, illi perfidiam atq; iniquitatem obijceret. Neque verò ille quieturus erat, aut cladem illatam vel ad exiguum tempus inultam paſſurus. Latrocinijs igitur de more vtebatur, & delectis cohortibus miſsis, Laodicea

Clizaſthlanes Laodiceam vaſtat.

Phrygiæ, quæ tum non, vti tunc cernitur, mœnibus adornata, ſed inſtar pagorum ad radices collium ſparſim extructa erat, ingentem prædam pecudum & hominum abegit, multos etiam occidit, atque inter alios pontificem Solomonem,

Solomon Laodicenſis.

caſtratum illum quidem, ſed gratioſum homi-
» nem, & Deo virtute propinquum. Dicebat au-
» tem per ludibrium Sultanus ad ſuos, quo pluri-
» bus malis Romanos afficeret, eo maiora ſibi bene
» ficia ab Imperatore expectanda eſſe. Nam penes
» quem victoria ſit, ad eum quoq; munera conflue
» re ſolere, ne latius vagetur victoria, quemadmodum morbi perículoſi diligentius curantur, ne ſerpant. Nec interea quieuit Manuel ſed primùm per Baſilium Zicandlam, deinde per Michaelem Angelum, Turcos eos inuaſit, qui ob gregum & armentorum copiam loca herbida & campeſtria conſectantur, eaq; de cauſa ſuis relictis ſedibus, Romanorum fines cum omni familia occupant.

Baſilius Zicandla & Michael Angelus Turcos perſequuntur.

Hi enim expedita copiarum parte in cohortes deſcripta, ſecumque adducta, noctu aduerſarios rectius inuadi poſſe rati, hanc exercitui teſſeram in nocturno illo conflictu dederunt, vt exclamarent Ferrum, vt ſuos ea voce agnita inuiolatos

Ferrum teſſera.

præterirent, eos verò qui taciti accederent, occiderent, vt peregrinos. Ea acclamatio totius pugnæ tempore gentes diſtinxit, & vt Dauid ait, ferri inſtar in Perſarum animos penetrauit. Sed Turci poſt multam tandem cædem, teſſera illa intellecta, eandem vocem & ipſi vſurparunt, donec elapſa nocte dirempti ſunt exercitus. Sunt & aliæ multæ Manuelis contra Turcas, & Turcarũ contra Romanos excurſiones factæ, quas pleraſque, quòd nihil memorabiſe in ijs actum eſt, præter
» miſi: ne crebra ſimilium rerum repetitio, ſine vlla
» gratia nouitatis, faſtidium pareret lectoribus.

LIBER QVARTVS IMPERII *Manuelis Comneni.*

Iazas Hunnorum princeps.

PRiuſquam autem ad res Pannonicas redeam, perſpicuitatis gratia quædam præmittenda ſunt. Hunnorum princeps Iazas duos fratres habuit, Stephanum & Bladiſthlabum totidemq; filios, Stephanum & Belam. Stephanus euitatis inſidijs quæ à fratre ſibi parabantur, Conſtantinopolim profectus, & à Manuele imperatore humaniter ſuſceptus, præter alia plurima beneficia, etiam Mariam vxorem accepit, Imperatoris neptem, Iſaacio Sebaſtocratore natã.

Stephanus Manuelis affinis.

Paulò pòſt alter quoq; frater Bladiſthlabus Stephanum imitatus ad Manuelem ſe contulit, non tam quòd à fratre minus quàm par eſſet amaretur, aut inſidias timeret, quàm fama rerum ſecundarum fratris Stephani impulſus. Neq; verò ſpe ſua fruſtratus eſt, haud aliter ab Imperatore ſuſceptus, quam genus eius decebat, ſed omnia ex ſententia confecit. Ac vxorem quam vellet, vel ex Imperatoria ſtirpe, ducere ei licuiſſet. Verùm coniugio abſtinuit, ne illius blanditijs irretitus, neglecto reditu in patriam, rebus ſuis minus conſuleret.

Bladiſthlabus.

Sed quid fit? Hunnorum regi Iazæ placida morte defuncto, Stephanus filius in principatu ſuccedit. Ad Imperator eo caſu delectatus, initaque ratione, ſi Hunnorum ſatrapia ad Stephanũ affinem ſuum, cui iure deberetur, tranſiret, primum id ſibi gloriæ fore, deinde Romano imperio forſitan aliquid tributi acceſſurum: Zeugmino certè & Francochorio circa controuerſiam potiturum rei conficiendæ intendit animum.

Manuel affinem Stephanum fruſtra Pannoniæ regem facere conatur.

Legati ſtatim ad Hunnos mittuntur, qui cum eis de regno ad Stephanum transferendo agerent: paulò pòſt ipſe Sardicam venit. Hunni verò ad primum auditum à Stephano abhorruerunt, & nomen eius ægrè tulerunt, eum ſe cùm ob alia repudiare aſſerentes, tum quòd Romanam vxorem duxiſſet. Minimè enim è re ſua eſſe, virum admittere, Romanorum Imperatore affinitate iunctũ. Vereri ſe, ne Hunni ſuo regi, rex verò imperatori Romanorum pareret. His de cauſis nec Stephano illuc profecto ſtuduerunt, & legatos Imperatoris, rebus infectis, dimiſerunt. Vnde Stephano maioribus viribus opitulandum ratus, Sardicæ ad Iſtri ripas, Branitzobam & Belligradum, proficiſcitur, & nepotẽ Alexium Contoſtephanũ cum copijs adiungit Stephano. Qui cum Chramum tenuiſſent, pro virili egerunt ea, quæ ad regnum obtinendum pertinebant. Quamuis autẽ Pannonum proceres & largitionibus ac adulationibus corrumperent, & maximis pollicitationibus inflarent: nihil tamen proficiebant, niſi vt Hunni Bladiſthlabo, Stephani fratri, principatũ deferrent. Quo paulò pòſt defuncto, rurſus ad Iazæ filium Stephanum Hunni inclinarunt. Quod factum neq; Imperator æquo animo tulit, & eo adiutante, Iazæ frater Stephanus nihil nou agebat, ſi quo modo regno potiretur. Ea de cauſa multis bellis conflatis, cum Imperator Iazæ filio Belæ, quem Imperij ſucceſſorẽ deſignare in animo habebat, Mariam filiam deſpondiſſet: Hunni vt omnibus moleſtijs & periculis compendio defungerentur, inuiſum Stephanum dolo necare inſtituunt, quam ad rem venenum aptiſsimum viſum, quod per miniſtrum quendam eius Thomam largitionibus corruptum illi propinaretur.

Stephanus ab Hunnis veneno tollitur.

Is verò veneficij inſignis artifex, è ſuo ingenio alia ratione deprompta, cum fortè Stephanus venam incidiſſet, veneno ictum iunxit, quod in totum corpus diffuſum, correptis vitalibus, hominem celeriter confecit, cuius interitus apertè declarat,

„ declarat, hominum cogitationes incertas & fal-
„ laces eſſe, ac nonnullos ea ſequi quæ aſſequi ne-
„ queant, & fruſtra ſuis niti conſilijs ac conatibus,
„ diuino auxilio non ſuffragante. Cadauer eius ludibrio habitum, ſepulturæ honore caruit. Zeugminum Hunnis deditionem fecit. His Imperator auditis, Hunnis bellum indicit. Sub id tempus Andronicus denuò carcere elapſus, Galizam confugit, ſed non diu ibi manſit. Eſt autem Galiza toparchia Roſſorum, qui & Scythæ Hyperborei appellantur. Fugæ ratio huiuſmodi fuit. Morbum fingit, ac puero peregrino cuius opera in corporis miniſterijs vteretur, linguæ noſtratis non ſatis gnaro, ſed cui ſoli ad cuſtodiam patebat aditus, mandat, vt claues turris clàm ſurripiat, quum vigiles largius poti meridianum ſomnum capiant, easque cera exquiſitè exprimat. Seruulus iuſſa exequitur, clauium exemplum Andronici iuſſu, Manueli filio eius oſtendit, vt quàm primum tales fabricarentur, & in amphoras, quibus potus ad prandium ferretur, lineos funes, glomos, & fila tenuia conijceret. Eo conſilio ad exitum perducto, clauſtra noctu aperiuntur, carcer citra laborem patet, Andronicus pueri miniſterio euadit, funiculos manibus geſtans, ea nocte in denſo & alto palatij gramine, quò nemo adire ſolebat, in diem vſq; tertium deliteſcit, inquiſitoribus deceptis, & iam defatigatis, funibus pro ſcalis vſus, per mœnia ſe demittit, nauiculam conſcendit, quæ ex compoſito in littore inter crepidines, maritimo vrbis muro ad frangendum vndarum impetum interiectas, fluctuabat, nautæ, à quo vehebatur, Chryſopoli cognomentum erat. Sed quum vix ex eo loco ſoluiſſent, vbi Ioannes Zimiſces ſporta attractus, Nicephorum Phocam noctu expreſsit: parum abfuit, quin Andronicus aut grauioribus vinculis & duriore carcere conſtringeretur, aut ſibi ipſe manus afferret. vt diuturnis moleſtijs liberaretur.

Andronicus bis vinculis elapſus, tandem Manueli reconciliatur.

Galiza Roſſi.

„ Nunc hominem callidum ingenij dex-
„ teritas & ſolertia, quemadmodum olim Dauidem inſaniæ ſimulatio Getæ, liberauit. Nam famuli perſona ſimulata, ex diuturnis vinculis elapſi, orauit eos à quibus comprehenſus erat, vt ſui miſereſcerent, & antè multas acerbitates ab hero perpeſsi, & nunc ob fugam malè mulctandi. Herum autem Chryſopolum appellabat, & de induſtria barbare loquebatur, ac Græca multa ſe aſſequi diſsimulabat. Sed & ipſe Chryſopolus muneribus impetrauit à ſpeculatoribus, vt Andronicus tanquam ſeruus fugitiuus ſibi redderetur. Ita præter ſpem ædes ſuas ingreſſus, cognomento Blanganas, eadem opera ſuos vt aduenicns ſalutauit, & vt peregrè abiens valere iuſsit, ſolutisque compedibus Meliboti equo conſcenſo, qui ad fugam paratus erat, rectà Anchialum contendit. Quò quum veniſſet, Pupaci, qui (vt ſuprà dictum eſt) primus Corcyræ arcem conſcendit, ſe agnoſcendum præbuit: ſumptoque ab eo viatico, & vix ducibus, Galizam proficiſcitur, cuius fines ingreſſus, quò tanquam in aſylum tutiſsimum properabat, & iam perſecutorum metu ſe liberatum putans, à Blachis, qui fugam eius ex fama cognorant, captus, ad Imperatorem reducitur. Ibi quum nullum aſſertorum, non amicum, non armigerum, non miniſtrum vllum haberet, ſuapte induſtria rurſus euadit.

Andronicus ſeruum ſe ſimulat.

Andronicus denuò captus arte euadit.

Simulatio enim, ad decipiendos lictores, ventris profluuio, crebrò ex equo deſcendit, & ad requiſita naturæ ſeceſsit. Quod dum & noctu & interdiu ſæpius facit, cuſtodes hac ratione decipit, ſcipionem, quo vt æger innitebatur. in tenebris humi defigit, & chlamyde circumpoſita, & pileo impoſito, vt hominem inflexis genib. cacantem repreſentaret, cuſtodes ſimulachrum illud intueri ſinit, ipſe ſaltum condenſum ingreſſus, inſtar feræ è caſsibus elapſæ fugit. Cuſtodes vix tandem intellecto dolo, confectam viam repetunt, Andronicum eodem fugere opinari. Verùm is conuerſo itinere, alia via Galizam peruenit. At Pupaces Imperatoris iuſſu publicè multis verberibus in tergo & humeris afficitur. Deinde collo funi inſerto, à præcone circumducitur, magna voce proclamante:

Pupaces ob Andronicum mulctatur.

Quiſquis Imperatoris hoſtem ædibus „
recipit, datoque viatico dimittit: ita flagellatur „
& circumducitur. Ille verò intentis in populi con „
curſum oculis, hilari vultu: Hęc, inquit, contume- „
lia à quouis obijciatur, modò virum bene meri- „
tum non prodiderim, aut acerbè dimiſerim, ſed, „
vt licuit, coluerim, & lætum ablegarim. „

Tum verò Andronicus, obuijs, quod aiunt, vlnis à Galizæ præfecto ſuſceptus eſt, quem, etſi non diu ibi manſit, ita tamen ſui deſiderio deuinxit, vt ei & in venatu adeſſet. & in Senatu aſsideret, eodemque tectu & cibo vteretur. Cæterùm patruelis fugam & exilium ignominiæ ſibi eſſe ratus Imperator, ac longiorem eius abſentiam ſuſpectam habens: (nam ingentem equitatum Scythicum cogere ferebatur, vt Romanorum fines incurſaret) ante omnia reuocandum Andronicum cenſuit. Fide igitur data, acceptaque hominem inde acceſsit, quo tempore, vt dixi, ruptis Pannonij fœderibus, Romanas ad Iſtrum prouincias populabantur, Michaele vtroque Gabra & Brana acie victo, & præda ingenti abacta. Is Gabras nuper admodum cum Eudocia Comnenia Andronici amica, cuius antè meminimus, nuptias celebrarat. Quem Eudociæ cognati vt Imperatori commendarent, magno applauſu & laudibus proſequebantur, & in pugna Hunnica fortiter ſe geſsiſſe affirmabant. Quod vt credibilius eſſet, Michaelem Branam, collegam eius, teſtem citabant. Qui quum in Imperatoris caput iurare iuberetur, an aliquod forte Gabræ facinus vidiſſet? dilato reſponſo, Gabram prius interrogat, an ipſe quoque aliquid laude dignum feciſſet, ac boni & ſtrenui ducis officijs in pugna cum Dionyſio Hungarorum duce functus eſſet? Gabra verò affirmante, eum fortiſsimè ſe in illo prælio geſsiſſe: ſubijcit, ſe coram Imperatore, in cuius caput iurare ſit coactus, veritatem diſsimulare non poſſe. Gabram hoſtium impetum nequaquam toleraſſe: ſed primo congreſſu territum, fugam cepiſſe, quamuis ipſe eum ſæpius reuocaſſet, & magna voce hortatus eſſet, vt reſiſteret. Cæterum, Imperator Zeugmini recuperandi & necis Stephani vlciſcendæ cupidus, exercitum in illas partes adduxit. Sed barbari acie in Iſtri ripis inſtructa, omni telorum genere traijcere noſtros prohibebant, aditu omni intercluſo, ſed

Michael Branas Gabræ falſas laudes euertit.

Manuelis Pannonica expeditio.

fruſtra

fruſtra. Romani enim ſagittarij, & grauis armatura ripis eos depulerunt, & Imperator cum omnibus legionibus ad Zeugminum caſtra locat. Id oppidum alto tumulo impoſitum, & præterfluente inf. à flumine munitum, à Meridie adiri non poteſt. Rebatur autem ſe id primo impetu capturum, defenſoribus ſolo conſpectu ſui territis, & portas aperientibus. Sed quum omni aditu excluderetur, & mœnia omni armorum & tormentorum genere firmarentur, & hoſtes de pinnaculis non modò lethalia tela, ſed & obſcœna dicteria, & venenata probra iacularentur: Romani non amplius vacuis manibus accedebant, ſed omiſsis maledictis, quibus fœminæ pugnare ſolent, ferro rem gerebant. Et Imperator vt ſui æmulatione milites accenderet, primus equo inuectus, haſtam in media porta defigit. Deinde, quia ſaxa non ſuppetebant, foſſa humo & ſordibus impleta, & quatuor tormentis in circuitu collocatis, mœnia proſterni iuſsit. Quæ quum in officio eſſent omnia, & ſaxa talenti pondere iacularentur, mœnium compagem labefactabant: vnum potiſsimum, ab ipſo Andronico ita directum, vt murus inter duas turres conquaſſatus, & vectibus ſuffoſus, penderet ruinam minitans. Quadam autem nocte aliquod Hungarici proceres, podium è trabibus contextum, foras promineus ingreſsi, & ſtrictis gladijs aerem diuerberantes, Romanis atrociſsima quæque cum ingenti clamore minitabantur. Sed Vindicta eos eueſtigiò conſequuta eſt. Nam Andronicus tormento ſolerter directo, munitionem in qua ſtabant ita percuſsit, vt proſtrata illos miſerabiliter opprimeret. nec multo pòſt ipſo quoque muro collapſo, ſcalis admotis Romani tranſcenderunt. Tum multi ſunt occiſi, multi victoribus ſupplices conſeruati, nonnulli etiam fuga ſalutem quæſiuerunt.

Zeugmini recuperatio.

Vxor à marito iugulata.

Sed quidam vllius vrbis vir nobilis & diues, quum vxorem ſuam, excellenti forma mulierem, ad ſtuorum à milite rapi videret, nec eius pudicitiam aliter tueri poſſet, acinace miſeram confodit. O violenti rerum ſeries, ô Fortunæ inuidia atque inſidiæ, quæ in ampliſsimo & frequentiſsimo theatro huiuſmodi tragœdias agis? O duplices Amores inter vos contrarij, ad vnum præmium tendentes, quorum alter per dedecus ſeruare, alter per ferrum & ſanguinem pudicitiam tueri ſtudet. Ad expugnationem Zeugmini non parum contulerunt quidam ex ciuibus, Romanorum ſtudioſi, qui ſchedas ſagittis ſine ferro appenſas noctu in caſtra eiaculantes, & barbarorum vires & conſilia detegebant, & Romanorum animos confirmabant. Pannonius verò quidam captiuus, pileo & reliquo habitu more patrio ornatus, à prætereunte milite occiditur. Is quum interfecti pileo capiti impoſito pergeret, vindicta tacito pede illum conſequuta, effecit, vt ab alio perſequente Romano pro captiuo Pannonio iugularetur. dignum eueſtigiò factis ſuis præmium conſequutus. Zeugmino ad hunc modum capto, Imperator in fines Romanorum diſcedit, auunculo ſuo Conſtantino Angelo Philadelphienſe, & Baſilio Trypſycho, ad oppidi inſtaurationem relictis, qui non proſtratas modò turres, cæteraque ædificia refecerunt, ac præſidijs

Zeugmini proditio.

Miles crudelitatis dat pœnas.

munierunt, ſed & oppida Belligradenſia magno ſtudio curauerunt, ac ipſum Niſum mœnibus circundederunt, & Branizobam ducta colonia, cæteriſque rebus conſtitutis, ad Imperatorem abierunt. Is Deſem vltutus, qui prioribus facinoribus maiora ſcelera adiecerat, in Seruiam intendit animum. Sed Deſes multo ante obſeruans quid ageretur, & id quod res erat maximè timens, ne, ſi Imperator impreſsionem in Seruiam feciſſet, grauius aliquid ſibi accideret, per legatos ſupplex petijt, vt Imperatorem citra periculum adire liceret. Quo impetrato, cum ſatrapico comitatu aduenit, ad Imperatorem adducitur, qui doloſum ingenium ei obijcit, & pacem negat. Ac parum abfuit quin comprehenderetur, ſed tamen domum redire ſitus eſt, ſanctiſsimo iureiurando adactus, ſe, mutatis moribus, nihil contra Imperatorem admiſſurum, quamuis ſatis appareret, eum à malitia non diſceſſurum eſſe. Egreſſus ab Imperatore, varijs curis æſtuabat, pudebat acceſsiſſe, iraſcebatur ita ſe tractatum eſſe, iureiurando ſe velut in ordinem coactum eſſe dolebat. Denique repudiatis omnibus quæ contra animi ſui ſententiam iurarat, vulpina pelle reſumpta, tragicum illud homo barbarus collaudauit:

Deſes Seruiæ ſatrapes.

Iuraui lingua, mentem iniuratam gero.

Imperator verò nondum ſuſcepto filio, omnes iureiurando adegit, ſe poſt ipſius obitum Mariæ filiæ & Alemanna procreatæ, eiuſque marito Alexio Hungaro, vt Romanorum Imperatoribus, cum ſumma obſeruantia obtemperaturos. Huic edicto paruerunt cæteri, præter Andronicum, qui iniquo id animo ferens, dicebat, Imperatorem ſecunda vxore ducta, marem vtique procreaturum, cui ſi iuſiurandum daturi eſſent, iuſiurandum Mariæ iam dandum vtique fore irritum. Deinde ira numinis impulſum videri Imperatorem, qui omnibus Romanis repudiatis, alienigenam, & aſcititium iſtum filiæ maritum, & Imperij ſucceſſorem, cum Romanorum omnium contumelia delegerit. Sed nihil his verbis motus eſt Imperator, vt hominis aduerſatoris & contumacis. Quidam tamen, dato iureiurando, Andronico aſſenſi, ſententiam ſuam ſtatim protulerunt, alij ſententiæ dictione omiſſa, vehementer contenderunt, neque Imperatoris filiæ, neque Romanæ reipublicæ expedire, hominem alienigenam rerum potiri. Nunc aliud ſubiungendum eſt, indignum quod ſilentio prætereatur. Erat Imperator de vrbibus & caſtellis Ciliciæ, cuius metropolis Tarſus eſt, admodum ſollicitus. Quò quum multi nobiles præfecti miſsi eſſent, tandem ea prouincia Comneno Andronico, vt illuſtri genere orto, & ſpectatæ virtutis viro, decreta eſt, adiectum etiam Cypri tributum, ad ſumptus facilius tolerandos. Eò profectus, cum Toruſe inimico ſæpe infœliciter dimicauit, tandem etiam turpiter victus, audaciſsimum facinus auſus eſt. Vt enim vterque ſuas copias eduxerunt, Andronicus vniuerſum exercitum ſuum ita inſtruxit, vt animantis inſtar capite & cauda, cæteriſque partibus conſtaret. Toruſus contrà, ſuis in multos manipulos & cohortes diſtributis, ruſus illuſtrem victoriam eſt adeptus. Nam Andronici phalanges ijs qui ſubinde ex

Alexius Hungarus imperio deſtinatus.

Andronici cum Toruſe Armeno pugna.

inſidijs

inſidijs integri viribus proſiliebant, ceſſerunt, ac turpi fugæ ſe mandarunt. Qua de cauſa Andronicus animo æger, atque inops conſilij, quo pacto rebus afflictis ſuccurrendum eſſet, aut vlciſcendi hoſtes, iam pro victoria dijs immolantes, rem aggreditur incredibilem. Cùm enim Toruſem cum ſatellitibus equo inſidentem, & militum ex hoſtium perſecutione reditum expectantem conſpexiſſet, equo cõcitato, haſta directa, percuſſoque ſcuto, equo eum deijcit: & per omnem eius comitatum inſtar volucris equiris, aut lubricæ anguillæ elabitur. Neque tamen Toruſi, oblongo ſcuto & ferreo thorace munito, quicquam nocuit. Paucis diebus pòſt, ſepoſitis bellicis occupationibus, totus Philippæ amore inflammatur (erat ea Petebioi Antiocheni filia, ſoror eius, quam Manuel Imperator non ita pridem duxerat) & Antiochiam profectus, pulcherrimorum & ornatiſsimorum iuuenum comitatu, & exquiſitæ elegantiæ veſtitu, quo naturalis formæ dignitas & ſtaturæ proceritas condecorabatur, mulierem ita in ſui amorem pellicit, vt parentum & patriæ oblita, mutuo illius amore flagraret.

Andronici et Philippæ amores.

Vide annotationes.

Qua fama Imperator penè attonitus, Andronicum, & ob inceſtos amores oderat: & ſpe Armeniæ recuperandæ fruſtratus, comprehenſum mulctare in animo habebat. Mittit igitur Auguſtum Conſtantinum Calamanum, virum cordatum, magnanimum & conſtantem, qui & Armeniæ præeſſet: & Philippam, ſi poſſet, duceret. Is principiò ſponſi ornatu ſumpto, itaque paratus, vt adamatam in ſui amorem pelliceret, Antiochiam ingreditur. Tantum autem abfuit, vt Philippa ab Andronici amore auelleretur, vt Calamanum nec aſpectu nec colloquio dignaretur, ac potius breuitatem ſtaturæ eius irrideret, atque ipſum Imperatorem inſectaretur, qui ineptè putaret ipſam, deſpecto inclito & nobiliſsimo heroe Andronico, ei nupturam, qui obſcura familia ortus, nuper admodum noſci cœperit. Hoc ſui contemptu, & amore Philippæ erga Andronicum cognito, Tarſum diſcedit: commiſſoque cum Armenijs prælio, victus & captus, magna pecunia ab Imperatore redimitur.

Calamanus & Philippæ amoribus excidit, & ab Armenijs capitur.

Andronicus autem Manuelis minas veritus, ac metuens, ne Philippæ amorem priſtino carcere, & diuturnis ærumnis commutaret, Hieroſolyma verſus iter intendit, fuga de more arrepta, & vt homo luxurioſiſsimus, Theodoram Iſaacij Sebaſtocratoris filiam inceſtat, Balduini Franci, qui toti Paleſtinæ nuper imperarat, viduam. Altera hac plaga accepta Manuel, nihil non molitur, quo Andronicum in ſuam poteſtatem redigat: miſſaque ad Cœleſyriæ Toparchas aurea bulla, mandat, vt Andronicum, hominem ſeditioſum atque inceſtum capiant, & viſu priuent. Ac luminibus orbatus, aut planè occiſus eſſet Andronicus, ſi eæ literæ ad manus aliorum perueniſſent. Nunc Deo illum ad diem vltionis, atque ad ea mala perpetranda & perferenda reſeruante, quę tyrannide ab eo occupata acciderunt, eæ literæ Theodoræ redduntur, quibus ea lectis & inſidijs cognitis, chartam Andronico tradit. Qui vbi animaduertit ibi non hærendum eſſe diutius, ſed properè diſcedendum, territus fugam adornat: & Theodoram fraude pellectam, vt ſe non longè comitaretur, ſeu volentem ſeu inuitam ſecum abducit. Dum autem prouinciam prouincia mutat, & in multiplici illo errore varios Dynaſtas & regulos adit, ab omnibus honorificè excipitur, & magnis muneribus afficitur. Serò tandem ad Sultanum, qui Coloniam, Chaldæam, & finitima loca tenebat, diuertitur: ibique cum Theodora, & duobus ex ea ſuſceptis liberis, Alexio & Irene, ac Ioanne, quem ex legitima vxore procreatum, Byzantio ſecum abduxerat, commoratur, donec ad Manuelem Imperatorem reuerſus eſt: id quod ſuo loco refertur, vt res eius geſtæ cohæreant.

Andronicus Hieroſolymis Theodora abducta, ad Sultanum Coloniam confugit.

Etſi autem Manuel vitæ Andronici crebras ponebat inſidias, ille tamen mirabili ſolertia & tolerantia omnes laqueos euadebat. Hoc loco illud prætereundum non eſt: plerique principes formidoloſi ſunt, & ſuſpicaces: nec inferno & morte clementiores, in viris nobilibus & generoſis è medio tollendis: & vt altæ piceæ leuiſsimo ventu impulſæ, ramorum aculeis inter ſe colliſis, ſtridunt: ſic ipſi & diuitem ſuſpectum habent, & fortitudine inſignem ,,
formidant: nec forma, nec facundia, nec mo- ,,
rum comitas inſignis, quietos eos eſſe patiuntur: ,,
ſed omni penè vitæ ſuauitate priuant, adeò vt na- ,,
turam ipſam accuſent, quòd alios etiam idoneos ,,
Imperio formarit, nec ipſos primos & poſtremos ,,
omnium mortalium pulcherrimos finxerit: di- ,,
uinæque prouidentiæ repugnent, & optimum ,,
quemque tollant è medio, & inſtar hoſtiarum ,,
ſacrificent, vt ipſi ſoli metus & periculi expertes, ,,
publica vectigalia tanquam priuatum patrimo- ,,
nium, pro ſua libidine effundere, & ingenuos ,,
homines pro mancipijs tractare poſsint, qui ali- ,,
quando ipſis ſunt Imperio digniores. Ita poten- ,,
tiæ faſtigium prudentiam eis adimit, & priſtinæ ,,
conditionis ſtultam obliuionem affert. ,,

Principum vita ſollicita, ſuſpitioſa, tyrannica.

Sic Manuel quoque, quum ab Alexio Protoſtratore nulla re eſſet offenſus, nec eius fidem & beneuolentiam deſiderare poſſet, ac tenuem pro meritis ei gratiam retuliſſet: ſola ſuſpicione adductus, & improborum hominum calumnijs impulſus, quia eum & ducibus & militibus eſſe charum videbat, & liberalitate erga omnes vti (quanquam fortaſsis etiam diuitias eius clàm appetebat) Sardicæ agens, hominem ante lucem cum vxore ſua cubantem comprehendit: & omnibus opibus mulctatum, in monaſterium quoddam Papycij montis conijcit. Ne autem id facinus manifeſtæ iniuriæ damnaretur, ſycophantæ præſtò erát, qui crimini darent, eum magicis præſtigijs Imperatorem petere: quæ haud ſcio an ita efficaces ſint, (ſanæ quidem aures ab iſtinſmodi commentis abhorrent) vt hominem efficiant volucrem: itaque perſtringant oculos, vt ſtricto enſe irruens non conſpiciatur. Quod genus illa ſont, quæ Græci olim de Perſeo fabulabantur. Eorum calumniatorum princeps eſſe ferebatur Aaron Iſaacius, qui Corintho cum cæteris in Siciliam abductus, ibique Latinam linguam exquiſitè edoctus, Latinorum interpretem agebat apud Imperatorem.

Alexius Protoſtrator cucullum induere cogitur.

Alexij verò vxor, Alexij primogeniti fratris Manuelis filia, pietate in maritum & pudicitia inſignis, & illuſtre muliebris ſexus ornamentum, fruſtra ſibi ipſi manus afferre conata, ad patrui pedes ſupplex aduoluta, ſummoque

Alexij vxoris interitus.

cum luctu & ſanctiſsimo iureiurando mariti innocentiam & erga Imperatorem, fidem atque obſeruantiam teſtificata: permouere tamen eius animum ad miſericordiam, quamuis miſerabili habitu, nec à ſententia deducere potuit. Itaque ex perpetuo mœrore ſolitudinis & luctu, caſtæ turturis inſtar, mentis errore vſq; ad obitum affecta, & tabe confecta eſt, duobus filijs ſuperſtitibus. At Alexius nigrum habitum amplexus, diuino amore leuabatur, ſummi boni appetitione acquieſcens, & inſtar aquilæ in nubibus volantis inferiora deſpiciens. Cùm autem, dum opibus affluebat, ſummus amator eſſet lauticiarum, & conuiuijs delectaretur, atque omnes voluptates conſectaretur, & carnibus nec ieiuniorum diebus, vt feria quarta & ſeptima, nec alijs ſolennibus ferijs abſtineret: tum crudis herbis & pomis veſcebatur, ieiunijs gaudebat, ac tandem piſcibus etiam feſtis diebus pro delicijs ſuauiſsimè veſcebatur. Quoties autem veterum cupediarum & curioſæ illius popinæ recordabatur, condimenta illa nihil aliud eſſe dicebat, niſi ventris faſtidium & appetitus irritamenta. Naturam enim paucis eſſe contentam, & bonam corporis habitudinem quouis cibi genere æquè conſeruari. Vtrum verò Vindicta, cùm tot manus & pedes habeat, cum acutè omnia perſpiciat, & patentibus prædita ſit auribus, obliuiſcitur: an non conſiderat, aut penitus inultas præterit impudentes calumnias, & accuſationes bonorum virorum? Non vtique, ſed tum quoque declarauit, ea ſe perſpicere, quæ in tellutis receſsibus aguntur, & obſcura linguæ murmura exaudire. An verò Imperatori etiam ob iniquum iſtud facinus ſuccenſuerit, non huius temporis eſt dicere. Oportebat certè quidem illum, vt virum prudentem, & non indoctum, non propterea quòd Alexij nomen à litera A inciperet; eum vt inſidiatorem & ſucceſſorem ſuſpectum habenas ei mandare, qui ſe in Apocalypſi Ioannis Euangeliſtæ & Theologi, A & O, hoc eſt, principium & finem eſſe dicit; cui vtique aliud A, non defuturum erat. Calumniatores quidem alias alij pœnas dederunt: Aaron verò grauiſsimas omnium ſuis ipſe laqueis irretitus. Non multò enim pòſt, eum magiæ ſtudioſum eſſe, compertum eſt: & ſimulachrum teſtudinis prolatum, in quo erat imago hominis, qui ambos pedes habebat in compedibus, & pectus clauo transfixum. Eſt & librum Solomonium euoluere deprehenſus, qui cùm legebatur, legiones dæmonum adducebat, ſubinde interrogantium, cur accerſiti eſſent, ac iuſſa alacriter exequentium. Nec vna hæc cauſa fuit, cur comprehenderetur Aaron, ſed illa etiam acceſsit. Cum Occidentalium gentium legationes exponeret, & Imperatoris voluntati eas non refragari videret: in vna poſtulatione legatos obiurgat, vt nimium ad iuſſa exequenda paratos, monetque vt aduerſentur, neque tam facilè aſſentiantur. Id enim eis lucro fore, maioremque gratiam apud Imperatorem inituros, & à ſuis popularibus pluſs honoris conſecuturos. Actum id colloquium diremptú eſt, Imperatore ob Latini ſermonis imperitiá, quid dictum eſſet, ignorante. Cæterùm Imperatrix natione Latina, & ſermonis illius peritiſsima, propoſitis quæſtionibus ſeorſim conſideratis, Imperatori exponit omnia: qui ira commotus, Aaroni & viſum, & omnes facultates eripit. Sed is, vt homo maleficus, & natura propenſus ad ſcelera, pòſt auctor fuit, Andronico iam rerum per vim potito, vt excæcatione haud contentus, aduerſarios aut planè occideret, aut grauioribus ſupplicijs coherceret: exemplo ſuopte ad eam orationem confirmandam vſus, qui & viueret, & moueretur, & ſpiraret, & loqueretur, & conſilium dare poſſet. Neque enim manuum vi duntaxat, ſed lingua etiam æquè ac acuto gladio iugulari inimicos. Adiecit & alia inhumana nugamenta, quibus iracundum illum & moroſum ſenecionem ad cædes propenſiorem fecit. Cuius improbi conſilij hunc fructum tulit, vt ab Iſaacio Angelo, qui Andronicum imperio euertit, venenata ei lingua præcideretur. Manuel verò Imperator Sclerum Sethum, & Michaelem Sicidítem, iuſta ira permotus, cæcari iuſsit, qui ſub Aſtronomiæ profeſsione, magiæ & dæmonum impoſturis operam dabant. Nam Sclerus cum nubilem quandam virginem, à qua contemnebatur, adamaret, ac manifeſtè ſolicitaret, per lenam ei malum Perſicum mittit: quo puella in ſinum recepto, amore & libidine inſaniens, ab illo corrumpitur. Puellæ verò cognati facinus id indignè ferentes, & ſtrenuè contra dæmonem pudicitiæ puellarum infeſtum, & pomo inſtar malefici illius ſerpentis inſidiantem, quas caſtitate tanquam Edemio horto eijceret, vociferantes, effecerunt, vt eius aſpectu penitus priuaretur, quam impudicè aſpexerat. Sicidites verò præſtigijs quibuſdam rerum earum conſpectum eripiebat, quas oculi intuebantur, & totas dæmonum cohortes immittebat ijs quos volebat exterritos. Cum autem aliquando ex editiore palatij loco nauiculam vidiſſet, qua ollæ & patinæ vehebantur, aſtantes interrogauit, quid daturi eſſent, ſi efficeret, vt nauta alienata mente, nauigatione omiſſa, remo ad comminuenda fictilia vteretur? qui cum ei pollicerentur quicquid poſtulaſſet, nauta paulò pòſt exurgit, & vaſa non prius ferire deſtitit, quàm in puluerem redegiſſet. Quo conſpectu illi riſu emori, factum illud admirantes: nauta verò paulò pòſt barba prehenſa lamentari, amotaque caligine illa ſe vt ira numinis agitatum deplorare. Rogatus cur merces ſuas ita tractaſſet? cum dolore narrabat, ſe remis intentum, horribilem ſerpentem ſupra vaſa porrectum, oculis inconuenientibus in ſe conuerſum inſtar deuoraturi vidiſſe, qui prius volutari non deſtiterit, quàm fictilia confracta eſſent: inde ſubitò ex oculis euanuiſſe. Fecit & aliud non diſsimile. In balneo lauans rixari cum quibuſdam cœpit, & è conclaui egreſſus eſt. Paulò pòſt & cæteri anhelantes & trepidi, præ metu ac feſtinatione inuicem conculcantes, narrant, ex canali calidæ aquæ viros pice nigriores exilijſſe, à quibus nates ipſorum plantis pedum ferientibus balneo exacti eſſent. Ob hæc igitur aliaque grauiora facinora vterque oculis orbatus eſt, ac Sethus quidem iiſdem rebus etiam deinceps ſtuduit: alter verò Monachus factus, ſcriptum ſpurciſsimú, vt homo diuina gratia indigнus, de diuinis myſte-

Natura quouis cibo ſuſtentatur.

Manueli litera A ſuſpecta.

Aaron ob magiam & perfidiam excæcatur, ab Iſaacio Angelo lingua priuatur.

Sclerus et Sicidites excæcati ob magiá.

Serpentis præſtigiæ.

Dæmonum ſpectrum.

Noua caſtra in Aſia condita à Manuele.

myſterijs compoſuit. Illud etiam factum huius Imperatoris clarum eſt. Cum Aſianæ vrbes Chliara, Pergamum & Adramittium à Perſis malè tractarentur (nam finitimæ prouinciæ per pagos habitabantur, & prædæ hoſtibus erant) munitionibus eas firmauit, & pateutes campos caſtellis adornauit. Vnde factum, vt ea oppida frequentia ciuium & vitæ cultu rerumque copia multis beatis vrbibus antecellant. Si quid igitur Manuel per omne Imperij ſui tempus Romanis vtile ſuſcepit & perfecit: hoc vel in primis celebrandum eſt. Quis enim illac præteriens, non ignarus quàm inculta loca illa fuerint, quàm feros & latrocinijs deditos cultores habuerint, non ſublatis in cœlum manibus Imperatori Manueli paradiſi delicias precetur? In ea porrò loca, quæ Noua caſtra vocantur, Byzantio prætor mitti, & vectigalia colligere ſolet.

LIBER QVINTVS DE IMperio *Manuelis Comneni, in quo Romanorum Hungarica victoria narratur.*

Romana & Hungariſſa ſtatua.

CVm autẽ Pannonij fœdera denuò rupiſſent, bellum contra eos ſuſcipitur, vt aliquandiu intermiſſum, maiore vire petitur. Imperator vbi primũ per anni tempus licuit, Sardicam iter intendit, quò legiones conuenire iuſſerat. Dum autem copiæ contrahuntur, audit, duarum muliebrium æ nearum ſtatuarum, quæ in Occidentali fornice fori Conſtantini ſitæ ſint, alteram, quæ Hungariſſa dicatur, erectam ſtare, alteram, nomine Romanam, vetuſtate collapſam eſſe. Quo intellecto, ſtatim illam deiecit, hanc repoſuit: ea ſtatuarum mutatione, ſe fortunam etiam gentis vtriuſque mutaturum ratus, & rem Romanam erecturum, Hungaticam depreſſurum, legionibus in vnum couductis, deliberandum ptoponit, vtrum ipſe quoque bello Hungatico intereſſe, an ſummam rerũ duci alicui committere debeat? Vbi omnibus placuit, vt ipſe Sardicæ maneret, & generales belli duces crearet, vt abſente Imperatore incerti bellorum euentus, acceptæque cladis dedecus mitiota eſſent, & victoria plus laudis haberet: ſumma belli Andronico Contoſtephano claſsis præfecto mandatur.

Manuel Andronicũ Contoſtephanum ſummæ belli præficit.

Exercitu Sardica moturo, Imperator præclara concione Controſtephanum exhortatur: nec rationes tantum, ſed tempus etiam gerendi belli edocet, armorumque & aciei inſtruendæ rationem monſtrat. Legatos item eius, tribunos, cæteroſq; milites ad pugnam acuit, commemoratis ptioribus eorum facinioribus & exemplis ad feſtinandam, & imminentia pericula ſubeunda, quibus, Deo adiutore, fortiter ſuperatis illuſtrem victoriam reportaturi ſint, incitat. Quòd ſi gloriam ipſius illuſtrarint, atque abſenti victoriam pepeterint, ſe liberaliter illos remuneraturum. At illi & dum hæc dicebantur, attentione ſilentioque alacritatem ſuam oſtendebant: & finita oratione, magis etiam affectum ſuum, & incitatos animos declarabant, vt verborum lenocinijs deliniti, ſi quid moleſtiæ ex ſuperiotibus pugnis in memoria reſidebat, id totum abolitum videretur. Nam & Imperatorem lætis acclamationibus celebrabant, & ſe vltra vires etiam dimicaturos pollicebantur, petebantque vt à Duce ſine mora contra hoſtem ducerentur. Ita incitatis exercitibus, ſtatim confuſus clamor in caſtris tollitur: quod quidem ex gente Pannonica, dum concitato equo ac toto impetu fertur, pronus in faciem prolapſus erat. Quo Imperator audito, & ipſe exhilaratus eſt, & omnes bono animo eſſe iuſsit, bonum id omen interpretatus, belli feliciter euenturi, & Deum ſeruatorem, vt ductor eſſet exercitus inuocauit.

Hungari lapſus victoriæ omen.

Andronicus verò cum omnibus copijs digreſſus, poſt aliquot dies Sauo & & Danubio ſuperatis, Zeugminum ingreditur. Pannonij verò ea re nihil territi, ſed ſuis cohortibus inſtructis, & non paruis auxilijs à finitimis populis, atque ipſis Alemannis, vt ferebatur, conductis, ſummaque rerum Dionyſio, viro ſtrenuo & victorijs inclyto mandata, pleni animorum & iactabundi incedebant. Is Dionyſius, vt primùm audijt, Romanum exercitum Iſtrum tranſiſſe, victorijs prioribus inflatus, inſolenter gloriatus eſt, ſe, vt pridem, ita nunc etiam occiſorum Romanorum oſsibus in tumulrum aggeſtis, pro trophæo vſurum. Id enim barbarica feritate victo Gabra & Brana, vt iam memini, fecerat.

Dionyſius Hungarorũ dux.

Contoſtephanus verò in feſto Procopij martyris, armatas phalanges in aciem educit, frontem exercitus ipſe occupat, cornu dextrum Andronico Lapardæ, ſiniſtrum alijs tribunis mandat. Diſpoſuit & alias phalanges paulùm ab vtroque cornu ſemotas, vt per tempus laborantibus legionibus ſubuenirent. Interea literæ imperatoriæ illi afferuntur, quibus pugnam in alium commodiorem diem in literis declaratum, differre iubebatur. At ille libello in ſinu condito, iuſſa negligit, & apud proceres aliarum rerum mentione interiecta, callidè diſsimulat. Is autem dies, vt ater & infauſtus ad pugnam, improbabatur. Neſcio enim quomodo plurima & maxima quæque negotia, quæ arbitratu Dei ſecundos vel aduerſos exitus ſortiuntur, ad aſtrorum circuitus & certos poſitus ac progreſsiones Manuel referebat, & nugas Aſtrologorum pro oraculis excipiebat. Cæterùm Contoſtephanus ijs literis planè contemptis, non ignarus, ſæpe modicam cohortationem ad certamen pugili multum profuiſſe, legiones ad hunc modum alloquitur:

Contoſtephanus aſtrologiam Manuelis negligit.

Exhortatio militum.

Fortes viros vos præbete, Quirites, neq; fortuna & gloria veſtra quicquam indignũ admittite. Scitis enim etiam feras, ſi quis fortiter inuadat, terreri, ac in fugam conijci, timidos verò & fugaces ab eis deuorari. Quare cum immanibus iſtis barbaris ſtrenuè dimicandum eſt, ne mortis formidine, quæ non ſalutem, ſed exitium affert, iugum eorum turpiter ſubeamus, & ignauiæ noſtræ graues pœnas demus. Neque verò aut nos ſoli vulneribus & morti expoſiti ſumus, aut hoſtes ærei ſunt & inuulnerabiles: ſed vt illi ferro muniti ſunt, & velocibus equis inſident, ita eædem res nobis quoque ſuppetunt, neque fortitudine illis cedimus. Omnibus eadem eſt inſtructio, eadem belli exercitatio, eadem armorum ratio. Nam illud omitto, nos, quantum eloquentia & doctrina barbaros ſuperamus, tanto etiam diſciplina militari, & ſolertia ſuperiores eſſe. Sumus etiam ante hac cum

Pannonijs congreſsi, eorumq́; agros vaſtauimus. Aggrediamur eos nunc quoque victoriæ habitu confirmato. Agite viri, agite commilitones, ita liberos & coniuges veſtras videatis: Barbarorum pereuntium voces Iſtri gurgites hauriant, cruentumq́ue flumen Pannoniorum cladem & Romanorum victoriam, inſolito ſpectaculo terris ijs nunciet, quas perfluit. Præterea illud etiam eſt conſiderandum, eum, à quo huc miſsi ſumus, totum pendere à nobis & bona ſpe ex noſtris pollicitationibus concepta, iam ferè captiuos agitare animo, & victoriæ magnitudi-
» nem ſibi imaginari. Ne igitur præſenti periculo,
» quod nihil habet morte grauius, debilitati, vel il-
» li pudori, vel nobis ipſis calamitati ſimus. Sum-
» ma enim mala tergiuerſationem non patiun-
». tur, in quibus vel exigua negligentia, ſummæ
» rerum eſt euerſio. Hæc locutus, ſuas copias in patentem campum educit. Idem contrà & Dionyſius facit, hilari vultu, cum plauſu & lætitia, quaſi ad ludum iret. Vnde quid agendum eſſet in pręſentia ignarus, ſuas copias neq; in dextrum ſiniſtrumúe cornu diſtribuit, neque in diſtinctas turmas & phalanges deſcripſit, ſed tantum exercitum in vnam quaſi turrim globatum ac denſatum, atræ nubis inſtar adduxit, cum ſummo & acerbiſsimo noſtrorum contemptu. Vexillum eius in craſſa & alta trabe, quam rotis impoſitam quatuor iuga boum trahebant, ſublime à ventis agitabatur. Erat ea acies omnino horrenda viſu, tota equeſtris & haſtata. Nec viri tantum armis egregiè ad pedes vſque muniti, ſed & equorum pectora & frontes ferro contra ictus armabantur. Adhæc equorum hinnitus, armorumq́; fulgor Solis radijs euerberatus, vt propius ventum eſt, vtrique exercitui maiorem admirationem & terrorem afferebat. Sub meridiem in medium proceſſere: Contoſtephanus, vbi tempus viſum eſt, dextri & ſiniſtri cornu milites proximos, extremum barbarorum agmen iuſsit cedere: ſagittarios verò equites in primis crebras ſagittas vt conijcerent, hortatus eſt, eo conſilio, vt Pannoniorũ continua phalanx diſſolueretur. Nam vt poeta noſter ait:

Vexillum Dionyſij.

Pugna.

Arma armis, pede pes hæret, denſusq́, viro vir.

Iuncta equi capita habebant, atrox pugna haſtis horrebat, inſtar draconis ſquamas attollentis vndabant exercitus. Dionyſius verò velut turris firmiſsima procedens, haſtam in Contoſtephanum & eius exercitum vibrabat. Vbi ad manus ventum eſt, primò haſtis rem gerunt, vrgent vrgentur aliquandiu. Haſtis fractis, & tanquam ſepes in medio exaggeratis, prælongos enſes ſtrinxerunt, ac denuò congreſsi pugnauerunt. Quibus hebetatis (nam tota acies vtrinque ferrea erat, & ærea.) Pannonij æſtuabant, quippe qui Romanos ſuum impetum minimè toleraturos putarant. Romani ferreis clauis, quas in bellum ferre ſolent, arreptis, Pannoniorum capita & facies opportunè cędebant. Vnde multi oborta caligine equis deuoluebantur, multi ſanguinis profluuio exanimabantur. Ita firmiſsima illa acie perrupta, Romanorum nemo erat, qui non Pannoniũ feriret ac deijceret, proſtratumq́; ſpoliaret, nec aliã panopliam indueret, equumq́ue conſcenderet, cuius ſeſſorem occiderat. Veſperi receptui canebatur, ſublimi illo Dionyſij vexillo ſublato, & exercitus nauibus impoſiti, Iſtrum traijciebant. Fama enim per Romana caſtra vagata, Pannonios poſtridie auxilia firma expectare, ducem ſolicitum reddebat: ob eam igitur famam, quæ non prorſus inanis eſſe putabatur, poſt felicem pugnæ euentum, inde diſceſsit Andrónicus, Pannonijs hoc modo ſuperatis, Imperator tanta victoria lætus & exultans, Deo gratijs actis, ſtatim rei bene geſtæ nuncios in vrbem mittit: ac poſt dies aliquot & ipſe Conſtantinopolim ingreſſus, triumphum ducit ab Orientali porta quæ ad arcem patet, eumq́ue ob inſignem & incruentam victoriam quam ſplendidiſsimè & magnificentiſsimè adornat. Expanſæ ſunt omnes purpureæ & auratæ veſtes, & ciues alij aliunde ad pompam illam confluentes, inſtar torrentis ex monte decurrentis, fora, ædes, templa, officinas, & loca omnia vrbis ampliſsimæ deſeruerunt. Sunt & captiui in triumpho ducti, Platea illa vtrinq; ſuggeſta habuit ad binas & ternas contignationes educta, tecta quoque omnia ſpectatoribus referta fuerunt. Imperatorem quadrigæ argenteæ auratæ cum equis niue candidioribus præcedebant: quibus impoſita erat imago inuictæ adiutricis & inſuperabilis commilitonis matris Dei. Neque verò axis magnum ſonuit, quia non vehebat acrem deam Mineruam, quæ falſo virgo dicitur: ſed veram virginem, quæ verbum inexplicabili ratione per verbum peperit. Eum currum Imperatoris propinqui atque amici, Senatus, viri magiſtratibus & dignitatib. inſignes, ponè ſequebantur. Deinde ipſe Imperator prodijt, equo feroci inſidẽs, vir inclytus & maximus, ornamentis illuſtribus inſignis, comitante Contoſtephano triumphi auctore, qui ob victoriam & rem bene geſtam celebrabatur. Magnum templum ingreſſus, Deoq́ue coram omni populo laudato, in palatium pergit: laxataque nimia bellorum contentione, ludis equeſtribus recreatur. Sequenti etiam vere in animi oblectationem inſumpto, poſtquam Sol Cancrum & Leonem permearat, & æſtus Caniculæ deſęuierat, bruma iam inſtante, in Occidentẽ egreditur. Audierat enim Seruiorum principem, inquieto & inſatiabili ingenio hominem, Stephanum Neemanem, iuſto audaciorem factum, finitima quæq; inuadere, ac populares ſuos grauiter premere ferro graſſantem, ſuæq́; fortunæ oblitum, Crabariam & Cattarorum dominatum ſibi vendicare. Vt igitur Neemanis voluntatem exploraret, Theodorum Padiatam cũ copijs ablegat. Erat autem ea Neemanis ferocia, vt bello non indicto, ſtatim Romanos inuaderet. Poſtquam autem ipſe Imperator eum vlciſci ſtatuit, bello celeriter relicto, in montes confugit, & ſpeluncas ac petras ſubijt, & ſubinde imminuta nonnihil ſuperbia, tandem ſupplex ad pedes illius procumbit. Angebatur enim animo, ne Seruię principatus alicui ex ijs quos ipſe euerterat, qui eſſet eo dignior, tribueretur. Eũ igitur hominem Imperator tanta arte tractabat, & ad fidem ſibi ſeruandam conuertebat, ſi quando à recta via aberrare, & libertatem ſpectare videbat, aut cum Alemannorum Rege ſe coniungere, aut ad Hunnos inclinare, & manubias cõmunicare: quãta diligentia nec opilio exiguum gregem

Contoſtephanus fama territur.

Manuelis triumphus.

Imago Mariæ in triumphum ducta.

Manuelis expeditio contra Seruios.

gem cuſtodire ſolet. Neeman verò illum non minus formidabat, quàm leonem cæteræ animantes. Nam cum Imperator equitatu tantum educto, & ſatellitibus ſequi iuſsis, Romanorum fines egreſſus, contra illum ferebatur: Seruiæ ſtatim ſuo arbitratu exemplo immutabat. Poſt hæc Manuel, audita Aegypti fertilitate & frugiferis Nili exundationibus, claſſe eam terram petere, & quæ auribus acceperat, oculis intueri & » contrectare manibus inſtituit. Quamuis autem » proxima quæque adhuc in motu eſſent, & licet » ſecarentur, & vrerentur, non tamen tollerentur, » ſed inſtar rediuiuæ hydræ repullularent: tamen » importuna ambitione impulſus, & veterũ prin» cipum æmulatione ac gloria adductus, qui non » modò à mari ad mare, ſed ab Oriente vſque ad » Occidentem dominati fuerunt: rebus magis vr» gentibus omiſsis, longinquam expeditionem ſuſcepit. Conſilioque ſuo cum Amerigo Hieroſolymorum rege communicato, qui ſe ei præſtò futurum pollicebatur: claſſem amplius CC. longarum nauium contra Tamiathum comparat, inter quas erant X. Epidamniæ, & ſex Euboicæ expeditæ naues. Nauarchum deſignat Andronicum Contoſtephanum Magnũ ducem, & Theodorum Maurozumem cum LX. triremibus ad Regem præmittit, qui reliquam claſſem & Contoſtephanum iamiam adfore prænunciaret, atque eum hortaretur, vt ipſe expeditionem maturaret: ſimul etiam Hieroſolymitanis equitibus qui Regem in Aegyptum ſecuturi eſſent, ſtipendia afferret. Non multò VIII. die menſis Iulij, Contoſtephanus ad Melibotum appulit, vbi ab Imperatore, qui claſsis ſpectandæ gratia aderat, quæ in rem fore viderentur, edoctus, biduo pòſt Cœla, quæ circa Seſtum & Abydum ſunt, peruenit, & Romanas auxiliareſque copias ſibi aſsignatas triremibus imponit. Inde dum ſecundis ventis Cyprum verſus nauigat, in ſex ſpeculatrices naues ab Aegypti Amera miſſas, incidit: quarum duabus captis, quatuor reliquæ remis acceleratо curſu euaſerunt. Ad Cyprum appulſus, Regi ſuum aduentum nunciat, illiuſque ſententiam exquirit, vtrum ipſe in Cyprum venire, an ſe Hieroſolyma ire malit? At Rex Epimethei more, quem poſt factum deliberare aiunt, cum planè „ pœnituiſſet, quòd ſe Imperatori opem laturum „ promiſiſſet, atq; eius Aegyptiacam expeditionem approbaſſet, magnopere angebatur. Proinde rem procraſtinat, ac ſubinde, quid agẽdum ſit, deliberat. Tandem Andronicum Hieroſolyma accerſit, vt ibi in commune conſulant. Quo cùm Andronicus veniſſet, Amerigus denuò cunctatur: & pœnitentia vehementer æſtuans, aliud atque aliud excuſat, ſuarumq́ue legionum conuocationem cauſatur. Andronicus eam moram tum ob irrecuperabilis occaſionis neglectũ, tum verò propter fruſtra inſumpta in claſſem ſtipendia ægrè ferebat, quæ Imperator ad tres menſes duntaxat numerarat, ab Auguſto auſpicatus, cum September tum exiret. Cùm autem Rex terreſtre iter tum vt commodius & tutius nauigationi prætuliſſet, tum quòd obiter Tunium & Tenebium pagos, aditu faciles & in planicie ſitos, quorum habitatores Chriſtiani plerique nominis, Aegypti Ameræ parerent, occupare liceret: Andronicus Regis conſilium ſequitur. Interiecto itinere citra moleſtiam confecto, & caſtellis, quæ diximus, quòd iuſto præſidio non munita erant, in deditionem acceptis pergunt. & cum claſſe, quæ iam ad Tamiathum appulerat, congreſsi, Sarracenos vrbe effuſos, intrepida acie ſic exceperunt, vt cum clamore & tumultu, vix aſpectu Romanorum tolerato, intra portas refugerent. Id ea die factum, qua & triremes Nilum ſunt ingreſſæ, & Rex pedes eodem venit. Poſtridie Sarraceni denuò conuenerunt, cum Romanis in campo ſinuoſo, & leniter ad murum inflexo dimicaturi. Sed ne tum quidem eis reſtiterunt. Nam ita pugnabant, vt paulum à portis progreſsi, nuſquam à munitionibus diſcederent. Romanis autem irruentibus, ſalutem fuga quærere conteoti, in portas irruunt, ſuam phalangem hoſtibus opponere non auſi. Id per dies complures factum, quòd eò pertinebat, vt res oſtendit, vt Romani vana ſpe inflati, tempus tererent. Aliquanto pòſt Andronicus muros ferire arietibus non ſine labore & periculo cepit. Nam barbari eos qui machinas admouebant, ſupernè iaciendo, & telis grandinis in modum ingerendis, ab opere depellebant, aliaq́ue comminiſcebantur ad mœnium defenſionem. Nihilominus partem muri deiecit, in quo celebris ædes Dei genitricis extructa erat. Nam ibi narrabant ciues, Virginem matrem cum ſponſo Ioſepho fugam ſtitiſſe, cum ſanguinarij Herodis metu in Aegyptum fugerent. Proinde Sarraceni Romanos irridebant, & Andronicum inſectabantur, quòd ædi non peperciſſet, in qua Chriſtiani Deo preces offerrent, & vota exoluerent, & ſua myſteria peragerent. Sed cum ne ſic quidem quicquam ex ſententia ſuccederet, maiore impetu hoſtes inuadendos ratus, Regem adijt, vehementer inſtans, vt & ipſi ſuis productis copijs, vrbem corona cingerent: & ſi res facultatem haberet, ſcalis admotis conſcenderent. Is verò etſi inſtitutum & prudentiam Andronici collaudabat, tamen ſalutare Chriſti ſepulchrum reſtatus, ſe eam rem prius aggreſſurum eſſe negauit, quàm ligneæ turres fabricarentur, quas mœnibus admoueret, iuſsitq́ue palmas ſuburbani agri in eum vſum ſuccidi. Quod cum factum eſſet, turres nihilo magis extruebantur ob Regis procraſtinationem & tergiuerſationem. Ea re triſtis Andronicus, exercitum miſerabatur, iam commeatu deſtitutum, & fame periclitantem. Nam alij ne obulum quidem ad emẽda cibaria habebant: alij indignabantur, quod peculiare forum non habentes, à frumentatoribus Regijs magna pecunia parum impetrarent, & militiæ tempus iam pridem elapſum, querelas & moleſtias militum augebat: in primis tamen inanis & irritæ obſidionis vltra dies L. prorogatæ pigebat. Cùm autem nihil per Imperatoris literas agere liceret niſi quod Regi placuiſſet: illius ſententiam expectauit. Sed cùm re ipſa comperiſſet, eum nihil æqui animo agitare, neque quicquam opis afferre, exercitum verò in multis ærumnis & periculis verſari videret, quippe fame vrgente, vt nonnulli cibis inuſitatis vterentur, omnes verò radicibus & palmarum comis elixis veſcerentur: accedebat fama parum ſecũda, à Sultano Aegypti

Manuelis Aegyptiaca expeditio.

Amerigus.

Tamiathus.

Amerigi tergiuerſatio in expeditione Aegyptiaca.

Tamiathi obſidio.

Aedes D. Mariæ.

Contoſtephanus Amerigi fraude Tamiathi expugnatione fruſtratur.

& orientalibus Arabibus iamiam auxilia ſubmiſ-
ſum iri, & magna pecunia conductos equites Aſ-
ſyrios in propinquo eſſe: mortuo non in aurē in-
ſuſurrandum ratus, contempto Latinorum faſtu,
vel ſolus belli fortunam experiri decreuit, conuo
Contoſtepha-nus con.10. catoque exercitu ad hunc modum diſſeruit: Et
hic diu commorati moleſtum eſt: & nulla clade
ijs illata, quos oppugnatum iuimus, ac vacuis re-
uerti manibus, turpiſsimum. Vtroq; verò peius
eſt, ſummæque dementiæ, parere viro à Roma-
norum commodis prorſus abhorrenti: & nihilo
melius erga nos affecto, quàm ipſi hoſtes. Non
videtis, vt Rex vallum longè à noſtro commu-
nierit, neque inde prodeat, ſocius & confœde-
ratus noſter, non ſecus ac ſi ad feſtum & ſpecta-
culum inuitatus eſſet, non autem belli ſociera-
tem nobiſcum coijſſet? Nónne idem & hoſtes
noſtri faciunt, cum dilata pugna intra mœnia ſe
continent? Itaque vereri mihi ſubit, ne non mo-
dò rebus infectis diſcedamus, ſed ne vitam qni-
dem noſtram tueti poſsimus. Neque mihi curæ
eſt, an Rex opem nobis ferat: ſed illud, quo pacto
dolos eius effugiamus, qui ſuas inſidias iam ne
diſsimulare quidem ſtudet: ac imminenre peri-
culo euitato, incolumes hinc diſcedamus. For-
taſſe nunc Aegyptij noua medicamenta inuene-
runt, veteribus illis efficaciora, quibus non mo-
dò animi triſtitia pellatur, vt illo Helenæ à Tho-
ni vxore dato, ſed fortes etiam viri effœminen-
tur. Huiuſmodi poculo Amerigus ad ebrieta-
tem hauſto, in diuturnum veternum incidiſſe vi-
detur, ignauoque ocio abiectis & neglectis ar-
mis torpeſcere: aut potius pecunia infectus mu-
taſſe animum, & auro obturatis auribus obſur-
duiſſe. Nunc inane fœdus eſt quod cum Impe-
ratore icit, quem verbis duntaxat colit, animo
ab eo abhorrens. Nos verò tantis malis circum-
uenti, & fame & bello abſumemur. Romani
fruſtrà virtute noſtra gloriantur, res à nobis præ-
clarè geſtæ interciderunt. Præſtitiſſet nos nun-
quam per tanta maria portus hos intraſſe, quàm
infectis rebus diſcedere hinc. Nunc albis ve-
lis, qualia Byzantio tulimus, redire non licebit:
ſed fuſcis naues operiemus, ob ignominiæ la-
bem. Verùm nos commilitones, ſiue popula-
res, ſiue peregrini, ſeiuncti à Palęſtinis equiri-
bus, hominibus ſuperbis, elatis & perfidis, Bar-
baros inuadamus, mœnia oppugnemus certa-
tim oppidum hoc capiamus: Itaque conrenda-
mus, quaſi hoſtinm diuitijs iamiam potituri. Si
mœnibus muniti ſunt Barbari, & ex ſuperiore
loco tela conijciunt: ſunt nobis ingentes clypei,
quos inſtar turrium opponamus: nō telis modò
& gladijs imperuij, ſed tormentorum etiam icti-
bus inuiolabiles. Quòd ſi officio fungi vultis,
me ſequimini, paratum vnà vobiſcum perpeti,
quicquid ſors dederit. Neque enim commit-
tam, vt quiſquam dicat, Andronicum ſolertem
eſſe ad verba facienda, & acuendos militum a-
nimos, ſed ducem ignauum, & vlciſcendi ho-
ſtis rudem. Imò & in prima acie ſtabo, vt dece-
bit: & extremum agmen claudam, vbi oportue-
rit. Deus conſilia noſtra fortunet, & calamita-
tes in hoſtium capita vertat. Hæc locutus & ip-
ſe & cæteri, dimiſſa concione, arma cæperunt, &
ſub tertiam diei horam legiones inſtructas edu-
cit, primus ante omnem exercitum incedens. At
Sarraceni portas ſeris & vectibus munierunt, &
machinis quibuſdam ad eas muniendas ſuſpen-
ſis, de mœnibus noſtros omni telorum genere
petebant, vt intra teli iactum nemini accedere
liceret. Sed Andronicus nihilominus eqno con
citato haſtam in portam dirigit, ſagittarijs & cæ-
teris omnibus ſtrenuò ſequentibus, & claſsicis
continenter canentibus, & tympanis reſonan-
tibus, vt defenſores vrbis ſubito Romanorum
impetu & tormentorum ictibus percelleren-
tur. Sed cum iam multis murorū partibus ſcha-
læ admouerentur: Rex eo nuncio perturbatus,
quaſi ipſe magno malo effectus, aut fulmine
ictus eſſet, diu tacitus ſterit, ac vix tandem pul-
ſa illa caligine, conſcenſo equo, cum delectis
cohortibus ad Romanum exercitum properat:
monetque ne cum ijs pugnent, qui iam pridem
ſibi nunciarint, ſe Romanorum Imperatori de- *Romani Ta-*
ditionem facturos. Ea oratio militum manus *miatho domū*
torpedinis inſtar allegauit, & ab vrbe iamiam ca- *redeunt.*
pienda reuocauit. Pactione verò à Rege facta,
hoſtibus magis vtili, quàm Romanis honeſta,
milites nulla ratione habita qualis ea pax eſſet,
ſed mentione eius duntaxat audita, reditus cu-
pidi, nauticam petulantiam igni eſſe atrociorem
re ipſa monſtrauerūt, ac tumultu tota caſtra com
pleuerūt. Nam & arietes iniuſſu ducis incende-
runt, & armis pleriſque depoſitis, in remos incu-
buerunt, furore quodam in naues irruentes: ni-
hil hyberno tempore territi, ad nauigationem
minimè apto. Quartus enim Decembris dies
tum agebatur. Tum videre licebat, ingentem il-
lam claſſem ex vna ſtatione in varias diffundi
partes, alijs aliam viam ſequentibus, dum ſuam
quique patriam petunt, vt vix VI. naues ſuper-
eſſent, quæ Andronicum domum reueherent.
Is verò Hieroſolyma cum Rege profectus, atque
cum iuſto comitatu Iconium præteruectus, By-
zantium redijt. Ex multis autem illis nauibus,
alias aduerſi venti vnà cum vectoribus demerſe-
runt: aliæ fluctibus diſiectæ, verno tempore de-
mum in naualia vrbana ſunt reductæ: neque pau
cæ, vbi vectores ad terram peruexerāt, fluctuum
arbitrio ſunt permiſſæ. Ita perexiguè vel maris
æſtum, vel nautarū negligentiam euitarunt. Cæ-
terùm Sarraceni Romanorum impreſsiones me-
tuentes, eorumque nauigationes in poſterum
præcauere cupientes: legatis & amplis munert-
bus ad Imperatorem miſsis, pacem firmarunt.
Quum autē Imperatrix partui propinqua eſſet,
deprompta & adornata eſt purpura ad puerum
ſuſcipiendum. Doloribus verò vrgentibus, ea in
purpura collocata, adeſt & Imperator, ſuaque
præſentia coniugem ſolatur & ſubleuat: magis
tamen in ſtellas, & punctum edendi fœtus ani-
mo intentus. Nato filio, quem Aſtronomia do- *Alexius Ma-*
cebat diuitem fore, atque vnigenitum, & pater- *nuelis filius*
ni Imperij ſucceſſorem, Deo gratiæ agebantur, *Imperator*
omneſque ſubditi plaudebant & lætabantur. Ip- *deſignatur.*
ſe verò Imperator, vt diem natalem celebriorem
redderet, ciues honoratiores (vti moris erat) ra-
mos geſtantes, conuiuijs excepit, & puerum
Alexium nominauit. Idque non temerè, nec
tàm vt eum proaui ſui nomine honoraret, quàm
propter oraculum, quo ei per ambages reſpon-
ſum

ſum fuerat, ſeriem Comneniæ familiæ duraturã tantum, quod literas nomen AIMA, hoc eſt ſanguis cõplecteretur. Ac per A Alexius, per I Ioannes, per M & A, Manuel, & filius eius alter Alexius, haud obſcurè ſignificabantur.

Oraculum ἄιμα.

Quum puer ætate procederet, & inſtar fœcundæ plantæ creſceret, aliud conſilium capit Imperator: & iuſiurandum de Imperij ſucceſsione à Maria filia, & eius marito Alexio Pannonio in filium transferre inſtituit. Proinde cum filio & ciuibus in ampliſsimo templo genetricis Dei conuenit, & per iuſiurandum Imperij ſucceſsione in filium, vt putabat translata, paulò pòſt filiam ab Alexio ſeiungit: eiq; vxoris ſuæ ſororem, recens cum Balduino fratre Antiochia profectam, deſpondet, vt autem ſub id tempus Hungariæ rex obijt, Manuel eius mortem peropportunam ratus, Alexium ſtatim cum ſplendido comitatu, & maximo apparatu regio, ad Pannoniæ dominatum accipiendum ablegat.

Alexius Manuelis gener, Pannoniæ regnum occupat.

Eo ſine labore diademate ornato, & totius Hungariæ rege citra controuerſiam declarato: Imperator ſtudioſe maritum alterum filię quęrit, ac nobilibus Romanis præteritis, indagat, qui exterarum nationum principes aut cœlibes eſſent, aut filios haberent paternis regnis ſucceſſuros.

MarchioMõtuſferrati Mariam Manuelis filiam ducit.

Quum autem Gilielmus Siciliæ rex in eo genere principatum tenere videretur, & ab illis nuptijs non abhorreret, crebræ legationes vltrò citroq; miſſæ, de matrimonij conditionibus fruſtra agitabant. Nam Imperator à principio ambiguus, & animo diuerſis conſilijs diſtracto, ſubinde fluctuans, ſententiam tandem mutat. affinitatem Siciliæ regis nõ è Repub. fore exiſtimans. Ita filia eius, quamuis à multis procis expetita, diu cœlebs & mœſta in palatio deſedit. Sed poſt longam patris circumſpectionem, tandem vni ex filijs Montisferrati Marchionis, adoleſcenti formoſiſsimo ſuauiſsimoq;, imberbi adhuc, nubit: quamuis ipſa trigeſimum annum exceſsiſſet, virili prædita robore.

Gilielmus Siciliæ.

Hoc loco illud etiam eſt inſerendum, Occidentalis maris ſinus, qui Adria dicitur, à Siculo pelago remotus, & Ionij maris abſceſſus quidam ſeparatus, Aquilone ſpirante, latè exæſtuat. Eius ſinus intima Heneti, qui & Veneti appellantur, incolunt, homines maris alumni, vagi Phœnicum inſtar, callidis præditi ingenijs. Hi aliquando à Romanis, ob belli naualis neceſſitatem ſuſcepti, maximo numero Conſtantinopoli conſederunt, & in omnibus Romanis prouincijs diſperſi, ſolo retento nomine veteri, affinitatibus, amicitijs, cæterisq; rebus coniunctiſsimi Romanis, admodum creuerunt, & magnas opes nacti, contumaces, & impudentes euaſerunt, nec Romanos tantum odiſſe, ſed etiam edicta & minas Imperatoris negligere cæperunt. Vnde factum eſt, vt is mutata beneuolentia, nunc Corcyrææ inſolentiæ recordatus, nunc alia atque alia iniuria irritatus, vehementer illis iraſceretur, eorumq; graſſationes intollerabiles ratus, literis in omnes prouincias miſsis, Venetos omnes certa die comprehendi, eorumq; bona publicari iuberet. Quod cum ad cõſtitutum tempus factum eſſet, eorumq; bona partim in fiſcum relata, partim à præſidibus prouinciarum occupata eſſent: Veneti qui in vrbe habitabant, cœlibes in primis, fugam adornant, nauiq; tribus ornata velis, noctu conſcenſa, qua nulla vnquam maior ædificatum iri creditur, abierunt. quos cum Imperatorię naues armatis plenæ, ancipites ſecures geſtare ſolitis, perſequerentur, adeptæ quidem illos ſunt: ſed ob nauis altitudinem & velocitatem ſecũdo vento, volantis magis quàm currentis, & vectorum audaciam, re infecta domum redire ſunt coactæ.

Manuelis cũ Venetis controuerſiæ.

Veneti proſpero curſu Venetias peruecti, anno ſequẽte claſſe inſtructa, inſulas inuaſerunt: ac Eubœam ingreſsi, Euripum obſederunt, & parte quadam eius occupata, ignem ædificijs iniecerunt. Vere inſtante, inde Chium appulerũt. Quare audita, Manuel magnum Ducem Contoſtephanum Andronicum, cum nauibus circiter centum & quinquaginta ablegat, quòd nec Veneta claſsis minor erat ſummaq; diligentia, & omni apparatu, vt ad magnum bellum, & contra hoſtes Romanos inſtructa erat, multis etiam auxiliaribus Sclauinorum nauibus aſcitis. Cæterùm ad primam famam expeditionis Romanorum turbati, in naues ſe contulerunt, & in alias inſulas ſubinde fugiendo tranſierunt, vt & ipſis mutationes laborioſæ eſſent, & Romani ægrè ferrent, negotium minus fœliciter ſuccedere, nec ſibi pugnandi poteſtatem ab hoſte fieri. Andronicus verò Maleam vſq; prouectus, quum ſe ea ſequi cerneret, quæ aſſequi non poſſet, conuerſo curſu in portum Byzantium redijt. Enimuero Veneti, quum ſuos bello parum proficere viderent, cum rege Siciliæ pacem fecerunt: vt, ſi arma eis inſerentur, illius auxilijs contra Romanos defenderentur. Ea fama impulſus Imperator, non ignarus, ſæpe ex leui cauſa magnas mutationes & ingentes calamitates eſſe ortas, antiquum fœdus cum Venetis renouauit, & quanquã eos à pace Sicilienſi auellere non poterat, tamen petentibus veniam dedit eaq; reſtituit omnia, quæ de more, vt Romani ciues, obtinuerant, & quicquid de eorum opibus in fiſcum relatum erat, reddere non recuſauit. Sed ipſi aliam commodiorem & vtiliorem rationem ſecuti, vt ſtrenui & ſolertes mercatores, omiſſa pecuniæ ſuæ repetitione pepigerunt, vt ſibi quindecim auri centenarij pro confiſcatis bonis darentur; quæ ſumma non ſimul, ſed pluribus penſionibus eis perſoluta eſt.

LIBER SEXTVS IMPERII *Manuelis Comneni.*

HOc negotio confecto, Manuel contra Sultanum educit copias, hominem inquieti ingenij Romanarum prouinciarum perpetuas incurſiones, ſuis Turcarumque opibus augendis vtiliſsimas iudicantem.

Manuelis & Sultani conflictus.

Quare nihil ocij concedendum ei, ſed ſubinde armis viciſsim laceſſendum eſſe putauit. Proinde nulla fœdera, nullæ induciæ, legationes nullæ, expeditiones eorum morabantur, cum vterque audax, & belli cupidus, leuiſsima de cauſa ad arma alteri inferenda moueretur, Nihil igitur eis erat antiquius, quàm perpetuò in armis eſſe, legiones contrahere, inter ſeſe decertare. Hoc tantum inter eos intererat, quòd Sultanus magno conſilio & prouidentia omnia adminiſtrabat, nec temerè in acie verſabatur, ſed per

duces ſuos rem bellicam adminiſtrabat. At Imperator generoſo præditus animo, acer in pugnis & manu ſtrenuus, quoties hoſtes ingruere, & prouincias male tractare audiebat, primus equo conſcenſo in militiam egrediebatur. Dorylæum autem inſtauraturus, Sultanum ad bellum concitauit, qui quaſi ignoraret quid ibi ageret, per legatos cauſam illius profectionis ſciſcitatur, oratque vt inde diſcedat. Imperator, cui Sultani diſsimulatio ex ijs literis ſubolebat, viciſſim ſe non parum mirari ſimulabat, illum tantũ ſuum iter, eiusque itineris cauſam ignorare.

Dorylæi inſtauratio.

Vrbis autem inſtaurationem aggreſſus, ipſe primus ſaxa humeris portare cœpit, eaq; re aliorum alacritatem ita excitauit, vt murus celerrimè in altum eductus, vallo extrinſecus muniretur, & intra mœnia putei complures, vt affatim aqua ſuppeteret, effoderentur. Ac Perſæ non ferendum efferati, ſi Dorylæi campis pellerentur, in quibus greges & armenta eorum paſcebantur, & in vrbe præſidium collocaretur, laxis habenis contra Romanos ferebantur, obſeruatoque eorum ad petenda neceſſaria egreſſu, obuios quoſq; occidebant. Id incommodum Imperator facilè auertit. Nam certo tempore ad quærendum commeatũ præfinito, datoque tuba ſigno, primus vallo relicto, dux erat eorum qui neceſſaria conquirebãt, ac minimè ab eis recedens, aliquando veſperi, & crepuſculo demum in caſtra reuertebatur. Quam rem Perſæ moleſtè ferentes, & in bellum intenti, fructus & caſas incendebant, ne hoſtibus cibaria ſuppeterent. Accidit autem aliquando, vt Imperatori cibum capturo, & malum Perſicum cultello purganti, nunciaretur, Perſas in frumentatores feciſſe impetum. Quare pomo abiecto, & armis properè ſumptis, equo conſcenſo egreditur.

Perſæ fugiendo pugnãt.

Eo viſo Barbari qui phalangis inſtar, conſtiterant paulò pòſt acie diſſoluta, fugaque ſimulata, ſubitò conuerſi, eos qui perſequebantur cædebant. Solent enim ſubinde calcaribus equos pungere, qui cum impetu feruntur, ſagittas à tergo emittunt, mutataq; ſubitò pugnæ facie, qui fugiebat fugat, & inſequentem interimit. Dorylęo inſtaurato, & quæ ad eius defenſionem pertinerẽt, rebus omnibus inſtructo, diſceſsit, & Subleo quoque inſtaurato & munito, cæteriſque rebus quàm optimatè ordinatis, in vrbem Imperatricem redijt. Nec multo pòſt renouatis ſimultatibus, vterque cum altero expoſtulans, Imperator Sultano immemorem & ingratum pro tantis beneficijs & auxilijs animum, quibus regnum in populares ei confirmaſſet: Sultanus Imperatori violata pacta, & in diſſoluenda amicitia leuitatẽ, & pacis conditionibus temerè abrogandis, & inanes magnorum munerum pollicitationes, quæ rubricatis quidem literis inſcriberentur, ſed exigua præberentur, obijciebat.

Manuelis expeditio contra Perſas.

His de cauſis Imperator & veteres copias colligebat, & nouas conſcribebat, & auxilia peregrina, haud parua, acceſſebat, à Latinis potiſsimum & Scythis ad Iſtrum incolentibus, coactoque ingenti exercitu, ita ſe parabat, quaſi Perſicam gentem euerſurus eſſet, & Iconium cum ipſis mœnibus abrepturus, & Sultani caput pedibus conculcaturus. Rebus ad expeditionem neceſſarijs præparatis, magnum templum diuinæ & ineffabilis Sapientiæ ingreſſus, numinis opem implorat, & victoriam orat ille quidem, ſed non impetrat, vt belli euentus docuit, Perſis, iudicio Dei nobis inexplicabili, conceſſam. Vrbe digreſſus, per Phrygiam & Laodiceam, Chonas, olim Palaſſas, vrbem magnam & beatam, patriam meam, peruenit, & ædem Archangeli, magnitudine, pulchritudine & mirabili artificio inſignem, ingreſſus, Lampin diſcedit, & Cælænas ingreditur, vbi Mæandri fontes ſunt, in quem Marſyas fluuius, inquit, quo loco Marſyam Apollo excoriaſſe fertur, furore quodam de canẽdi peritia ſecum certare auſum.

Myreocephalum.

Inde Choma & Myriocephalum tranſit, caſtellum vetus & deſertum, id eſt, cui vel nomen ex re eſt inditum, vel res nomen ſubſecuta eſt. Nam ibi ſæpè multa millia Romanorum capitum perierunt, vt dicturus ſum. Semper autem cautè, inſtructaque acie procedebat, & vallum communiebat, neque vſquam fortunæ temeritati ſe committebat. Tamen vt tardius incederet, iumenta efficiebant, à quibus machinæ trahebantur, & quæ eas curabat, imbellium hominum multitudo. Cæterùm, Perſæ ſubinde ſe oſtendentes, leuibus prælijs Romanos laceſſebant, & gramen, quà eundum eis erat, demetebant, vt pabulum iumentis deeſſet, & aquas inficiebant. Vnde Romani morbo cæliaco magnopere affligebantur, & abſumebantur.

Manuel ſpreta Sultani legatione, dat ſuperbiæ ſuæ pœnas.

Poſt hæc bello Sultanus intendit animum, & magnis auxilijs ex Meſopotamia & ab alijs popularibus ſuis comparatis, per legatos ab Imperatore pacem petijt, ijs conditionibus quas ipſe præſcriberet. Quare omnes in bellis, præſertim Perſicis, exercitati, & ætate prouectiores, Manueli authores erant, Perſicæ legationis cupidè admittendæ, neque ſpem omnem incertæ Martis aleæ committendi, bellum eſſe ingens, loca ab hoſtibus occupata, non facilè tranſiri poſſe, Turcas validiſsimis æquitum turmis florere, adhæc luem in exercitu graſſantem conſiderandam eſſe. Verùm ille, neglectis prorſus ſeniorum conſilijs, cognatis verò ſuis cupidè auditis, ijſque potiſsimum, qui claſsicum nunquam audierant, forma & auro gemmiſque conſpicui, legatos voti impotes dimiſit. Cæterùm Sultanus cum denuò pacem petijſſet, & Imperator gloriatus eſſet, ſe illi Iconij reſponſurũ, in anguſtijs, quæ Cliſura Zybricæ appellantur, per quas Romanis Myriocephalo digreſsis tranſeundũ erat, ſuas phalanges abdit, vt impetum in eos prætereuntes facerent. Eſt autem is locus oblonga conuallis verticibus montium aſſurgens, quæ ad Septentrionem paulo decliuior in colles, in patentiores valles protenditur, ab altera verò parte altis rupium præcipitijs includitur. Per talem viam tranſiturus Manuel, nihil prouidit quod exercitui expediret.

Manuelis temerarium iter.

Neque enim impedimentorum multitudinem aut currus, qui machinas vehebãt, remouit, neq; expedita cohorte Perſas ex montanis illis anguſtijs depulit, vt exercitui viam aperiret. Sed vt in patentibus campis, ita etiã in faucibus illis iter fecit quãuis ante audiſſet, id quod paulò pòſt vidit, Barbaros iugis præoccupatis omnes pharetras exhauſturos, omne telorum genus coniecturos, & nihil intentatum relicturos, quò Romanos vlteriore progreſſu prohiberent. Imperator (Septembri menſe id factum)

ſic

ſic proceſsit. Angeli Conſtantini duo filij, Ioannes & Andronicus cum ſuis ordinibus antecedebant. Eos Macroducas Conſtantinus, & Lapardas Andronicus ſequebantur. In dextro cornu Balduinus Imperatoris ſororius, in ſiniſtro Maurozomes Theodotus curabat. Hos ſecuta ſunt impedimenta, lixæ, calones, currus qui machinas vehebant. Inde Imperator ipſe cum delecta manu. Extremum agmen clauſit Andronicus Contoſtephanus. Impeditum illud iter, cohortes filiorum Angeli, Macroduce & Lapardæ incolumes tranſierunt, quòd pedeſtres copiæ Barbaros è collibus, vnde pugnabant, in montes repulerant. Forſitan & reliquæ legiones ſaluæ tranſiſſent, ſi Romani teſtudinem egiſſent, & antegreſſas cohortes ſtrenuè conſecutæ eſſent, & per ſagittarios Perſarum impetum repreſsiſſent. Sed quia eas commoditates neglexerunt, Perſarum denſum agmen, ab editis locis in humilia, & è tumulis in planiciem magna vi incubuit, & confidentius in noſtros inuectum, perrupit aciem: & Balduini cornu in fugam verſo, multos vulnerauit, multos occidit. Ibi Balduinus ſuos laborare & vndiq; premi videns, & imbecilliores eſſe, quàm vt Perſarum phalangem perrumperent, cum aliquot equitibus in medios hoſtes inuehitur, ſed ab ijs circumuentus, & ipſe occiditur, & eius milites omnes fortiſsimè dimicantes cadunt. Eo ſucceſſu elati Barbari, & conglobati, omnes vias Romanis præcluſerunt, qui vt in anguſtijs inter ſe impliciti, & alij alios impedientes, aduerſarijs adeò nocere non poterãt, vt & defenſoribus ſuis obſiſterent, & vrgentibus hoſtibus facilius interirent, nec ab extremo agmine, aut ipſo Imperatore iuuari aut recedere, aut ad alterutrum latus declinare poſſent. Nam currus, qui in medio trahebantur, nec antecedentes legiones recipere ſeſe, aut aciem commodius inſtruere patiebantur, & Imperatoris progreſſum, tanquam vallo obiecto, impediebant. Iumenta pariter & homines telis Perſicis ſternebantur, valles plenæ erant cadaueribus, ſaltus interfectis ſcatebant, manabãt riui ſanguinis, cruore pecudum & hominum permiſto, tanta atrocitate, quæ nullis exprimi literis poſsit. Cũ igitur neq; progredi neq; regredi liceret (nam Perſæ à tergo etiam imminebant) in anguſtijs illis Romani ouium inſtar cædebantur. Quòd ſi quid generoſi animi, ſi quis audaciæ fomes in hoſtem ſupererat, ea quoq; deperdita & penitus extincta ſunt. Nam præter cætera mala, hoſtes caput Andronici Batazæ, haſtæ præfixum oſtentarunt, qui Manuelis ex ſorore nepos, cum exercitu ex Paphlagonia & Heraclea Pontica collecto, contra Turcas Amaſenos miſsis fuerat. Itaque Manuel Imperator huiuſmodi rumoribus & ſpectaculis perturbatus, tum quòd nepotis caput videbat, tum quòd periculi quo circumuentus erat magnitudinem cernebat, animo æger, & dolorem ſilentio tegens, & mutis, quod aiunt, lachrymis luctum diſsimulans, euentum expectabat, & inops conſilij, quò ſe verteret, neſciebat. Tamen Romanæ legiones quæ anteceſſerant, periculoſis illis itineribus ſuperatis, in colle quodam aliquid ad ſecuritatem conferente, vallum munierunt. Ad Perſæ omni contentione copias, quæ cum Imperatore erant, debellare nitebantur, quòd maxima & potiſsima parte profligata, illas quoq; ſe facile ſuperaturos putabant, quemadmodum in ſerpentibus videmus, capite contrito, vnà etiam reliquum corporis tractum emori: & arce expugnata, vrbem hoſtibus reſiſtere non poſſe. Imperator verò & ſi ſæpè Barbaros ex anguſtijs illis depellere eſt conatus, & ſuis viam cõplanare: tamen cum eum conatum non ſuccedere, ſeque æquè periturum, creſcentibus ſubinde Perſarum viribus, vt qui è loco ſuperiore pugnarent, ſi maneret, ac ſi progrederetur, cum paucis, quos ſecum habebat, rectè in hoſtes fertur, cæteroſque monet, vt quiſque ſalutem quærat, vt poſsit, ſe enim nihil boni ſperare poſſe ex ijs quæ videat, atque ita poſt multa vulnera & vibices, enſibus & ferreis clauis facta, ex Barbarica illa phalange, tanquam decipula, eſt elapſus. Sic quidem toto corpore conuulneratus, vt ſcuto eius circiter triginta ſagittæ inhærerent, & ipſe caſsidem decuſſam attollere non poſſet. Tamen vel ſic, Deo defendẽte, qui in die belli caput eius, quemadmodum olim Dauidis, vt ipſe in Pſalmis fatetur, cuſtodiebat, mirabiliter barbarorum manus effugit. Cæteræ verò legiones ſubinde peius tractabantur. Nam & ferratis haſtis vndique pungebantur, & iaculis petebantur, & inuicem ipſi ſeſe proſtrati conculcabant. Quòd ſi qui has quoque fauces, Barbaris qui eas inſederãt pulſis, ſuperarant, in altera valle ab hoſtibus interibant. Is enim tranſitus in ſeptem profundas valles inter ſeſe vicinas findebatur, & initiò paulo latior, rurſus in anguſtias complicabatur. Eæ verò omnes accuratè à Turcis cuſtodiebantur, atq; adeò cætera quoque loca Turcarum plena erant. Ad hæc, procellis arenarum vento in eos impulſis, ambo exercitus impetu congreſsi, veluti noctu, & in denſiſsimis tenebris pugnabãt, nec vllo diſcrimine amici aut inimici, obuij quique trucidabantur, eodemq; loco Turci & Romani, iumenta & homines iacebant, vt vallis illa nihil eſſet aliud, niſi ampliſsimum quoddam & commune Romanorum, Barbarorum, iumentorum, pecudumque ſepulchrum, plures tamen Romani ceciderunt, præſertim illuſtriſsimi quique Imperatoris cognati. Vt autem turbo ille, diſcuſſa caligine, quieuit, conſpecti quidam ſunt (heu miſerũ ſpectaculum) vſq; ad lumbos & colla cadaueribus circumſepti, qui ſupplices tendebant manus & geſtu miſerabili ac lugubri voce prætereuntium opem implorabant, ſed nemo erat qui auxiliari poſſet. Nam quiq; ſuam cladem illorum exemplis metientes, in vitæ periculo haud ſpõte immiſericordes erant, & fuga ſalutem quærere ſatagebant. Imperator verò ſub pyri ſylueſtris vmbra vires exhauſtas recipiebat, ſine armigero, ſine ſatellite, ſine cuſtode vllo. Sed quidam gregarius eques eius miſertus, vltrò accedit, eique pro virili miniſtrare ſtudet, & galeam huc atque illuc cadentem capiti reponit. Interea Perſa quidam accurrit, & freno prehenſo, eum abſtrahere ſtudet, quod nemo erat qui obſiſteret. Sed eum Manuel, impacto in caput haſtæ fragmine, quod adhuc reliquum habebat, humi proſtrauit. Paulò pòſt etiã alij Perſæ accurrũt, qui eum viuum capere conabantur, ſed & illos facilè propulſauit, arrepta haſta aſsiſtentis ſibi equitis, & vno ex hoſtibus

Balduinus fortiter cadit.

Manuelis insignis clades.

Andronici Batazæ cædes.

Manuelis capitalia pericula.

Tempeſtas tum prælio atrociſsimo coniuncta.

ſtibns transfixo: ipſe verò eques ſtricto enſe
alteri caput amputauit. Deinde alij decem Ro-
manis militibus acurrentibus, inde digredirur,
coniungere ſe cum legionibus, quæ anteceſſerât,
cupiens, ſed rurſus paulum progreſſus, & Turca-
rum occurſu, & cadauerum aceruis in vijs iacen-
rium impediebatur. Faucibus iſtis & præterflu-
enre amne ægrè ſuperatis, alicubi ſuper cadaue-
ra equirando, aliam Romanam manum cogit,
quæ ad conſpectum eius accurrit. Ibi Ioannnem

Ioannis Cantacuzeni cædes.

Cantacuzenum, neptis maritũ, vnum cum mul-
tis ſtrenuè dimicare, & dum fruſtra auxilia cir-
cumſpectat, ſterni ac ſpoliari videt. Perſæ verò
qui illum occiderant, vt Imperatorem præterire
viderunt (neque enim latere poterat) in cohorté
conglobati, Imperatorem vt optimam prædam
petebant, quem ſe mox aur capturos, aut inter-
fecturos opinabantur. Erant ij viri eximij, & ar-
mis inſignes, & omnes equis Arabicis inſidebât,
qui præter alia ornamenta ſplendidiſsima, proli-
xas tricas ex equinis pilis contextas, & ſonoras
nolas de collis dependentes habebant. Verùm
Imperaror, animis ſuotum excitatis, hoſtium im-
petum facile propulſat, ac ſubinde paulatim pro-
grediendo, & nunc more belli, nunc citra ſangui
nem Perſas prætereundo, quorum alij atque alij
ad eum capiendum properabant, exoptatus &
expectatus ad legiones, quæ anteceſſetant, per-
uenit, non tam ſuam vicem dolentes, quàm illius
periculo ſolicitas. Sed antequam eas adipiſcere-
rur, aqnam è præterfluente fluuio hauſtam affer-
ri ſibi iuſsit, qua ſummis labris guſtata, & effuſa,
quòd ex inſuaui ſapore tabo infectam cognouiſ-
» ſet, cum ſuſpirio, infœliciter, inquit, Chriſtiano-
rum ſanguinem libaui. Ibi quidem audax & im-
portunus homo, & illo acerbiſsimo tempore a-
» cerbior. Non nunc, inquit, Imperator, non nunc
» primùm, ſed olim & ſæpe, & ad ebrietatem vſque
» Chriſtianorum ſanguinem hauſiſti, dum paupe-
» res ſubditos exactionibus vexas & deglubis. Eũ

Manuelis patientia in conuitijs.

conuiciatorem Manuel ita æquo animo tulit, ac
ſi ſurdus eſſer, & quum nidulos in quibus ſiguara
pecunia erat à Perſis diripi & effundi videret,
Romanos hortatus eſt, vt impetu in barbaros
facta, pecuniam illam ipſis potius debitam arri-
perent. Tum rurſus idem ille impudenter in Im-
peratorem inuectus: Vltrò, inqnit, iſta prius Ro-
» manis danda fuit, non nunc, vbi cum difficultate
» & ſanguine paranda eſt. Quòd ſi vir fortis eſt, vt
» gloriatur, & chlamys poſtulat, in raptores Perſas
» impetũ faciat, ijſque fortirer cæſis, rapinas recu-
» peret. Tacuit & ad ea verba hominis importuni
Manuel, ſine vllo murmure, non ſecus atq; olim
Dauid Semeis inremperies tulit. Tandem Con-
toſtephanus quoque Andronicus incolumis ad-
uenit, qui extremum agmen ducebat, & alij qui-
dam apud Manuelem gratioſi, vulnerum exper-

Romanorum trepidatio.

tes concurrerunt. Vbi nox prælium diremit, om-
nes ſederunt triſtes, capita mauibus ſuſtinentes,
& dum præſens diſcrimen reputant, ſe viuis non
annumerabant: eò potiſsimùm territi, quòd
barbari circum vallum curſitantes, populares
ſuos, qui vel religione mutata, vel alijs de cau-
ſis olim ad Romanos ſe contulerant, cum ma-
ximis clamoribus hortabantur, vt ea nocte ca-
ſtris excederent. Mane enim omnes qui in ijs
eſſent, perituros. Eam noctem ita exegerunt Ro-
mani, metu pallentes, vt tribules cum tribulibus,
amici cum amicis ſe coninngerent. At Impera-
tor, cum ignauiſsimum conſilium de clandeſtina
fuga, & tot millibus neci obijciendis, proceribus
aperuiſſet: auditores, & Contoſtephanus in pri-
mis obſtupuerunt, quaſi verba hominis parum
ſani loqueretur. Nec ij ſolum qui in conſilium
adhibiti fuerant, eam orationem grauiter tule-
runt, ſed quidam obſcurus miles, qui extra taber-
naculum ſteterar, audito eius propoſito, cum in-

Manuel à Gregario milite arguitur.

genti ſuſpirio, & alta voce: Quid, inquit, Roma-
norum Imperatori in mentem venit? & ad ipſum
conuerſus: Non tu, inquit, is es, qui in deſertam »
& anguſtam iſtam viam nos intruſiſti, & in in- »
teritum præcipitaſti? & concurrentibus iſtis ſco- »
pulis & montibus nos omnino oppreſſuris ve- »
luti mortario contudiſti? Quid nobis rei eſt cum »
iſta valle luctus, & faucibus inferni? Cur iſtos ini
quos & aſperos tramites penetramus? Quid nos
priuatim de barbaris queri poſſumus, qui violen
tis iſtis anfractibus atque anguſtijs inſeſsis, nos
irretiuerunt? Et tu nos tanquam oues mactatio-
ni deſtinatas prodis? His verbis animo emollito,

Sultanus vltrò Manueli pacem offert.

ac potius conſauciato, conſilium mutauit, & eam
ſequi viã inſtituit, quã tempus pateretur. Enim-
uero is qui olim Iſraeli ſemen reliquit, ne ſua ſors
penitus, Sodomæ & Gomorrhæ inſtar, abolere-
rur, qui caſtigat, & rurſus medetur, qui percutir,
& viuere facit: qui baculum peccatorum non per
petuò in ſortem iuſtorum graſſari ſinit: is tum
quoque ſancti ſui populi miſertus, quem non pe-
nitus repudiare volebat, Sultani animum ad in-
uſitatam clementiam flectit, vt qui dudum Ma-
nuelis virtutem verebatur, nunc eius calamitate
frangeretur. Aut, vt olim per Chuſim Achitophe-
lis conſilia euertit, & animum Abſolonis muta-
uit, vt ea ſequeretur, quæ perniciem ei allatura e-
rant, ita tum quoque Perſarum principem tranſ-
uerſum egit, vt procerum conſilijs impulſus, qui-
bus tempore pacis ab Imperatore pecunia afflue-
bat, per legatos vltrò prior diuinitus pacem Im-
peratori offerret, quam is, vrgente neceſsitate,
petiturus erat: & pactiones rurſus, vtan tè flagi-
taret. Perſæ verò, Sultani conſilio nondum pa-
tefacto, caſtra diluculo oppugnatum ibant, vno
impetu Romanos delendi ſpe concepta. Itaque
quum barbarico eiulatu obequitarent, & milites
intra vallum ſagittis conficerent, Ioannes, Con-
ſtantini Angeli filius, cum ſua cohorte, iuſſu Im-
peratoris, ad Turcorum impetum reprimendum
egreditur, qui, quum irrito conatu, nullo forti fa-
cinore edito, redijſſet, Macroducas Conſtantinus
Orientales copias educit. Sed is quoq; non mul-
to pòſt in caſtra ſe recepit. Interea Sultanus Ga-

Cabras Sultani legatus.

bram, honoratiſsimam inter ſuos ſatrapas, ad Im
peratorẽ mittit: cuius iuſſu Turci oppugnare val-
lum deſiſtunt, & Romani clàm ſubducere ſeſe
deſinnnt. Is Gabras Imperatori, barbarorum mo-
re, ſummiſſe adorato, dono adducit equum Ni-
ſæum, frenis argẽteis ornatum, ex ijs qui ad pom
pas aluntur: & longum ancipitem gladium, ac
ſermonem de pacificatione interijcit. animo eius
ob acceptam cladem, vt apparebat, triſti, prius
mollibus verbis quæ in aurem illi dicebat, deli-
nito, & doloris acerbitate velut incantamentis
quibuſ-

345

quibuſdam mitigata. Quum autem thoracem Imperatoris fulua veſte rectũ vidiſſet. Iſte color, inquit, Imperator. pugnæ tempore minimè commodus eſt, ſed planè inauſpicatus. Id dictum Imperator exiguo & coacto riſu excepit, eamq; veſtẽ, purpura & auro intertextã, illi dedit: acceptoque enſe & equo, pacẽ cõſcribit, ſuaq; manu ſubſignat. Inter cæteras conditiones, quas id tempus ſcrupuloſius exquirere non ſinebat, illa quoque erat, vt Dorylæum & Subleum caſtella euerterẽtur. Manuel quum pacem nihil inſidiarum habere, & ſincerè ſecum agere Barbarum videret: alia via domum redire inſtituit, vt aſpectum interfectorum declinaret. At viæ duces ob idipſum potiſsimum eodem eum reducebant, vt miſerabilia illa ſpectacula oculis intueretur, quæ quidem nullis lachrymis ſatis deplorari queant. Nam fauces exæquatæ erant, valles in tumulos aſſurgebant, ſaltus cadaueribus operiebantur. Proſtratis omnibus, cutis capitis detracta erat, nonnullis pudenda etiam præciſa. Id ob factum à Perſis dicebatur, vt circuncisis à Chriſtianis non diſtinctis, victoria anceps eſſet. Nam ex vtroque exercitu multi ceciderãt. Nemo igitur præterijt quin lamentaretur, & nominatim familiares atque amicos ſuos interfectos compellaret. Hoc loco illud in mentem mihi venit, res futuras difficulter ab hominibus poſſe præcaueri, neque facilè quenquam pericula euaſurum, niſi numine exorato diuinitus cuſtodiatur, malorumq; leuamen impetret. Nam Imperator quum Perſis inferre bellum ſtatuiſſet, in ſomnijs ſibi viſus eſt, conſcenſa Imperatoria naue, cum multis familiaribus Propontidis oram legere: ſubitò verò Europæ & Aſiæ montes concediſſe, fractaque naue, cæteris omnibus ſublatis, ſe vix manibus in littus enataſſe. Quo autem die periculoſas illas vias ingreſſurus erat, homo quidã duarum linguarum peritus, natione Romanus, cognomento Mauropulus, ei dixit, ſe viſum in ſomnis Cyri ædem ingredi, & dum genitricem Dei placaret, vocem ex ea editam audire, quæ diceret: Nunc in ſummo diſcrimine verſatur Imperator, & quis ei meo nomine opem feret? Cum quidem ex obſcurò dixiſſet, Abeat Georgius: illam reſpondiſſe, Tardus hic eſt, illo iterum dicente, Abeat Theodorus: eo quoque repudiato, denique mœſtam exclamaſſe, Neminem malum illi imminens præcauere poſſe. Atque hæc hactenus. Poſtquam autem ex anguſtijs euaſerunt, Perſæ Romanos iterum à tergo ſunt adorti. Perſam enim pœnituiſſe ferebant, quòd paratam prædam è manibus amiſiſſet, & ſuis conceſsiſſe, vt Romanis oſtenderent ea, quæ etiã ante pacem facere potuiſſent. Non tamen toto exercitu, vt tum, quũ anguſtias tranſirent Romani, aſſectabantur, ſed ex interuallis, & ſeiunctis cohortibus. Nam plerique, optimi quique præſertim, manubijs onuſti, domos ſuas repetebant. Nihilominus tamẽ illi qui tergis inhærebant, multos occidebant, vulneratos præſertim, atque imbelles, quamuis Imperator bellicoſos & ſtrenuos duces extremum agmen claudere iuſsiſſet. Vbi Chonas peruenerunt, cupidè quieuerunt, vt hoſtes non amplius viſuri. Imperator verò vnicuiq; malè habenti ſtaterem viaticum dedit, ad morbum pro tempore curandum. Chonis Philadelphiam deſcendit, atque ibi ad valetudinem à belli ærumnis recreandam, aliquos dies commoratus, præmiſsis in vrbem nuncijs, acceptam cladem Conſtantinopolitanis per literas ſignificauit, in quibus nũc idem ſibi quod Romano Diogeni accidiſſe querebatur, qui bello Sarracenis illato magnam copiarum partem amiſiſſet, & ipſe captus fuiſſet, nunc Sultanicum fœdus extollebat, & Sultanum pacem expetiſſe iactabat, aurea bulla conſignatam pactionem oſtentans, à Sultano ſubſcriptam, quaſi metu id feciſſet. Nihilominus tamen Subleum in tranſitu ex Sultani voluntate diruit, ſed Dorilæum nequaquam. Quare à Sultano per legatos pactionis eſt admonitus, mirari ſe dicente, quod Dorylæum nondum euerſum eſſet. Ille verò, ſe parum ea curare, quæ neceſsitate facta eſſent, reſpondens, Dorylæi euertendi mentionem minimè ferebat, illam opinor partem Delphici oraculi, quod Epicydidi eſt redditum, ſecutus,

Iura. Mors rapit hos etiam qui fœdera ſeruant:

Ea verò quæ ſequuntur neglexit:

Iuſiurandi ſed filia nominis expers.
Trunca pedum manuumq; celerrima ſed tamen inſtat,
Perſequiturq; virum, dum ſtirpem funditùs omnem
Hauſerit. At ſoboles ſeruantis fœdera floret
Poſt obitum magis, in ſeros rediuiua nepotes.

Cæterùm Perſa Atapacum ducem cum delecta ex omni exercitu 24. millium manu ablegat, vt ad mare vſque omnes vrbes & prouincias vaſtet, ac nemini parcat, ſibique aquam marinam, remum & arenam apportet. Is iuſſa exequens, Mæandrias vrbes ſubitis & improuiſis incurſionibus miſerabiliter populatur: Tralles & Phrygiæ Antiochiam deditione capit: Luma, Pentachira, & alias munitiones vi expugnatas ſpoliat, & ordine progreſſus, oram maritimam quoq; vaſtat. Quibus rebus auditis Imperator, cùm alijs plurimis artibus vſus eſt, tum ſine buccinis & tubis è tentorio prodijt. Nunc enim talibus rebus non eſſe opus, ſed arcubus & haſtis, vt inſolentes hoſtes Romanis prouincijs exigantur. Ac ipſe ſibi non exeundum ratus, Ioannem Batazem nepotem ſuum miſit, virum cautum & ſtrenuum, & Ducam Conſtantinum, adoleſcentem adhuc penè imberbem, ſed virili maturitate præditum, & Michaelem Aſpierem, multum hortatus, vt prudenter & tempeſtiuè omnia adminiſtrarent, nec prius Barbaros inuaderent, quàm numerum eorum cognouiſſent, & victoriam penes ſe fore intellexiſſent. Perſæ verò, quorum excurſionis terminus mare fuit, cum opima præda recedentes, ea quoque in reditu populati ſunt, quæ antè non attigerant. Batazes verò cum copijs & ab Imperatore acceptis, & in itinere collectis, rectà Hyelium & Limmochirẽ oppida petierũt, quà olim Mæandri fluminis pons fuit. Sed cum ſpeculatores, quos in omnibus vijs conſtituerat, Turcorum diſceſſum, qui quidem in propinquo eſſent, ſignificarent, exercitu in duas diuiſo partes, maiorem in inſidijs collocat, quà hoſtes tranſituri erant, alteram vltra fluuium iuxta veterem pontem diſperſam expectare, & turmas Turcarum cum captiuis traiecturas, fortiter inuadere iubet. Cum verò Turci ex ſuperiore loco telis petiti, in flumine mergerentur, Atapacus cum for-

tiſsimâ

Romanorum cadauera.

Manuelis & Mauropuli ſomnia.

Perſæ etiam poſt pacem Romanos inſeſti.

Manuelis perfidia Sultano renouãdi belli cauſam ſuppeditat.

Batazes Turcas prædam onuſtos aggreditur.

Perſarum ducis interitus.

tiſsima cohorte cum Romanis congreditur, vt ſuis traijciendi ſpacium præberet, ne ſingulis anteuertere cupientibus, & longior mora intercederet, & qui vado aberrarent, crudeliter interirent. Ita diu acerrimè dimicando, & fortis animi promptiſsimæque manus facinora egregia edendo, vt etiam vltra flumen Romanos ſtare cognouit, & quicquid Perſarum tranſitet, occidere: fracta alacritate, & generoſo illo ſpiritu debilitato, ſuæ ſaluti conſulit, & propoſito itinere declinato ſuperius abſcedit, aliud vadum quæſiturus. Quia verò flumen nuſquā tranſiri poterat, capto ex tempore conſilio, ſcuto pro lintre vtitur, læua equum iuxta natantem ducit, & dextra gladium pro gubernaculo ſuſtinens, natando paulatim progreditur, mortem tamen euitare non potuit. Nam cum in vlteriorem ripam euaſiſſet, tumulo conſcenſo, quis ſit, prædicat, & arrogantibus verbis ſemetipſum celebrat, quo plures Turcæ eò confluerent. Verùm non ab illuſtri aliquo & noto Romano, ſed ab Alano quodam occiditur. Ex eo Perſæ effusè fugientes, plerique in Meandro ſubmerguntur, perpaucis ex tot millibus conſernatis. Id factum, ſi quid aliud, tem Romanam erexit, & Perſarum inſolentiam repteſsit. Alacres enim inuehebantur, & Romanos terga daturos, ſe verò totam propè Phrygiam, quàm latè Meander ad mare vſque protenditur, deleturos putabant.

Aſpietis interitus.

In hoc prælio Aſpietes cecidit, hoc modo. Perſa quidam, cùm ipſum ob firmitatem armorum, & ſcutum ad pedes vſque demiſſum vulnerare nō poſſet, impetu in equum eius inuehitur: qui lethaliter in frōte percuſſus, regreditur, & in poſteriotes pedes erectus, ſeſſorem in flumen præcipitat.

Manuelis alia Perſica expeditio.

Poſt hunc ſucceſſum Manuel bellum Perſis infert, qui ad Lacerium & Panaſium incolunt: & Panaſianis profligatis, Lacerianos inuadit. Sed priuſquam ad hoſtes ventum eſſet, Catidem Laodicenſem ſpeculatum mittit, qui vt Turcarum res ſe haberent, quàm celerrimè renunciaret. Is verò, vt Turcis, contra quos Imperator, vt paratam prædam, ibat, terrorem incuteret, Imperatoris præſentia nūciata, facit vt diffugiant. Quamobrem iratus Imperator, naſum illi præcidit, ſed hoſtes nulla feſtinatione aſſequi potuit. Alio quoque tempore, Turcos per Andronicum Angelum aggreſſus, parum proſperè pugnauit.

Manuel Cantacuzenus.

Cui cum Orientalium copiarum partem optimam dediſſet, & legatum Manuelem Cantacuzenum adiunxiſſet, virum in rebus gerendis ſtrenuum, vnà cum alijs illuſtribus Romanis, Turcos Characenos iuſsit inuadere. Is Charax inter Lampem & Graoſgala ſitus eſt. Andronicus copijs aſſumptis, in Graoſgalacte primùm caſtrametatur. Deinde iumentis & reliquis impedimentis ibi relictis, Characem cum leui armatura inuadit. Sed nullo facinore edito, quod tanto exercitu dignum eſſet, taptis tantum pecudibus, & paucis Turcis paſtoribus abductis, trepidus inde refugit.

Andronici turpis fuga.

Nam cum ſe noctu Turcæ cum clamoribus oſtendiſſent, non quantus eorū eſſet numerus expectauit, non ſuos ad pugnam inſtruxit, ſed equum & manibus & pedibus & voce ad velociſsimum curſum incitauit, nec in caſtra, ſed Chonas properauit: & quia equum currere diutius poſſe videbat, ne ibi quidem curſum inhibet, ſed Phrygiæ Laodiceam contendit. Enimuero exercitus inopinata ducis abſentia conſternatus, acie ſoluta, effusè fugit, pecudibus & captiuis omiſsis. Forſitan etiam inter ſeſe certaſſent Romani (quia nox adhuc erat) niſi Manuel Cantacuzenus ſtricto enſe obſtitiſſet, & fugitiuos obliquo gladio perculiſſet, ac ſtare iuſsiſſet, perſequente nemine. Sic tandē fœda & præceps illa fuga nonnihil compreſſa eſt. Qua indignatus Imperator, parū abfuit, quin Andronicum muliebri habitu per orbem circumduci iuberet. Sed vt ſuorum amans cognationis ratione habita, iræ imperauit, præſertim cū in ea pugna pauciſsimi cecidiſſent. Nihil in ea expeditione memorabile geſtum eſt, quòd & ſubitò eductus eſt exercitus, & celeriùs reductus.

Perſicus ſagittarius à Xero Manuele occiſus.

Perſa verò quidam arduo loco occupato, multos prætereuntium Romanorum ſagittis interemit, etiam thoraces penetrantibus. Hunc multi viri fortes adorti, & telis eminus & haſtis comminus irati feriebant. Verùm ille agilitate corporis & tela in ſe excuſſa euitabat, & ſubitis conuerſionibus inſtantes trucidabat, donec Xerus Manuel equo deſiluit, obiectoque ſcuto, telis eius exceptis, ſtricto enſe iterato ictu caput ei fruſtra mortem deprecanti, & ab ijs petenti veniam, in quos tāquam immanis fera graſſatus fuerat, diſſecuit.

Choniatæ fortitudo.

Tum cognatus quoque meus, clericus vrbis Chonarum ordine Leuita, ſed animo forti præditus, qui cum exercitu pro milite ad Characem iuerat, & ſpolia in Turcarum tabernaculis reperta legerat, in ipſo periculo, parta præda non depoſita (erant autem ſtolæ Perſicæ, & onila vellera in pera) pedetentim inceſsit, conuerſis in eum oculis omnium: alijs, vt in rebus aſperis interritum & primarium militem laudantibus, alijs deridentibus, quòd vitam oue commutaret. Sed ille ſic etiam iter conficiebat, & vbi res ferebat, fugam cæteris turpem, perſequente nemine, exprobrabat.

Claudiopolis à Turcis obſeſſa à Manuele defenditur.

Non multo pòſt Turci Claudiopolim obſederunt, ac primò Romanum præſidium exitu intercluſerunt, deinde etiam mœnia oppugnare cœperunt. Obſeſsi autem, niſi maturè auxilia mitterentur, quòd nec diuturnam famem perpeti, nec hoſtes propulſare vllo modo poſſent, deditionem ſe facturos minabantur. Manuel igitur mali extremi nūcio non expectato, poſtridie quanta celeritate poterat, per Nicomediam, Claudiopolim maximis itineribus contendit, ſine vllis aulicis delicijs, armis & equis duntaxat inſtructus, & vt hoſtium conatus anteuerteret, inſomnes noctes agit, & ad faces per Bithyniam, quæ propter celebras valles & denſas ſyluas multis in locis impedita habet itinera, pedes proficiſcitur.

Manuelis tolerantia.

Quod ſicubi quieſcendum erat, cubile illi erat humus, lectus è paleis & fœno conſtabat. Cum pluuio tempore in paluſtri loco diuerſabatur, nubes & ſubterfluentes riui ſomnum ei interrumpebant. Quæ res maiorem ei hominum & beneuolentiam & admirationem peperit, quàm in imperij principio diadema, purpura, & equus aureis phaleris ornatus. Vt prope Claudiopolim ventum eſt, Barbari aduentu eius ex vexillis & ſplendore armorum cognito, fugæ ſe mandarunt, illo quàm longiſsimè perſequente. Non minus autem eius aduentu obſeſsi iamiā deſperantes recreati ſunt,

quàm nautæ poſt multum remigandi ſudorem
ſecundo vento,aut vere dulciſsimo poſt aſperri-
mam hyemem, autalterius mali principij læto
exitu homines exhilarari ſolent.

LIBER SEPTIMVS RERVM *ab Imperatore Manuele Comneno geſtarum.*

Manuel Papam & Italos contra Fridericum Barbaroſſam concitat.

NVnc illa etiam referenda ſunt. Im-
perator,quia gentes ſinus Ionij bel
lo petere non poterat, imò potius
incurſioues earũ iu Romanas pro-
uincias perpetuò timebat, haud i-
gnarus, copias Occideutales Romanis eſſe lon-
gè ſuperiores: præſertim verò formidabiles eas
fore,ſi in vnum conſpirarent:multo ante ſe quó-
uis modo coutra illas muniebat. Nam Orienta-
les quidem Barbaros licere ſibi & pecunia con-
ciliare.& armis intra fines ſuos continere:ſed Oc
cidentalium gentium multitudinem timere ſe,
quòd viri ſuperbi ſint,indomiti,ſanguiuarij,nec
tantum opibus & armis abundent, ſed irrecon-
ciliabuli etiam odio Romauos perſequantur.
Proinde Venetias,Genuam, Piſas, Anconam, &
reliquos oræ maritimæ accolas; Romanis conci-
liabat, iureiurando deuinciebat, omnis generis
officijs alliciebat, & iu vrbe Imperatrice hoſpitijs
excipiebat. Et quia verebatur, ne quis Occiden-
talium regum opibus auctis Romanos inuade-
ret:potentiorum Iniurijs obnoxios populos pe-
cunia reficiebat, in armis exercebat, & ad reſiſten
dum animabat. Ac Italos contra Alemaniæ re-
gem Fridericum,qui eos ſuæ ditionis facere ma-
ximè cupiebat, ſæpe concitauit, per legatos hor-
„ tatus,vt fortes viros ſe præberent, & Regis dolos
„ cauerent, quem coronæ accipieudæ gratia ſæpe
„ veterem Romam ingreſſurum, impedijt: Papa
„ per literas monito,ne ſuam gloriam alteri daret,
néue limites patrum transferret: ne temeritatis
& negligentiæ tum demum pœniteret, cum ac-
cepta mala corrigi non poſſent.Ita inclytæ Romę
aditu tanquam inermes excluſus eſt is,qui arma
tis legionibus efferebatur. Quodam tempore

Mediolanũ.

Mediolani mœnia ſunt ab Alemannis diruta, ſed
cines iureiurãdo adacti,ſe uunquam ea inſtaura-
turos; ita victores eluſerunt. vt vrbem priucipiò
„ profunda foſſa munirent. ſe pacta & couuenta
violare negantes. Deiude Imperatoris auxilio
freti,ipſa mœnia repoſueruut. Ad hæc Montis-
ferrati Marchioue, viro nobilitate, auctoritate,
& felici ſobole inſigni, tum amplis muneribus,
tum Maria filia, vt ſuprà expoſitum eſt, eius filio
deſponſa,ad Romanorum amicitiam adiuncto,
magis etiam principis Alemannorum conſilia

Marchio Montuſferrati Moguntinum capit.

fregit. Qui Moguntino Epiſcopo, Cancellario
ſuo, cum magnis copijs miſſo Italicas vrbes à Pa-
pa auulſas, ſine vllo metu ſubigebat. Verũ Mon-
tisferrati Marchio largitionibus Imperatoris im-
pulſus,Conradum filium,hominem formoſum,
fortem,cordatum,viribus & ætatę florentẽ, cum
copijs contra Moguntiuum mittit. Commiſſo
prælio, Alemanni ab equitatu profligãtur, & in-
ter alios ipſe Moguntinus captus,forſitan Byzan
tium miſſus eſſet, niſi Imperator antè obijſſet.

Manuel Italos largitionibus corrũpit.

Nec vlla fuit vrbs Italiæ, aut etiam ab Italia remo
tior, in qua Imperator non vnum coniuratum,
& hominem ſibi fidelem haberet. Vnde quæ in
conclauibus Romanorum aduerſarij clàm con-
ſultabant, ea omnia reſciſcebat. Aliquando eius

Anconæ obſidio.

legati negotij cuiuſdam cauſa Anconam miſsi,
ſiue, vt quoſdam ad Imperatoris amicitiam attra
herent,quos Lizios vocant:ſiue, vt aliquid alind
Romanis vtile conficerẽt: cum id expediuiſſent,
Alemannorum Rex ira plenus,copias ad vaſtan-
dam eam vrbem mittit, & ciues puniendos, qui
cum Imperatore fœdus facerent,eiuſque legatos
in fraudem vtique ſuam ad vrbes ad ſe alieuan-
das recepiſſenr. Is exercitus Ancoua hoſtiliter cir
cumſeſſa, Romauorum legatos dedi ſibi poſtula-
bat. Anconitani verò eas minas ita audiuerunt,
vallum obductum armatumque aciem ita rimu-
erunt, vt legaros non modò non prodiderint,ſed
contemptis Alemannis, periculum illnd forti-
ter tolerarint: & ducta obſidione, inſolitos quo-
qne cibos guſtarint. Imperatorij verò legati, po-
pulo pro concione interrogaro, an auxilia ſibi ac
cerſere liceret? cùm populus reſpondiſſet, licere
quidem, ſed pecuniam in promptu non eſſe: ipſi
Deum teſtati affirmarunt, Imperatorem omnes
belli impenſas perſolututum: & ne cunctaren-
tur. hortati ſunt. Alioqui grauiſsima quæque ab
hoſtibus toleraturos, vxoribus & liberis in ſerui-
tutem abductis, pecunia & rebus omnibus dire-
ptis. Itaque à quodam Comite Guilielmo,& vi-
dua nobili, quæ nuper defuncti mariti opibus
potiebatur, magno fœnore accepta pecunia, &
auxilijs introductis, libertatem ſuæ ciuitati re-
ſtitutam ſunt gratulati. Quo ſucceſſu lætus Im-
perator, Anconitanos collaudar: & ciuitate Ro- „
mana donatis omnia præſtare velle pollicetur, „
quæ & ipſe honeſtè dare, & illi rectè petere poſ- „
ſint: aurique longè plus miſit, quàm impende-
rant. Atque hunc res Anconitarum exitum ha-
buerunt. qui qnidem natura eſſe conſtantes,nec
fidem cum fortuna mutare videbãtur. Nam cur
alioqui vicini Regis Alemannorum potenriam
& edicta ſpreniſſent, eique Romanorum Impe-
ratorem, tantis marium & terrarum ſpacijs ſe- „
iunctum, prætuliſſent, niſi notionem honeſta- „
tis innatam habuiſſent, magna animorum con- „
ſtantia præditi, nullis aduerſitatibus labefactau-
da? Quanquam illud etiam Anconitanis obijci
poſſe video, quòd auaritia impulſi, ab eo cui non
ita pridem paruerant, ad illum defecerint, qui

Manuelem prudẽter tuebaſſe Italiã.

cupiditatem eorum & ſordes expleuerit. At Im-
peratori res ita adminiſtranti, crimini dabatur à
Romanis. quod ex ambitione, longinqua deſi-
deraret, & oculos in extrema terrarum exten-
deret, multa audacter, temerè multa ageret, &
vltra limites à ſuperioribus Imperatoribus præfi-
nitos multum euagaretur, & pecuniam à ſubdi-
tis acerbè,& per iniuriam exactam, inutiliter di-
lapidaret. Verùm perperam iſta reprehendeban-
tur, nou ab inani ſtudio uouitatis profecta, ſed
Latinarum gentium metu, quarum vires inex-
pugnabiles eſſent: quæ ſi conſpiraſſent, vereba-
tur, ne torreutis inſtar noſtrum imperium va-
ſtarent. Ea de cauſa, vel exigunm fomitem, vt
magni ingendij cauſam, ſuſpectum habebat:

& ſuborientia incommodorum ſemina ſtatim exrirpabat, optimi agricolæ more, qui ſpinas adhuc teneras, & degeneres frurices tuncare ſolet. Atque hoc eius obitu declaratũ eſt, cum ſapienti gubernatore amiſſo, Reipublicæ nauis pene demerſa eſt.

Manuelis rapacitas & profuſiones.

Ac eum tributa exaggeraſſe, & magiſtratus publicanis veodidiſſe, & fertiliſsimos agros ſuis aratris proſcidiſſe, nec ipſe diſsimulare poſſum. Sed pecunia hoc modo collecta, nõ tam in theſauros referebatur, quàm vtraque manu liberaliter effundebatur, partim in monaſteria, ſacras ædes, & pauperes Romanos, partim verò, & maxima quidem ex parte in varias gentes, Latinas præſertim. Nam ex munificentiæ oſtentatione effuſe ſpargebat, & in ſumebat ea quæ vtraque manu collegerac, & acerbiſsimos exactores quæſtores deſignabat. In iuſta ſimptuum parte illa etiam numerabantur, quæ in cognatos & familiares conferebat. Nam neptis eius Theodora, cuius vt dixi, conſuetudine vtebatur, quamuis expers diadematis, tamen comitatu planè regio vtebatur, mulier ſuperciliosa & arrogans, quæ palatium, niſi exquiſitè perpurgatum, ingredi recuſabat. Sed & filio ex ea procreato, & alijs pluribus, tota maria pecimiæ affluebant.

Barbari miniſtri gratioſi apud Manuelem.

Eunuchis quoque, cubicularijs, alijſque miniſtris ex peregrinis ortis nationibus, ſemibarbaris, qui expeditius ſpuebant, quàm loquebantur, erat facilis, & benignus, eoſque in diuitum numerum referebat, vt aceruis pecuniarum, & omni genere ornamentorum tanquam maximarum gentium proceres circumfluerent, idque, cum omnis eruditionis expertes, linguæ Græcæ veſtigia ita perſequerẽtur, vt ſpeculæ & tupes extremum ſonum paſtoralium canticorum. His tanquam obſeruantiſsimis & fideliſsimis miniſtris non modò ſummos magiſtratus tradebat, ſed pro tribunali iuris dicundi prouinciam in cauſis difficillimis, quæ vel peritiſsimis legum negotium faceſſerent, aſsignabat. Cum aliqua prouincia deſcribenda erat (id autem fiebat ſæpius) iſtiuſmodi cœtus eruditis præponebatur. Quòd ſi quando nobilis aliquis Romanus eis adiungebatur, vir prudens & cordatus: is ea de cauſa mittebatur, vt deſcriptionis munus obiret, cæteroſque labores colligendi tributi ſuſtineret: Barbarus verò pecuniam accipiebat, & ſaccos obſignatos ad Imperatorem mittebat. Sed pleraque contrà eueniebant, quàm ſperabat ille. Nam dum Romanos peculatus ſuſpectos cauebat, non animaduertit, ſe auaros Barbaros locupletare, & homunciones infelices beare: atque interim Romanos à ſe alienare, vt fidei & natura inſitæ & doctrina comparatæ obliuiſcerentur. Cognita enim Imperatoris de ſe ſuſpicione, quòd miniſtri potius ac baiuli quæſtus, quàm fideles procuratores judicarentur, & bini in prouincias mitterentur, ſerui magis quàm gubernatores imperij: id ſolum agebant, quod in mandatis acceperant, & extortam pecuniam tanquam in manipulos colligatam, ad Barbarum illum magna præditum auctoritate, & plurimis Romanis prælatum, velut in aream congerebant: cætera verò negligebant, ne dicam, ad Imperatorem pauca, & veluti quiſquilias perueniſſe, illos verò pleraque ſuffuratos eſſe. Fidelis enim ſerui munus erat ſcilicet, ex farina ſibi primùm panes confirere, deinde etiam collegæ aliquid impertiri.

Aedificia & luxus Manuelis.

Ab hoc Imperatore turris illa non procul à continente in mari extructa eſt, quæ Damalis pridem, nunc Arcula dicitur: & altera turris e regione iuxta Manganium monaſterium: eo conſilio, vt ferrea cathena vtrinque extenta, Barbaris nauibus aditus in loca vrbis arci vicina, & tractum illum omnem vſque ad Blacherniam regiam, intercluderetur. Magnifice otiam eius reſtantur etiam maxima illa conclauia in vtroque palatio ſtructa, aureis laminis refulgentia, & illuſtribus coloribus exornata: in quibus bella eius geſta cum Barbaris, aliaque ex vtilitate Romani imperij adminiſtrata, ſummo depicta artificio ſpectantur. Ad hæc pleraque ſplendida in freto Propontidis ædificia, in quibus Imperatores propter aëris temperiem, æſtatem exigere ſolent, vt olim Perſarum reges Suſis atque Ecbatanis, exædificauit & exornauit. Nam & cum tempus poſtulabat, patientiſsimus erat laborum, frigoris, æſtus, inſomnij: & cum à bellis vacabat, iucunditati ſe dabat, & genio indulgebat. Ac ſi quis accurratius obſeruaſſet, quantopere lauticijs ciborum, & lyra, cithara, ſymphonijs delectaretur: eum in ijs ſolis ætatem exegiſſe, & voluptarem ſummum bonum ſtatuiſſe iudicaſſet. Sin duris temporibus omnem iucunditatem deſpicere, & voluptatem in vitio ponere vidiſſet, ingenium ad vtrunque paratum miratus eſſet.

Templum D. Irenæ.

Templum D. Irenæ maximum & pulcherrimum, à Martiano Imperatore conditum, & incendio abſumptum, inſtaurare aggreſſus, cum partes quaſdam ex fundamentis extruxiſſet, deſtitit: & monaſterium in Ponti faucibus, loco qui Cataſcepe dicitur, archiducis Michaëlis nomine extruxit, in quo celeberrimos quoſque & præſtantiſsimos monachos collocauit, ea ratione, vt ſolitariam & quietam vitam ſine vlla ſollicitudine poſſent degere.

Manuel monachis nõ prædia, ſed victũ præbet.

Cùm enim monachos poſſeſsionibus & negotijs turbatos, & tranquillitate animi & Dei cultu excidere intelligeret, nullas ei vineas, nullos agros, nullas poſſeſsiones, quas nec eorum profeſsio admittit, aſſignauit: ſed ex fiſco tantum pendi iuſsit, quantum ad victum & cultum opus eſſet. Videtur nimirum immodicam cupiditatem ſtruendi monaſteria improbaſſe, & exemplum prodere poſteris voluiſſe, quo pacto templa condẽnda, & quæ viuendi ratio eremitis, pauperibus, & à terrenis rebus ſe abſtrahentibus proponenda ſit. Tantum autem abfuit, vt eorum inſtitutum laudaret, qui monaſticam vitam profeſsi, & opibus affluunt, & multitudine curarum magis diſtrahuntur, quàm ij qui huius vitæ delicijs occupantur: vt ſanctionem Nicephori Phocæ, fortiſsimi & cordatiſsimi Imperatoris, olim abolitam, de non augendis monaſteriorum latifundijs, quaſi poſtliminiò reuocarit: neque patrem, auum, cæteroſque cognatos ſuos omnes, qui monaſterijs ampliſsima prædia donarant, incuſare deſtiterit: non quòd de ſuis opibus Deo aliquid conſecraſſent, ſed quòd rem bonam malè adminiſtraſſent.

Nicephori Phocæ ſanctio contra monachorum auaritiam.

Nam cùm monachis habitationes in abditis & deſertis locis, in antris, & montium cacuminibus aſsignandæ eſſent:

ſent: & Conſtantinopolis, tanquam Sirenũ cantus vitanda, gloriola ductos, incruſtata ſua ſepulchra & vario marmore exornata, ijs qui templa ingrediantur, ſpectanda propoſuiſſe, & mortuos quoque coronari ſe, & hilari ſplendidoque vultu conſpici voluiſſe, & in foro ac triuijs monaſteria ædificaſſe: & ibi nullo cum delectu virtutis, velut in cauea concluſiſſe eos, qui monachos, non vltra tonſum capillum, & mutatum habitum, promiſſamque Barbam exprimereut. His igitur de cauſis, ſiue vt monaſticam ſanctimoniam nutantem, ac potius humi ferè proſtratam fulciret, ſiue metuens, ne ipſe ea facere diceretur, quæ reprehenderet, rationem à ſuis maioribus diuerſam eſt ſecutus.

Manuelis negligentia, profuſio & licentia militum.

Iam quia Romanis, ac Barbaris etiam, vt opinor, eſt in more poſitum, vt ſtipendia militibus ſoluantur, & ij ſæpe in medium producantur, vt exqoiratur, an armis inſtructi ſint, an equos probe curatos habeant: Item vt tyrones, priuſquam in catalogos referantur, explorentur, an corporibus valeant, an ſagittare ſciant, an vibranda haſta ſe exercuerint: hic Imperator ſtipendia militaria, in fiſcum, tanquam aquas iu ciſternam coegit: & exercituum cupiditatem donatiuis qoæ incolarum dicuntur, leuauit, abuſus re à veteribos Imperatoribus iouenta, & tarò vſurpata in eos, qui hoſtes ſæpe cæciderant. Hinc factum eſt, vt & milites eneruarentur, & maximum pecuniæ flumen in ignauos ventres effunderetur, & Romanæ prouinciæ male tractarentur. Nam & ſtreuui milites, cum non amplius id expectarent, quo peculiariter ad virtutem bellicam excitabaotur, quòd tum promiſcuè omnibus idem prẹmium propoſitum erar, alacritatem illam in periculis adeundis abiecerunt, & prouinciales, qui olim fiſco pecuniam numerabant, à militari auaritia peſsimè ſunt tracta[illegible], erepta non pecunia tantùm, ſed & intima tunica, aliquãdo etiam à liberis & vxoribus auolſi. Proinde quilibet militiæ nomen dabar, & multi ignaoiſsimi & ſordidiſsimi opifices, vel equo Perſico donaro, vel paucis aureis datis, nullo delectu acto iu militum catalogos relati, literis imperialibus, irrigua prata & rura fertilia, & Romanos tributarios accipiebant, vt eis aliquando ſeruili habitu miniſtrarẽt: & vir Romanos, graui vultu, rei militaris peritus, & tanto excellentior, vt illi comparatus, Achilles videretur, aut duabus manibus armatus: cum eo compararetur, qui neutram incolumem haberet, tributum penderet homuncioni ſemibarbaro, qui inſtructam aciem nunqoam viderat. Enimuero perturbationis huius, Romanæ prouinciæ graues pœnas dederunt, qoarum aliæ ante oculos noſtros à Barbaris ſpoliatæ & occupatę ſunt: aliæ à noſtris tanquam alienæ vaſtatæ & euerſæ.

Cõmiſeratio.

Sed quouſque Domine hæreditatis tuæ obliuiſceris, auerſaque à nobis facie, iræ tuæ locum dabis? Quando ex ſancta æde tua proſpectans, noſtras ærumnas & calamitates intueberis, maliſque nos vrgentibus liberabis: eaque auertes, quæ longè grauiora impendere videntur; Nunc illud etiam addẽdum eſt.

Imperatorũ arrogantia et curioſitas perſtringitur.

Plerique Romanorum Imperatores, imperare, aurum geſtare, communibus vt priuatis vti, eaque ſuo arbitratu quibus volunt, donare non contenti: niſi ſapientes, forma Dijs, robore heroibus ſimiles, & vt Salomon, diuinitus edocti, & doctores diuinitatis, & normæ rectiſsimæ, denique diuinarum humanarumque rerum interpretes veriſsimi habeantur, iniuriam ſibi fieri cenſent. Vnde fit, vt cum immodeſtiores & audaciores, qui noua dogmata in Eccleſiam introducunt, cohercere, aut id muuus ijs qui Theologiæ ſcientiam profitentur, mandare deberent: nec io hac parte vllo inferiores eſſe volẽtes, ijdem dogmatum & auctores, & arbitri ac diſceptatores exiſtant, ſæpè etiam diſſentientes mulctent.

Manuelis theologia.

Hic quidem Imperator natura facundus, & ſuauis ſermonis affluentia ornatus: non elegantes tantum epiſtolas ſcribebat, ſed & religionis inſtitutiones parturiebat, ac publicè declarnabat. Tandem etiam de diuinis dogmatibus & ipſo Deo diſſerebat, ſæpè etiam dubitationem præ ſe fetens, quæſtiones è ſcripturis proponebat: earumqoe ſolutiones, eruditis omnibus conuocatis, reqoirebat: qoanquã iu his etiam laudari potuiſſet, niſi curioſitate ingenij eas etiam quæſtiones agitaſſet, quæ attingi ſe nullo modo patiuntur, aut ſaltẽ omiſſa pertinacia, ſcripturarum ſententiam in moltis ad ſuam opinionem nouis interpretationibus non accommodaſſet, veris declarationibus, veterum repodiatis: quaſi ipſe totum Chriſtum comprehendiſſet, & ab ipſo de natura eius dilucidius ac diuinius edoctus eſſet.

Quæſtio de incarnati Dei oblatione.

Orta igitur quæſtione de illo dicto, quo dicitur, incarnatum Deum, ſimul & offerre & offerri, & eruditis inter ſe diſſentientibus: diſceptatio longo tẽpore eſt extracta, multis & confirmationibus & confutationibus vtriuque allatis. Verùm Impetarore piæ & veræ ſententiæ poſt ſolertem controuerſiæ explicationem aſſenſo: aduerſarij loco moti ſont, vt perperam ſentientes Hypopſephius Theopolitanus, Sotericus Panteugenus Antiochenus, Dyrrachinus Euſtathius, Michael Theſſalonicenſis cõcionaror, Nicephorus Baſilaces, qui Paulinas epiſtolas interpretabatur, & lumine eloquentiæ, Apoſtolicorum ſcriptorum obſcuritatem altiſſimo ſpiritu refertam illuſtrabat.

Tonitru [illegible]nam doctorũ ſignificans.

Ferunt, cum hæc controuerſia agitaretur, & publicè diſceptanda proponeretur, alieno anni tempore ingens erupiſſe tonitru, & auribus eorum omnium qui tum Pelagoniæ cum Imperatore erant, ita inſonuiſſe, vt nonnulli humi prolaberentur: & Eliam quendam, hominem eruditum & celebrem, aperto libro qui de tonitribus & terrę motibus diſſeretet, & ijs lectis, quę ad tempus illud pertinerent, ſcriptum inueniſſe, Caſus Sapientum. Itaq; nõ ij modò qoos diximus, doctorum erudiriſsimi, eccleſijs pulſi, & omnibus ſacris miniſterijs interdicti ſunt, ſed alij qooque vnà cum illis.

Quæſtio de patris vltra Chriſtum excellentia.

Aliquot aonis pòſt quæſtione de Dei hominis dicto, Pater maior eſt me propoſita, parum curatis patrum explicatiooibus, ijſq; varijs, & ad controuerſiæ explicationem & declarationem ſufficientibus, ſuas interpretationes attulit, eaſq; pertinaciter defendit: & ad ſuam voluntatem & ſentẽtiam, vniuerſalium doctotum ſententias, non modo veritati non aduerſaotes, ſed diuinitus editas accommodauit. Nam cum alij dicant, patrem, vt filij auctorem, dici maiorẽ: alij de natuta humana id intelligãt, & id dictum non VERBO: ſed aſſumptæ CARNI attribuanr, vt & illa, de profectione ad patrem, de aduentu

principis mundi, qui nihil in ipſo eueniat: alij, &
ſi de VERBO vocem MAIOR accipiant, non abſo
lutè tamen & eſſentialiter, ſed ob inhumanatio-
nis ſummam extenuationem & humilitatem:
atque alij aliter, piè tamen, explicent: ijs neſcio
quomodo, vt propoſitæ quæſtioni nõ ſatisfacien-
tibus, improbatis, aliam attulit interpretationẽ:
indictoque concilio, & omnibus ſacrarum lite-
rarum ſtudioſis cõuocatis, ſingulos hortatus eſt,
vt ei decreto hoc modo ſubſcriberent: Equidem

Decretum Manuelis.

etiam S. Patrum voces de illo dicto (PATER MA
IOR EST ME) amplector: aio tamen id dictum
pertinere ad carnem in eo conditam & paſsibi-
lem. Quod neſcio quomodo filio incarnato mi-
nus tribuit quàm patri: perinde ac ſi ob naturę
humanæ aſſumptionem, & peregrinationem in
terram, pari dignitate excidiſſet, ac ſuam aucto-
ritatem amiſiſſet, & intra limites extenuationis
conſtitiſſet: ac non deificaſſet, & extuliſſet humi-
lia, & ſua gloria per unionem illam ornaſſet po-
tius, quàm ea re ipſe depreſſus eſſet, quod abſur-
dum eſt. Atque etiam rubra ſcriptura, tanquam
enſe flammeo decretum hoc muniuit, quo mor-
tem minitabatur, & excommunicationem ei,
qui, non dico prima impulſione animi reprehen
dere, & ſubmurmurare, ſed tantum introſpicere
auſus eſſet. Deinde idem decretum de quorun-
dam aſſenſorum, vel aſſentatorum potius conſi-
lio lapideis tabulis inſculptum, in maximo tem-
plo dedicauit. Verebantur enim, ne ſanctio illa,
vt quæ prætextu carnis, ipſi VERBO derogaret, ab
rogaretur præſertim eum extenuationem & hu-
manitatis rationem præteriſſent. Eiuſdem gene-
ris illud etiam eſt, quod Manuel ſub vitæ finem

Sanctio Manuelis pro Machometo.

fecit. Extat inter cæteras catecheticæ tabulæ ſan
ctiones, anathema in Machometi Deum, quem
nec genuiſſe, neq; genitum, ſed holoſphyron eſſe
affirmat. Id anathema ex omnibus catecheticis
libellis aboleri voluit, ab ipſa magnæ Eccleſiæ
tabula auſpicatus, idque ratione probabili ſcili-
cet. Aiebat enim blaſphemijs in Deum qualibuſ-
cunque offendi Agarenos, qui ad piam noſtram
religionem deficerent. Proinde maximo Theo-
doſio accerſito, qui principem ſedem curabat at-
que ornabat, & primarijs ſacerdotibus, qui tum
in vrbe erant eloquentia & virtute præſtantes,
quæſtionem cum tumido exordio proponit. Qui
cum omnes refragarentur, nec vllo modo illa ad-
mitterent, vt abſurda & à vera de Deo ſententia
abducentia, atq; anathema illud offenſionis ple-
num piè explicarẽt. Nec enim Deum cœli & ter-
ræ cõditorem vllo modo anathemate notari, ſed
holoſphyrum illum Deum, quem delyrus & fu-
rioſus Machometus, nec genitum nec gignẽtem
confingeret. Nam apud Chriſtianos Deũ patrem
celebrari, quod deteſtãdis Machometi nugamen
tis planè prohibeatur. Deinde ſe non ſatis intelli
gere, quid ſit illud holoſphyrum eis, animo nihil
mitigato, contemptis, ſuapte auctoritate, & auli-
corum eruditorum, quos tempori ſeruire norat,
miniſterio, decretum proponit, quo & Macho-
meti delyrium (cur enim Theologiam dicam?)
defendebatur: & ſuperiores Imperatores ſacro-
rumq; antiſtites apertè taxabantur, qui Deum
verum ineruditè & incõſideratè anathemate no-
tari paſsi eſſent: & id decretum in ſacro palatio
publicè recitandum curat, principibus, ſenatus
& cognatis ſuis literarum ſtudioſis, qui veluti vi-
am præpararent, atque applauderent præmiſsis.
Erat autem oratio adeò probabilis, non ſpiritua-
lium verborum grauitate, ſed humanæ ſapientiæ
ſuauitate, vt aures non eorum duntaxat qui vari
am eius compoſitionem, & iucũdam vanitatem
ſpectabant, ſed eorũ etiam qui ipſius ſcripti ſen-
tentiam indagabãt, propemodũ ſuſpenſas tene-
ret. Ac forſitan veri Dei gloria Machometano illi

Theodoſius Patriarcha Manueli refragatur.

Deo, quiſquis eſt, tributa eſſet, niſi Patriarcha ſtre
nuè aduerſatus, nec ipſe id ſcriptum curaſſet, quo
noua & periculoſa dogmata introducerentur: &
cæteros, vt id tanquam venenũ ſuſpectum habe-
rẽt, monuiſſent. At Imperator, qui graui affectus
iniuria, pontifices conuicijs inſectabatur, & ho-
mines omnium mortalium ſtultiſsimos appel-
labat, quippe ex morbo grauiſsimo, qui exitium
ei attulit, pronior ad iram factus. Proinde ijs quæ
priore decreto fuſius, oratorijs ornamẽtis adhibi
tis, ſcripſerat, in compẽdium redactis, & dogma-
tis illecebris adornatis, aliud decretum promul-
gauit. Cum autem tum in palatio ad Damalim,
quod Scutarium dicitur, tum ad vitandam turbã
tum ob aëris temperiem verſaretur, totus curan-
dæ valetudini intẽtus, iuſſu eius, pontificum col-
legium, & eruditiſsimi quique eò traijciunt. Qui
cum vix ex lintribus deſcendiſſent, Theodorus
Mazuca, homo apud Imperatorẽ gratioſus, & in-
ter ſcribas auctoritate princeps, adeſt: & oratione
ad Patriarcham & Pontificum collegium inſtitu
ta, Imperatorem nunc adiri poſſe negat, ob mor-
bi quandam acceſsionem: literas verò quas ma-
nu teneret, eſſe audiendas. Agebant aũt alteræ de
propoſito dogmate, quibus à Pontificibus ſubſcri
bi cupiebat Imperator: alteræ ſub perſona eiuſ-
dem cum ſummo paſtore Theodoſio & Pontifici
bus, ob præpoſteram aduerſationem expoſtulan
tes, maius concilium minabantur, & controuer-
ſiæ diſceptationem, ipſo veteris Romæ Papa ad-
hibito, iureiurãdo teſtificabantur. Ingratus, inqt,
vniuerſitatis, rerum Deo, à quo præter imperij
faſtigium, alijs illuſtribus prærogatiuis ſum orna-
tus, & inſanus eſſem, niſi pro tenuitate mea qua-
lecunq; illi ſtudium meum declararem: & ſum-
mis in id viribus incumberem, ne is verus Deus
anathemate notaretur. Cęterùm auditores ea ma
gniloquentia adeò non percellebantur, vt vir do

Euſtathij libertas.

ctiſsimus & eloquentiſsimus Euſtatius Theſſalo
nicę Archiepiſcopus, ea oratione vehemẽter com
motus, verum Deum aliquid holoſphyrum, infe
licis ingenij commentum, perhiberi nullo modo
ferret. Enimuero, inquit, inſanirem, & hoc habi-
tu (oſtenſo pallio) indignus eſſem, ſi Deum ve-
rum iudicarem brutum illũ pædiconem, & om-
nis obſcœnitatis & ſceleris doctorem. Quæ cum
clara voce & magno verę pietatis affectu dixiſſet,
auditores penè obſtupuerunt. Scripti verò illius

Manuel Euſtathio iratus.

recitator, pauliſper velut attonitus, compreſsis la
bijs aſtitit, deinde ad Imperatorem reuerſus eſt:
qui ea oratione perturbatus, varia defenſione v-
ſus eſt, & patientia, vt nunquã antea, laudata, vt
querulos & cauillatores vitaret, ſe quoq; integer
rimis chriſtianis annumerabat & religioſiſsimis
natũ eſſe parentib. aſſerebat, & cõtra Theſſaloni-
cẽſem iudiciũ vehemẽter efflagitabat. Aut enim
ſi ab-

ſi abſolueretur, vt qui Deo pædiconi non crederet, nec de teligione perperam ſentiret, ſe iuſtas pœnas de eo ſumpturũ, qui contumelioſa verba in vnctum Domini effutiret: aut, ſi condemnatus eſſet quaſi alium, quàm Chriſtiani Deum coleret: veritatem velle diſcere, & gratiam ei non patuam habiturum, qui ſibi errorem extorſiſſet, & veritatem explicaſſet. Paulò pòſt Patriarcha in eius conſpectum venit, & quæ res poſtulabat locutus effecit, vt iracundia placata veniam habitæ orationis, & defendendi ſui poteſtatẽ Theſſalonicenſi daret, cum hac tamen caſtigatione: oportere eum, vt virum ſapientem, ab obſcœnitate verborum ſibi temperare, nec effutire temerè, quæ nihil ad rem pertinerent. Poſtea cum ſcriptum de eo dogmate publicè recitaretur, & ab omnibus, vt piè explicatum, laudaretur, ſe libenter ſubſcripturos pollicentibus concilium eſt dimiſſum. Ac illi abibant læti, quod aduerſatione ſua Imperatorẽ viciſſent: is verò gaudebat, quòd eos ad ſuam voluntatem flexiſſet: ac paucis verbis id conſecutus eſſet, quod antea verboſo ſcripto impetrare non potuiſſet. Poſtridiè cõcilium prima luce iuſſu Imperatoris in Patriarchæ ædibus conuenit, vt facerent, quemadmodum promiſerant. Verùm illi omnes ſententia mutata, ſubſcriptionem recuſabant, quòd in illo ſcripto adhuc verba quædam reprehendenda laterent: quibus eraſis, alia reponenda eſſent, quæ cum vera ſententia congruerent. Rurſus igitur commotus Imperator, eorum vecordiam, inconſtãtiam & leuitatem apertè inſectatus eſt. Sed illi tãdem ægrè aſſenſerunt, vt anathema à Deo Machometi, in ipſum Machometum & omnem eius doctrinam & ſectam in Catecheticis libellis transferretur. Quo, poſt multos congreſſus, decreto & confirmato, tandem quieuerunt. Adijciam etiam aliud memoratu dignum, poſtquam huc progreſſus ſum. Fuit eunuchus Nicetas, Chonarum Epiſcopus, omni genere virtutis ornatus, futurarum rerum ita præſcius, vt inter maximos Vates haberetur, & omnibus qui eum norant, admirationi eſſet, quòd noſtræ ætati improbæ atque adulteræ tantum bonum contigiſſe. Cùm autem hic Imperator recens diademate redimitus, paterni imperij ſucceſſor ex Armenia reuertens, Chonis Archãgeli ędem ingreſſus, fauſtam comprecationem ab hoc Pontifice accepiſſet, vt ob virtutem vbique gentium celeberrimo: quidam ſacerdotes, ijque prudentiſsimi, dubitabãt, an Manuel adhuc adoleſcens, ac penè imberbis, tantum Imperium adminiſtrare poſſet, quod virum ſenili prudentia præditum & maturum poſtularet? Deinde an fratrem Iſaacium, qui vrbem Imperatricem obtineret, ſuperaturus eſſet, cui meliore iure Imperium deberetur? Tum magnus ille vir & verè diuinus homo, in hunc modum reſpondit: Omnino adoleſcens iſte & imperium gubernabit, & fratrem ſuperabit, Sic enim à Deo decretum & conſtitutum eſt. Vt autem ea quoque ſciatis, de quibus non interrogaſtis, auum Alexium ætate paulum ſuperabit, ſed inſtante obitu, inſaniet. Id præſagium & mihi & alijs plurimis fuit notum, Is enim vates ex diuino baptiſmate me ſuſcepit. Quæ autem ea inſania, & cuiuſmodi futura eſſet, nemò tum rectè conijcere potuit. Nam alij id præſagium ad inſanam auri cupiditatem, alij ad libidinis intemperãtiam detorquebant. Sed cum hæc, quam dixi, controuerſia agitata eſſet, Imperatore temerè principiò contendente, Holoſphyrum illum Machometi verum eſſe Deum, qui nec genitus eſſet, nec genuiſſet: omnes id oraculum eò retulerunt, quod illa opinio à veritate alieniſsima, germana & peſſima eſſet inſania. Imperator autem nocte, menſe Martio, morbo correptus, Indictione * decimaquinta, quo tempore dogma illud in quæſtionem vocatum eſt, & menſe Maio demum ſopitum, mẽſe Septembri obijt, nec de Imperio quicquam præclari ordinauit: in ijs quæ poſt ſuum obitum facienda eſſent, mãdandis & præſcribendis ſegnior. In cauſa fuit, quòd nequaquam credebat inſtare ſibi mortem, ſed ſcire ſe affirmabat, XIIII. vitæ annos adhuc reſtare, idq; ad ipſum patriarcham Theodoſium dixit à quo monebatur, vt pro paterna pietate Reipublicę curam integris adhuc ſenſibus, maturè ſuſciperet: & curatorem fidelem filij ſucceſſoris, impuberis adhuc, & Imperatricis quæreret. Sed peſtilentes impoſtores aſtrologi, Imperatorem paulò pòſt ex morbo recreatum, vacaturum eſſe amoribus, & barbaricas vrbes euerſurum imprudenter aſſerebant: & quod incredibilius eſt, homines pręcipiti lingua & aſſueti mendacijs, motum vniuerſi orbis, & maximorum ſiderum congreſſus & concurſus, ventorumque procellas ingentes, & vniuerſitatis rerum penè mutationem prædicebant, Engaſtrimythi potius quàm aſtrologi. Neque verò annos duntaxat & menſes & hebdomadas numerabant, ſed dies etiam & horæ punctum deſignare non verebantur, quæ ſuæ poteſtati reſeruauit Pater, & ſeruator diſcipulos ſuos percontantes caſtigauit. Proinde non ipſe modò Imperator ſpeluncas & meatus ſubterraneos contra ventorum imperum inquirebat, & ad habitandum præparabat, & palatiorum faſtigia demoliebatur, vt minus impetu ventorum læderentur: ſed & miniſtri & cognati & adulatores eius ijſdem rebus intenti, partim terram, formicarum inſtar, effodiebãt, partim tẽtoria tripliciter conſuebant, & vectes cubitales, quominus tabernacula concuterentur, acuebant. Sed morbo, vt dixi, ingraueſcente, balneo vſus, cognouit ſpem vitæ euaneſcere, & terminum inſtare ineuitabilem, ac pauca cum aſtantibus de Alexio filio locutus, oratione ſuſpirijs interpolata (quia præuidebat, quæ poſt ſuum obitum tempeſtates impenderent) Patriarchæ monitu, breui chartæ de Aſtrologia ſubſcripſit, mutata priſtina ſententia. Denique admota ad arteriam manu, & pulſu pertentato, cum alto ſuſpirio femur percuſsit, & monaſticum habitum poſtulauit. Quo dicto, cum, vt fieri ſolet, tumultus eſſet ortus, & ſpiritualem veſtem nigro panno, omnis ornatus expertem miniſtri neſcio vbi nacti, mollibus & regijs veſtibus detractis, & aſpero illo diuinæ vitæ indumento illi induto, in ſpiritualem eum conuertunt militem, & galea thoraceque inſigniore ornatum, in cœleſtis Imperatoris catalogum referunt. Ea lacerna quippe breuior, crura heroici illius corporis non tegebat: vt nemo qui id cernebat à lachrymis ſibi temperaret, humanæ imbecil-

Mahomet nõ Deus, ſed doctrina condemnata.

Nicetæ Choniatæ Præſulis de Manuele præſagiũ.

Manuelis in monaſtico habitu obitus.

* XIII.

Aſtrologorũ ſeu potius engaſtrimythorum vanitate deceptus Manuel.

becillitatis cogitatione, & vtilitate corporis in morte, quo animus tanquam teſtæ incluſus coaleſcit. Sic igitur & vita & imperio cedit, quod annos trigintaocto gubernauit, tribus menſibus demptis. Ad quod Imperij ſpacium, vetuſtiſſimum illud oraculum alludere videtur:

Oraculum.

Tu prebende' te poſtrema nominis.

Nam ἀλ poſtrema ſyllaba nominis Manuelis, apud Græcos tantum numerum complectitur. Sepultus eſt in obliquo latere monaſterij Pantocratoris, iuxta templi fores in ſacello adiuncto, quà templi muro in fornicem circumflexo, latus circa tumulum ingreſſus diſtinguitur. Lapis eum tegit nigricans, & mœſtum aliquid præ ſe ferens, qui in ſeptem vertices aſſurgit. Non procul inde baſi impoſitus adoratur lapis purpureus, viri magnitudine, qui antè fuit Epheſi: & is eſſe dicitur, in quo Chriſtus de cruce ſublatus, & faſcijs innolutus conditus fuerit. Eum lapidem Imperator inde aduectum, humeris ſuis, quippe qui diuinum corpus, ipſumque Chriſtum geſtaſſet, à portu Bucoleontis, vſque ad ædem quæ in turri palatij eſt, pertulit. Sed non multo poſt Imperatoris obitum ſaxum illud è palatio ad ſepulchrum illius eſt tranſlatum, vt clara voce defuncti rés geſtas & certamina proclamaret,

Sepultura.

IMPERIVM ALEXII COMneni *Porphyrogeniti, Manuelis filij.*

Alexij pueritia Reipublicæ pernicioſa.

MAnuele Comneno ad hunc modũ defuncto, filius Alexius, ferè impubis adhuc, & puer, qui pædagogi & nutricis opera non ſatis commodè careat, ſucceſsit. Itaque Romana Reipublica perperá adminiſtrabatur, & peius ſe habebat, quàm quum Phaeton paternum currum per cœlum regere conatus eſt. Nam Imperator ob immaturam ætatem & inopiam conſilij, nullam officij rationem habebat, inani ſuperbia elatus, & vix ſatis gnarus, quæ res triſtes aut iucundæ eſſent, venationi & equitationi incumbebat: puerorum cum quibus colluderet, familiaritate vtebatur, vita peſsimè inſtituta. Paterni verò eius cognati & amici alijs rebus intenti, illius educationem alijs rebus omnibus anteuertendam, negligebant, nec interitum Reipublicæ curabant. Nam alij Imperatricis amore flagrabant, & eius pudicitiam haud diſsimulanter tentabant: calamiſtris, vnguentis puerilibus, mitris muliebribus, aureis torquibus ornati defixos in illam oculos habebant, & mutuũ illius amorem captabant. Alij, homines auari & rapaces, cum luxurioſiſsimè viuerent; fiſcum depeculabãtur, vt eum tamen immodicis ſumptibus exhauſtam, pecũnia reſarcirent. Alij ad Imperij cupiditatem omnia referebant. Denique tanquam ſtrenuo & graui pædagogo ſublato, confuſa erant omnia, dum ſuum quiſque negotium agit, & alteri aduerſatur: aut velut columna firma reuulſa, in partem contrariam omnia inclinabãt. Proinde cum potentiſsimi quique & cognati Imperatoris, æqualitatem ſpernerent, reipublicæ cura defecit, congreſſus & concilia deſerta ſunt. Cùm autem Protoſebaſtus & Protoueſtiarius Alexius Comnenus Manuelis patruelis, pueri Imperatoris matrem ſibi conciliaſſet, & crebro eius conſuetudine vteretur, cæteroſque omnes auctoritate vinceret: ij qui eadem orti erant familia, & Manuele imperante parem poteſtatem obtinuerant, maximis dignitatibus præditi, moleſtiſsimè illa ferebant, quidam etiam cum tyrannidem ſuboriri cernerent, Protoſebaſtum ſuſpectum habebant: non tàm de Imperatoris Alexij ſalute ſoliciti, quàm ne ipſi comprehenderentur, metuentes. Quapropter expectatione rerum futurarum ſuſpenſi, modò ipſi tuti eſſent, cæteros minus curabant. Fama enim, vt loquax eſt, iam vociferabatur: Alexium Imperatrici adhærere, cum eaque conſpiraſſe, multos ſibi officijs & largitionibus conciliare, & Imperatore eiecto, regnum affectare, & matris eius nuptias ambire. Atque ita ſeſe res Imperij habebant, confuſionis & turbarum plenæ: non aliter quàm in fabulis de ſerpente illo tradimr, qui cauda ſurda & cæca, non ſine multis offenſionibus progrediebatur. Is rerum ſtatus monſtro illo ſub Manuelis obitum edito, præſignificatus fuit. Nam mulier quædam in Propontide habitãs, puerum peperit, cætera perexilem, & imbecillem, ſed capite ingenti. Id principatus multorum, quem omnis Imperij & diſciplinæ contemptus ſequitur, omnem habitum. At Comnenus Andronicus Imperatoris Manuelis patruelis, de quo in illius hiſtoria copioſe ſcripſimus, cum Imperatoris mortẽ, & aulæ diſsidia, Oenæi audiuiſſet, veterem tyrannidis amorem renouat. Sed hæc ſuo loco commodius referentur. Nunc verò ne ordo hiſtoriæ interrumpatur, neq; quicquam memoratu dignum prætermittatur, paulò altius exordiamur. Hic Andronicus, vt Manuelis caſſes euitaret, cum perpetuũ ſibi ipſi exilium indixiſſet, multis vrbibus, multis prouincijs peragratis, tandem ad Sultachum vt diximus diuertit. Toparcha is erat, cui regio Chaldææ vicina in portionem ceſſerat, olim Romanis tributaria, tum autem Turcicæ ditionis & religionis: & caſtello illius voluntate occupato, atque ad naturalem loci ſitum artis munitione adiuncta ibi ſe tenebat: Theodora Comnenia Iſaacij Sebaſtocratoris filia, quam inceſto amore proſequebatur, fugæ comite. Orti autem * fratribus erant Iſaacius & Andronicus. Manuel verò cum eum non magis comprehendere, quam Iunonem Ixion, poſſet: Theodoram, tanquam ille Nubem, capere ſtuduit: atque eius voti per Trapezuntis principem Nicephorum Palæologũ compos factus, paulò pòſt ipſum etiam Andronicum Theodoræ amore tanquam eſca illectum, & non mediocri filiorum, quos illa ei pepererat, deſiderio flagrantem attraxit. Miſsis enim ad Imperatorem legatis, delictorum veniam, & fidem publicá poſtulauit, & vtraque re impetrata, aliquanto pòſt in vrbem reuerſus, vt erat ſolers & callidus, graui cathena ferrea collo circũuoluta, & ſub veſte ad pedes vſq; demiſſa, ne vel ab Imperatore, vel ab aſtantib. cerneretur, cũ in eius conſpectũ veniſſet humi porrectus quantus erat, prolata cathena & lachrymis oppletus, offenſarũ veniá magna contentione, ſupplici & miſerabili geſtu, flagitauit. Imperator eo ſpectaculo ſtupefactus, & ipſe in lachrymas erupit, eumque leuari iuſsit. Ille verò

Monſtrum.

Andronici et Manuelis reconciliatio.

**Patruelibus*

ſe

ſe ſurrectûrum eſſe negauit, niſi iuſſu Imperatoris ab aliquo ex aſtantibus cathena ad tribunal Imperatorium attraheretur, atque procumberet. Factum eſt, vt perijt Andrônicus, Angelo Iſaacio, à quo pòſt & Imperio & vita priuatus eſt, miniſtro: admiratione digna res, quæque non fortuitò accidiſſe videri queat. Tum autem ſplendidiſsimè & magnificeotiſsimè ſuſceptus, & humaniſsimè tractatus, vt decebat tantum virum ex diuturna peregrinatione reuerſum. Oenæum ablegatur, vt ibi habitaret, & ex longinquis erroribus ſe recrearet. Ambo enim norant, ſi vnà degerent, fore vt veteres ſimultates recrudeſcerent. Neque enim quieturam inuidiam, neque ocium acturos eos, quibus ſtudio eſt, criminando printipum captare beneuolentiam, & alios calumniando ſuas opes firmare, & ad altiorem dignitatis gradum aſcendere. Erat igitur Andronicus procul à Ioue & à fulmine, in voluntario exilio: ſed ærumnis illis errorum liber, & Imperatoria munificentia fruebatur. Eo loco degens, cum Manuelis obitum, & Palatina diſsidia, & Alexij equitationes & luſus, quibus puerilia ingenia capiuntur, audiſſet, curatores verò eius patricios, partim vt apes crebrò in prouincias euolare, & pro melle pecuniam congerere: partim vt capræ frondes, ita imperium continenter appetere, partim porcorum imitatione* ſordidis prouentibus pingueſcere, laudis verò & reipublicæ nullam prorſus rationẽ habere, ſed in turbitudine & flagitijs omnibus volutari comperiſſet, ſpecioſam inuadendi regni cauſam quæritat, ac poſt varias cogitationes & multiplices conatus, iuriſiurandi libellum, quod Manueli & filio eius Alexio dederat, legit. In quo cum verba non in alium ſenſum detorquenda eſſent, ſed in ſua natiua ſignificatione accipienda ille huic clauſulę (Si quid videro, aut intellexero, aut audiuero, quod honori, imperio, & ſaluti veſtræ fraudi ſit: id & vobis indicabo, & ipſe pro virili mea prohibebo) vt muſcæ vlceribus inhæſit, opportunæ admodum ad tyrannidem, qoam iam olim parturiebat. Et vt homo acer erat & imperioſus, crebras literas ad Imperatorem & nepotem Alexium, & ad patriarcham Theodoſium ac cæteros, in quibus aliqua ſcintilla amoris erga Manuelem defunctum apparebat, mittit, in quibus infamiam exaggerabat: ſeque indignari ſimulabat, quòd Protoſebaſtus non adempta potentia, ad moderatiorem fortunam redigeretur, tum quòd haud dubium Imperatori exitium iã iam inde impenderet, tum ob turpiſsimum rumorem, & ipſis auribus grauem, qui in ſummis mœnibus clamitet, & in foribus principum verſatus, totum orbem terrarum peruagetur. Hæc cum ſumma grauitate & ſplendore loquendo & ſcribendo (erat enim literarum apprimè peritus, & diuini oratoris Pauli epiſtolas ſubinde in ore habebat) omnes in ſuam ſententiam pertraxit: atque id conſecutus eſt, vt tanquam reipublicæ ſtudioſiſsimus, & longo tempore ac vſu rerũ diuturno perpolitus, ſummã autoritatem obtineret. Itaque Oenæo relicto Conſtantinopolim proficiſcitur: & quocunque venit, iuſiurandum ſuum profert: rogatus, profectionis ſuæ cauſam exponit, homines autem nouarum rerum cupidi, & qui veteri famæ, Andronico regnum vaticinanti credebant, ad illum tanquam ad aquilã monedulæ confluentes, irrita verba fundebant. Hoc modo vſque in Paphlagoniæ partes peruenit, & vbique, vt ſeruator diuinitùs miſſus, honorificentiſsimè excipitur. Cæterùm Alexius Sebaſtocrator, ſua potentia & Imperatoris gratia fretus ſummam rerum ſibi vendicabat, & inſolenter ſe gerebat, vt draco, cuius aſpectum poſt multa venena deuorata, nemo ſuſtineat. Neque quicquam erat rerum omniũ, quod per eum non gubernaretur. Quòd ſi quis alios clam aliquid vel ab Imperatrice exoraſſet, vel, occaſione vſus, ab Imperatore, nucibus aut lapillis ludẽte impetraſſet, ne id quidem inexploratũ relinquebat. Eam enim rationem inijt, qua per alios confecta, ad ſe referrentur, aquarum inſtar in verticem redeuntium, impetrato edicto, quo continebatur, ea quibus manus Imperatoris ſubſcripſiſſet, non aliter rata fore, niſi prius Alexius ea vidiſſet, & colore viridi ſubſcripſiſſet, Rata ſunt. Itaque ſuo arbitratu verſabat omnia, & quas pecunias Comnenij imperatores, multis ſudoribus, atq; etiam deglubendis pauperibus in theſauros retulerant, eas in ſe & imperatricem deriuabat. Vt planè id fieret, quod Archilochus ſcribit, ea ſæpè in ſcorti vuluam confluere, quæ longo labore & tempore ſint congeſta. Hinc tota ciuitas Andronicum ſpectabar, eius aduentus, vt fax in tenebris, & ſtella radians, expectabatur, proceres eum clam per literas ad accelerãdum iter hortabãtur. Neminem enim fore qui ei aduerſetur, aut vmbræ eius ſe opponat, ſed omnes ſupinis manibus eũ excepturos, & intimos cordium receſſus ei libenter reuelaturos. In primis verò Maria Prophirogenita, Imperatoris Alexij Germana, ſed non vterina ſoror, eum confirmabat, & Cæſareius maritus natione Italus. Quę cũ ægerrimè pateretur, paternũ imperium Sebaſtocratori prædæ eſſe, & alioqui iracunda mulier & virago, naturali etiam in nouercam odio incitata, præterea ſuperioris impatiens, & ſe vt aduerſariã ſuſpectã eſſe ægrè ferens: literis Andronicum, vt equum in carceribus ſtantem, & ad metam aſpirantem veluti flagellis incitabar, idque ſuo malo, accelerato ſibi interitu, & quia Sebaſtocratoris odiũ diſsimulare non poterat apertè ei aduerſabatur, & nihil non in eius perniciem conabatur, conciliatis etiam cognatis ſuis, quos fauere norat Andronico, & Protoſebaſto inimicos eſſe. Hi erant Comnenus Alexius, nothus Manuelis filius ex nepte Theodora ſuſceptus, Andronicus Lapardas, duo Andronici filij, Ioannes & Manuel, præfectus vrbis Ioannes Camaterus, & alij complures. Ita ſua in fratrem & Imperatorem fide per coniurationem firmata, & morte Protoſebaſti deſtinata, eius aggrediendi tempus cupidè obſeruabat. Quam ad rem cum eius in profundum Ryacem egreſſum cum Imperatore, ad celebrandum Theodoti martyris memoriam ſeptimo primi ieiuniorum, oportunum fore putaret, facinus inſtruxit, & percuſſores ſubornauit, qui ferrum in eius ſãguine tingerent. Sed caſu quodam eo conſilio fruſtrata eſt. Nam inſidijs paulò pòſt deprehenſis, cæteri ad tribunal Imperatoris adducti ſunt, vt ſententia de eo ſcelere ferretur, idque ſpecie duntaxat,

Angelus Iſaacius Andronici carnifex.

Andronicus regni affectãdi occaſionem quærit.

* *opimus.*

Vide Annotationes,

Alexij Sebaſtocratoris potentia.

Maria Porphyrogenita in Alexium Sebaſtocratorem coniurat.

non re vera. Statim enim condemnatio ſequibatur, & illi vt muti piſces, non data defendendi ſui poteſtate, in vincula abducebantur. Ipſa verò Porphyrogenita cum Cæſare marito, ad maximum templum confugit, iratam nouercam, & eius acerrimum defenſorem & amatorem ſe fugere vociferans. Non igitur Patriarcha ſolum, & collegium ſacerdotum, eius ſunt miſerti, ſed plebem quoque promiſcuam quæ eò confluxerat, ita commouit, vt vix à lachrymis temperarent. Quo populi affectu freta, & paupere turba æreorum ſtaterum largitione ad ſeditionem concitata, conſuetudinem ſupplicum contempſit: & veniæ mentionem, quæ ei offerebatur, audire nolens, poſtulabat, vt coniuratis carcere eductis, denuò cauſæ dictio daretur, neque vllo modo ferebat, vt Sebaſtocrator Rempublicam adminiſtraret. Eum enim limites tranſilire, & in multas res nefarias impingere, & tenebras ſuis maioribus offundere querebatur. Nec his cõtenta, vt palatio exigeretur, poſtulabat, & veluti ramũ adulterinum ex nobili ſtirpe reuelli & perdi: qui ſi vnà adoleſceret, Imperatorem ſuffocaturus eſſet. Cæterùm ea deſiderabat mulier, quæ euentura non erant. Nam ille vir imperatricis thalamo, vt polypus petris adhærens, acetabulis paſſim expanſis, nequaquam inde ſibi diſcedendum putabat. Cæterùm Imperatore ſorori Cæſariſſæ comminato, niſi vltrò templo excederet, vi abſtractam iri (cum Imperatorem dico, Protoſebaſti & matris Imperatoris edicta dico) illa ſe vltrò exceſſuram pernegat. & verita ne comprehenderetur, cuſtodes in portis collocat, & omnes aditus præſidijs munit, domo precationis in ſpeluncam latronum, aut caſtellum munitiſſimum & inexpugnabile conuerſa. Ita ſubinde progreſſa in deterius, & res illaudatas aggreſſa, copias auxiliares conſcribit, & templi ambitum caſtra facit. Nam & Italicos gladiatores coegit, & magnanimos Iberes ex oriente conſcripſit, qui negotiandi cauſâ in vrbe erant, & armatam Romanorum phalangem aſciuit, contemptis omnibus qui ad pacem hortabantur, nec ipſum Patriarcham verita, qui acriter inſtabat, & grauiter monebat, quid agendum eſſet, & ſæpe etiam iracundè obiurgabat. Eſt profectò morbus hic omnium ciuitatum, vt plebs ſit temeraria, & magno impetu feratur. Sed Conſtantinopoli turba circumforanea omnium turbulentiſſima eſt, & rectis conſilijs in minus gaudet, quo ex pluribus gentibus conſtat, & artium varietate quodammodo ingenia mutat, & quia peiora vincere ſolent, & in multis immaturis vuis vix vnus maturus acinus reperitur, neq; conſilio quicquam aggreditur, neq; æque animo ab inhoneſtis conatibus deſiſtit, & interdum fama tantum ſeditionis impulſa igni magis exæſtuat, in enſes, in præcipitia, in marinos ſcopulos cæco furore. Contrà, cum perterrita eſt, ad quemuis ſtrepitum expaueſcit, cuiuis collum calcandũ præbet. Rectè igitur inconſtantiæ & temeritatis nomine reprehenditur. Nam colluuies illa populi neq; ipſa ſibi rectè conſulere, neque alijs bene præcipientibus auſcultare ſolet, & contra fortunarum vrbium conſuetudinem, quicquid terra mariq́ue importatur, nullo cum fructu in peregrinas vrbes effundit. Leuitas verò & perfidia erga Imperatores, natura eius inſita eſt. Quem enim hodie vt legitimum magiſtratum extollunt, eum perendie pro maleficio traducunt. Vnde ſatis apparet, eos nihil cum ratione agere, ſed temeritate quadam & leuitate ingenij. Tum igitur in manipulos & cohortes centuriari, ac primum Mariam miſerari, quòd alia fortuna eſſet, quàm eius dignitas poſtularet, & in Protoſebaſtum vociferari, quòd præter meritum felix, fortuna abuteretur, Imperatoris etiam matri ſuccenſere, ac paulatim in ſeditionem erumpere, & quidam ſacerdos Chriſti imagine in forum allata, alter cruce in tergum ſublata, alius ſacro vexillo arrepto, ſeditioſos attraxerunt, vt Cæcias nubes, vt velut ex compoſito omnes imperatorem laudarent, & qui ſeditioſorum mos eſt, à bono principio ad malum finem delapſi, Protoſebaſtum & dominam execrarentur. Hoc non in Milio duntaxat fecerunt, ſed nec in circo equeſtri, palatium intuentes, à tanta fœditate abhorruerunt. Quod diebus compluribus continuatum, populum ad ſeditionem concitauit. Proinde vulgus, omni metu poſito, ſplendidiſſimas ædes eorum, quos Protoſebaſto & dominæ in primis charos eſſe norant, diripuit & diruit: inter quas inſignis domus Theodori Pantechni, præfecti vrbis, domeſtici Secretarij & Prætoris, deſtructa eſt, ac ipſe quidem fuga ſalutem quæſijt, ſed inſtrumento omni direpto, nec publicis commentarijs, quibus iura ciuitatis à veteribus deſcripta Imperatoribus continebantur, abſtinuerunt, quorum vtilitas cum publicè permanet ad omnes, aut plurimos, priuata eorum poſſeſsio tantam cupiditatis ſitim nullo modo poſſit extinguere. Protoſebaſtus igitur, cum malum ſubinde creſcere videret, conſilium tumultus illius comprimendi iniit, & quia Mariam Cæſariſſam ab inſtituto non receſſuram, neque de arrogantibus & immodicis iſtis poſtulationibus quicquam remiſſuram prouidebat, bello controuerſiam dirimere ſtatuit, eamq́ue ſacra æde velut arce eijcere. Itaque ex Orientalibus copijs exercitu non exiguo collecto, & in magnum palatium, vt vna caſtra, conuocato, locus idoneus quærebatur ex quo templum inuaderent. Iam enim etiam Cæſariſſa ad vim bello propulſandam ſe parabat, & ædes maximo templo iuxta Auguſteonem contiguas, illius milites euerterunt, & maximo fornice, qui eſt in Milio, conſcenſo, ad propulſandos imperatorios ſe parabant. D. quoque Alexij ædem, Auguſteonis atrio iunctam, cuſtodierunt. Verùm Imperatoris milites menſis Maij die VII. indictione XV. diluculo palatio egreſsi, Ioannis Theologi ædem cognomento Dijppum Sabbatio Armenio duce, occupant: eoq́ue conſcenſo, confuſum clamorem tollunt. Hora diei tertia cum pugna eſſet auſpicanda, foro pleno hominibus: Cæſariſſæ milites, qui è Milij fornice & Alexij æde pugnabant, telis è ſuperiore loco tanquam fulminibus coniectis, non mediocriter læſerunt. Cum autem aliæ quoque cohortes armis inſtructiſſimæ palatio educerentur, & omnes vicos, omnes angulos, omnes angiportus, qua ad templum itur, occuparent, populi

Maria ſeditionem concitat.

Byzantini populi temeritas.

Seditioſi v[illegible] *graſſantur.*

Protoſebaſtus armis ſeditionem opprimit.

puli ad Cæſariſſam concurſus compreſſus eſt. Cæſarianos quoque milites relicto templo, & Auguſteonis veſtibulo, cum imperatorijs exercitibus in vicis congreſſos, paucos cum multis, fatigari, & paulatim remoleſcere apparebat. Ita manifeſtè ad manus ventum eſt & pugna magna vi commiſſa, eminus ſagittis & comminus manu, gemitus cadentium, & cohortationes occidentium vtrinque audiuntur, ancipiti in ipſum vſque meridiem victoria. Die verò iam inclinante, Imperatorij haud obſcurè ſuperiores euaſerunt, Cæſarianis ex biuijs in Auguſteonem compulſis. Deinde etiam ij qui in fornice Milij ſtabant, & ex æde Alexij pugnabant, fugam ſpectarunt. Quibus locis occupatis, Imperatorius exercitus vexilla cum imaginibus in fornicibus erexit, & fores Auguſteonis ſecuribus & malleis perrupit. Cæſariani verò, quia reſiſtere non poterant, cum ex fornicibus ſupernè, & comminus in Auguſteone à globo militum peſſimè tractarentur, paulatim dilabebantur, parum adiuti ab ijs, qui ex Macronis, vbi Catechumeni inſtituuntur, & Thomaitæ ſuperioribus locis ſaxa & tela iaculabantur. Tandem armis vndique circumuenti, ex Auguſteone in templi veſtibulum irruunt, vbi princeps & maximus Dei apparitor, Archangelus Michael ſtricto gladio pro templi cuſtode imaginem habet, tenuibus calculis interpunctam. Ex eo neque imperatorij vlterius progredi potuerunt, ob ſuſpectos templi angiportus, neque Cæſariſſæ defenſores inde ad pugnam prodibant. At Cæſar de ſe ipſo & coniuge ſolicitus, ne turpiter ab inimicis caperentur, Patriarcha, metuens ne hoſtes in templum penetrarent, & profanis pedibus ſacrum ſolum calcarent, & impuris & calidum adhuc ſanguinem ſtillantibus manibus ſanctiſsima donaria raperent, pontificia ſtola ornatus, & diuina oracula manibus geſtans, in templi veſtibulū, quod & Protecdiceum dicitur, quòd ſe Cæſariani fuga receperant, deſcendit. Cæſar verò gladiatores, qui eccleſiæ fores tuebantur, & Latinos ſatellites adhuc viribus integros & vxoris ſuæ ac domeſticos miniſtros circiter 150. ſecum adduxit, & ſublime ſubſellium in Macrone nactos, orationem huiuſmodi habuit. Etſi non contra populares & eadem religione initiatos, ſed contra crucis inimicos arma ſumi decuiſſet, quia tamen ij qui Romanum Imperium malè adminiſtrant, illud nobis ademerunt, & quantumuis inuitos haſtas noſtras in ſe acuere coegerunt, hoſtes haud timidè propulſemus, neque religionis, neq; nationis ratione habita, ſed primùm vt hoſtes Dei, cuius templum impudenter ingrediuntur, deinde vt noſtros aduerſarios vlciſcamur. Neq; nos eo nomine quiſquam reprehendet. Hi enim quos nunquam offendimus, contra quos arma non cœpimus, contra nos veluti capitis damnatos impudenter accurrunt, nullo reſpectu honeſtatis, noſque Deo ſimplices, contra omnium æquitatem ex æde auellere contendunt, nulla à nobis iniuria laceſiti. Eſt enim extremæ inſaniæ, eos vel ob iurgare, vel vt iniurios laceſſere, qui ad Deum confugiunt, eoque interceſſore & defenſore, perſecutionum remedium quærunt. Quare nemo nefas putare debet, ſuam ſalutem propugnare, & ictum hoſtilem anteuertere. Neque populari ſuo, ſtricto enſe mortem minitanti, parcendum eſt. Quiſquis nocet, hoſtis habeatur, qui occiſum it, occidatur. Imò Deus ipſe gratiam nobis habebit, ſi templum ſuum contra iſtos carnifices defenderimus, qui hianti ore, vt videtis, ad ſacra diripienda veniunt. Quod niſi in animis baberent & ſacra prophanaque iuxtà æſtimarent, iampridem quippe victores, vltra templi veſtibulum vi penetrare deſtitiſſent. Verùm tanta eſt eorum impudentia, vt non modò nos, ſed ipſum etiam Deum ſpoliatum velint. Sed cruci affixum & hanc baſtam teſtor, haudquaquam ad exitum eos pra perducent. Nam & Deo donaria hæc à pollutis manibus intacta conſeruabimus, & noſtram ſalutem haud negligemus. Huiuſmodi oratione habita, in templi veſtibulum deſcendit, ad Michaelis Archangeli imaginem, cæteris eum vt ducem ſequentibus, qui omnes clypeos, & longos ancipites enſes geſtabant, planè æneis ſtatuis ſimiles. Ibi Cæſar acie inſtructa, ſigno crucis munitus, ante alios proſilijt. Qui verò in Auguſteonis atrio erant, primo illius impetu perturbati, foribus, alij alios vrgentes, effunduntur, ac multi ex Imperatoria legione vulnerati ſunt, vnus etiam enſe traiectus eſt. Poſt hoc Cæſar eò redit vnde venerat, Imperatorijs vltra atrium prodire non audentibus, ſed eminus tela ingerere contentis. Die iam ad occaſum vergente, milites vtrinque fatigati, pugnare deſtiterunt. Patriarchæ miniſtros ad dominam miſſo, qui quòd palatium ingredi, & Imperatorem adire, & nuncios vltrò citroque perferre ſolet, Palatinus dicitur, principiò diuinam ei iram comminatus eſt, quæ acutiſſimis oculis, quicquid vbiq; nefariè fiat, in nictu oculi intueatur. Deinde Cæſariſſæ verba de pacificatione nunciauit. Magnus itaque dux Andronicus Contoſtephanus, Magnus Hæteriarcha Ioannes Ducas, & alij complures, viri nobiles, & maximis ornati dignitatibus, ad iras vtrinque componendas adſunt. Ac tum quidem ob noctem magis, quàm quòd inuicem crederent, ab armis diſceſſerunt, poſtridie ad redintegrandam pugnam incitati, cum ijdem viri iterum adeſſent & Cæſariſſæ ac marito eius fidem dediſſent, nihil eis mali timendum eſſe, vel à fratre Imperatore, vel à domina nouerca, vel à Protoſebaſto Alexio, neque dignitatem eis ereptum iri: ita demum, data etiam ſocijs & adiutoribus eorum venia, ſecundo prælio abſtinuerunt. Ac alij iureiurando dato, & pacificatione peracta, ſtatim abierunt. Cæſar verò & Cæſariſſa noctu templo egreſſerunt, & in magnum palatium ſe contulerunt, in quo tum Imperatores degebant. Hunc Cæſaris res exitum babuerunt: & his de cauſis ignominioſum illud bellum eſt conflatum, quo diuina indignatio, propter ſacra polluta, contra nos commota eſt. Neque enim Cæſariſſam ſupplicem abſoluo, quæ temeritate ſua Rempublicam turbanit, neque eos qui verba ſupplicis aſpernati, in contentionem haud ſanè laudabilem deſcenderunt, & domum precationis cædibus impleuerunt, piaculi expertes eſſe ſtatuo. Nam ſi Titus Imperator, vrbis Hieroſolymorum oppugnator, Salomonio templo vſque adeò pepercit, & ei defendendo ita ſtuduit, vt ab erumpentes inde

Cæſaris oratio ad milites.

Patriarchæ autoritate pax reſtituitur.

Sacri belli deteſtatio.

Ab exemplo Titi, & mitiori.

te inde Iudaica cohorte telis peti, & malè tractari ſuum exercitum, qoàm ſumptooſum & miraodum illud opus violari maluerit, idq́ue homo eius Dei ignarus, cuius templum reuerebatur, & eorum Deorum cultor, qui cœlum noo fecerunt, qui honos à religioſis & Chriſtianis huic pucherrimo & planè diuino templo habendus

Templum D. Sophiæ.

non fuit, quod omnino Dei manibus fabricatum eſt, primum ac poſtremum opus pulcherrimum atque inimitabile, nec in terris aliud, quàm orbis quidam cœleſtis extitit? At Proto-

Theodoſius patriarcha à Protoſebaſto pellitur.

ſebaſtus patriachæ Theodoſio iratus, vt ſuis cupiditatibus apertè aduerſanti, principiò multos primarios ſacerdotes auro & conuiuijs corruptos contra illum ſubornauit. Deinde etiam de abſente iudicium fieri iuſsit, quòd Cæſariſſæ contra Imp. ſeditioſæ fauerit. & è templo quaſi arce quadam tumultus cum armis excitandi & nouis ſtudendi rebus occaſionem impudenter ac temerè ſuppeditarit. Forſitan etiam patriarchico ſolio tum eum detraxiſſet, niſi Cæſariſſa manibus pedibusq́; obſtitiſſet, nec ei tantumocij coocesſiſſet, vbi hoc Patriarcha pulſo alium ſubſtitueret, & virum ſanctiſsimum diligentiſsimè obſeruaſſet, ne à turbis negotiorum in ocium monaſterij, quod in Terebintho inſula ſtruxerat, ſe clàm ſubduceret, ipſiq́ue cauſa interitus eſſet ſtatim è templo abripiendę, & grauiſsimo ſupplicio afficieodæ. Tuoc autem opportunitatem explendi animi oactus, virum ſanctum ſacro palatio pulſom, in Pantepopti monaſterium relegat, plurimis vijs antè tentatis, & varijs rationibus excogitatis, improbiſsimorum ſenatorum & ſacerdotum conſilijs vſus, qui nec Deum oec homines metuebant, vt id facious honeſta ſpecie fu-

Theodoſius patriarcha reſtituitur.

caret. Noo tamen ſucceſsit negotium, tum quòd nihil in eo comperiebatur, propter quod pellendus eſſet, tum quòd Domina & alij plurimi, atque adeò ferè omnes Imperatoris conſanguinei, virum illum ſummopere venerabantur. Inuitus igitur obliquus iſte anguis, voluminibus omiſſis, & veneno quod in virum ſanctum euomendum curarat, turſos deuorato, ipſe quoque aſſentitur, vt Patriarcha in priſtinam ſedem reponatur. Die reditus inſtante, omnes magiſtratus, omnes ſacerdotes honeſtatis amanres, & tota vrbis multitudo, cōcurſu ad monaſterium facto, progreſsionem ciues ſplendidiſsimam effecerunt, vici vnguentis delibuti, ſuffitus ex lignis Indicis & aromatibus facti, tanta multitudine comitanre, vt veſperi demum in magnum Sophiæ templum perueniret, cum primo diluculo monaſterium egreſſus eſſet. Sacerdotes verò qui ei dignitatem abrogarant, ita facti puduit, vt non modò publicas vias declinarent, ob admiſſum fa-

Andronicus tyrannidem affectat.

cinus, & deriſum, ſed mortem etiam optarent. Interim Andronicus ſpe principatus elatus, & crebris illuſtrium virorum literis confirmatus, quæ, vt dixi, ex longinquo ad eum aduolabant: denique Maria quoq; filia, quæ ab ipſo haud degenerabat, fuga ad eum elapſa, & diſertè omnem palatij ſtatum referente, ſuauibus illius verbis, vt equus curſor flagellis concitatus, Paphlagonum finibus relictis, Ponti Heracleam proficiſcitur, atque inde longius progreſſus, multiplici calliditate, obſcuro ingenio, & ſimulandi ac diſsimulandi artificio obuios qooſq; præparauit & conciliauit. Nam quis ex dura adeò rupe natos eſſet, & corde adeò ferreo præditus, vt Andronici lachrymis & verborum præſtigijs atque illecebris, quæ fontis inſtar exuberabant, non moueretur? Iactabat enim honeſti ſtudium, & Imperatoris libertatem curæ ſibi eſſe profirebarur. Cæterùm

Protoſebaſtus liberalitate ſuos in officio retinet, & gratia Imperatricis, licet homo voluptarius.

nec Protoſebaſtus iſta negliglebat, quaoquam homo effœminarus, qui noo auroram tantum ſtertendo conſumebat, ſed magnam diei quoque partem ſomno tribuebat. & ne iubar Solis, alijs optatiſsimum, radijs oculos ei aperiret, velis denſioribus cubiculum obſcurabat, qoæ res eò quoque pertinebat, vt in tenebris deliteſceret.

Curialium vita perſtringitur.

Quòd ſi verius dicendum eſt, opera nocturni luxus facibus accenſis peragebat, facticio lumine diſcuſsis tenebris. Sole verò in noſtrum hemiſphærium aſcendenre, more ferarum cubile petens, taperibus & peplis lumen excludebat. Proinde cum putreſcentes dentes abſtergeret, & qui ob ætarem exciderant, picatione expleret, mollis homo & igoauus, plurimos viros nobiles noua ſibi rarione conciliauir, Imperatoris matre plerunque propugnatrice, aut potius conciliatrice inſuperabili vtendo, quæ ſplendore & elegantia vultus, æquabilitate morum, animi candore, & ſuauitate verborum, velori funiculo attrahebat omnes. Plærunque tamen pecunia placauit, & munificentia deliniuit eos, qui ſe poſteriores ferre iniquis animis patiebantur. Iraque

Andronici aduerſarij.

nullus Andronico reſiſtere iuſſus, à Protoſebaſto ad eum defecit, iam baud obſcurè regnum affectantem, neq; perſona illa, qua ſe is velabat, vt hoſtē tyrannidis, eſt deceptus. Nicæa enim princeps ac maxima Bithyniæ vrbs, planè repudiaoit Andronicum, oec eius vrbis præfectus Ioannes Ducas literis illius ſe de gradu deijci paſſus eſt, licet acrius ferientibus quàm mœnia vlli arietes aliæúe machinæ. Præterea magnus Domeſticus Ioannes comnenus, Thraciæ præfectus, non ſolum aures contra Andronici carmina obturauit, verùm etiam vt tyrannom inſectatus eſt, perſpecto in eius literis multiformi Prorbeo, tyrannico Andronici ingenio, velut in claro ſpeculo relucente. Qui cum Tarſiæ appropinquaret, & Nicomedenſium maximam partem ſibi adiunxiſſet: Andronicus Angelus, cuius filij Iſaacius & Alexius pòſt ad Imperij faſtigium aſcenderunt, cum iuſtis copijs contra eum mittitur, & circa Characem caſtellum commiſſo prælio, ſuccumbir: quanquam neque cum pari exercitu, neque cum duce bellicoſo, ſed cum ſpadone quodam congreſſus, qui ruſticos inutiles, & cohortes aliquot militum Paphlagonum adduxerat. Poſt acce-

Andronicus Angelus victus ad Andronicum deficit.

ptam cladem, cum ſtatim in vrbem veniſſet, repetita eſt ab eo pecunia, qoam ad bellum adminiſtrandum acceperat. Videns igitur caſum eum ſic accipi, quaſi ex amicitia Andronici rem de induſtria peius geſsiſſet, à ſex filijs impulſus, qui omnes cordati & manu ſtrenui viri erant, domū ſuam in exteriore Ciooio ſitam firmare præſidijs ioſtituir, aliqoot ex plebe adiutoribus aſcitis. Sed cum res ſuas eò vergere cerneret, vt ab Imperatore oppugnaretur, & aduerſarijs reſiſtere non poſſet, mutato conſilio, ſex filijs & vxore in nauim impoſitis, ad Andronicum abit. Qui

eo viſo

„ eo viſo, dixiſſe fertur: Ecce mittam Angelum „ meum ante faciem tuam, qui viam tibi præparet. Reſumpta igitur ex præſentia cōſobrini fiducia, & ſucceſſu conſilij ſui confirmatus, itineris ambagibus omiſsis, & vrbibus Nicæa & Nicomedia contemptis, rectà Conſtantinopolim pergit, & Peucijs diuerſatus (locus is eſt ſupra Chalcedonem) & multis pyris incenſis, non pro magnitudine exercitus, ſed vt maiores copias habere videretur, omnes Byzantinos ſuſpenſos reddidit, vt ſuis operibus omiſsis, littus oppoſitum intuerentur: & collibus ac tumulis conſcenſis, Andronicum adhuc procul ab vrbe remotum, nutibus veluti attraherent. Ita res recaluaſtri & cani Andronici procedebant.

Fides aulica.

Alexius verò Protoſebaſtus cum ingruentem hoſtem pedeſtribus copijs propulſare non poſſet (iam enim alij animis clàm ad Andronicum inclinabant, quibus ad eum tranſire pedibus tutò non licebat, alij ſe fidem ſuam Imperatori ſatis probaſſe putabant, ſi domi ſederent, neutri parti addicti. Sic enim animi calliditas, & conſuetudo illa, vt plerique cædibus & ſanguine imperio potiantur, vulgus & ſentire & loqui docuit) nauali pugna imminens diſcrimen auertere conatur.

Protoſebaſti claſsis contra Andronicum.

Igitur triremibus occupata eſt Propontis, in quibus partim Romani remigabant, & ex tabulatis pugnabant: partim diuerſæ nationes Latini nominis, pars fortiſsima & pugnaciſsima copiarum, quibus, quia plus quàm Romanis fretus erat, pecuniam ingentem numerabat. Cum autē ſibi fidiſſimos trierarchas deligere, & cognatos ſuos claſſi præficere in animo haberet, Contoſtephano Magno duce aduerſante, & præfecturam claſsis ſibi quouis modo vendicante, coactus conſilium mutat, & Contoſtephanum vniuerſæ claſſi præficit, adiunctis etiam cognatis & domeſticis ſuis. Ita Orientalibus nauibus aditu intercluſo, paulò pòſt quidam ex ordine ſacerdotum Georgius Xiphilinus ab imperatore ad Andronicum mittitur, qui cum in tyranni conſpectum veniſſet, literas reddidit, & quæ in mandatis acceperat, expoſuit.

Xiphilini legati perfidia.

Ea erant: promiſsio magnorum munerū, & amplioris dignitatis, & gratiæ Dei pacem procurantis, ſi à propoſito deſiſteret, vnde bella ciuilia oritura eſſent, & ad priſtinum vitæ genus reuerteretur. Andronicus verò, quum legatus Xiphilinus, vt aiunt, mala fide munus ſuū obijſſet, eumq; monuiſſet, ne vel minimum cederet, poſtulationem illam reijcit, & legatos ſuperbè dimiſſos, viciſsim nunciare Imperatori iuſsit: Si Andronicum eò reuerti velint, vnde diſceſſerit, Protoſebaſtum inprimis pellendum eſſe, & ad reddendas facinorum ſuorum rationes adigendum. Imperatoris matrem in ordinem cogendā, & tonſo capillo in monaſterium abdendam. Imperatori ex teſtamento paterno capeſſendum imperium: neque committendum, vt aliorum potentia tanquam ſpica lolio ſuffocetur.

Andronici ſuperbum reſponſum.

Verùm paucis diebus pòſt Magnus Dux Andronicus cum omnibus longis nauibus, quas Romanorum catalogus continebat, ad Andronicum defecit.

Contoſtephani ad Andronicum defectio.

Quæ res ſeditioſum Andronicum ſuper omnia extulit: & Protoſebaſtum adeò depreſſit, vt rebus deſperatis omnem animi alacritatem amitteret. Neq; enim amplius diſsimulanter concurſabant Andronici ſtudioſi, ſed Protoſebaſtum impudenter irridentes, qui nouis rebus gaudebant, Chalcedonem traijciebant, & turmatim Andronicum adeuntes ſtaturam eius & formam pulcherrimam & venerabilem ſenectutem mirabantur, & ſuauitate orationis eius magnifica pollicētis capti, alacres & læti domum redeūt, non ſecus ac ſi in fortunatis inſulis omni deliciarum genere expleti fuiſſent. Fuerunt etiam, qui ſub pelle ouina deliteſcentem lupum ex primo congreſſu perſpexerunt, & ſerpentem ſtatim à refocillatione graſſaturum in eos, quorum ſinu foueretur. Poſt hæc duo Andronici filij, Ioannes & Manuel, cæterique quos Protoſebaſtus in vincula coniecerat, carcere emittuntur: & alij eò conijciuntur, quibus idem fauebat: atque adeò omnis eius factio atque cognatio, & ipſe Protoſebaſtus in palatio comprehenſus, à cuſtodia Germanorum * ancipites ſecures in humeris geſtantium exitu prohibetur. Sed ſub mediam noctem clàm palatio eductus, in ædes ſacræ Curiæ, quas Patriarcha Michael ſtruxit, perducitur, „ cum eadem & maiore ac firmiore cuſtodia. O vi- „ ciſsitudinem rerum, aliquādo dicto citius ingruē rem. Is qui pridie bellum atrociſsimum Eccleſiæ intulerat, ampliſsima familia ortus; in ſummo faſtigio collocatus, qui contra officium ſupplices inde abſtrahere ſtuduerat, quem multa millia circumſonabant, is perendie vinctus, extorris, nullum pediſſequum, nullum adiutorem, nullum vindicem habuit. Quæ cum ægrè ferret, illud magis querebatur, quòd à cuſtodibus dormire prohiberetur, ſubinde irruentibus, & immotis oculis aſtare cogentibus. Ac Patriarcha oblitus iniuriarum, & mutatæ fortunæ miſertus, non paruam eius curam geſsit, & onus illud ſuo colloquio leuauit, hortans, vt moderatè cum cuſtodibus ageret, neque arrogantius quàm pro fortuna loqueretur. Aliquot diebus elapſis, matutino tempore ex templo abducitur, & munitiſsimo equulo impoſitus vexillo, quod in calamo ventilabatur, præeunte, per ludibrium ad mare deductus, & in lintrem coniectus, ad Andronicum defertur. Pòſt etiam de ſententia omnium procerum, iuſſu Andronici excæcatur.

Protoſebaſtus in vincula conjicitur, & excæcatur.

Hic exitus fuit potentiæ, ac potius nondum firmatæ tyrannidis, & adminiſtrationis Protoſebaſti: qui ſi (vt erat homo rei bellicæ peritus, & non ignauus) ita maiores copias comparaſſet, & maiore vigilantia rem geſsiſſet, tam Andronicum vrbis ingreſſu prohibere, quàm ipſe illa mala euitare potuiſſet. Nam de Imperatorijs theſauris ſumere licuiſſet quantum libuiſſet, & triremibus ad debellandum aduerſarium vti potuiſſet, in quibus Latini milites erant, tota Romana claſſe potiores, toti ferrei & cruenti. Enimuerò eum, fato aduerſante, ſegniorem, Andronicus factus alacrior, euertit, illuſtri victoria potitus: qui dum vltra fretum adhuc verſaretur, miſsis triremibus, quæ magnum Ducem ſequebantur, & delectis ex ſuo exercitu cohortibus, bellum Latinis in vrbe verſantibus infert.

Latini, ſeu Franci, vrbe pelluntur.

Quum autem vrbana quoque multitudo animos contra eos ſumpſiſſet, & inuicem ad ſtrenuè pugnandum cohortati eſſent, terra marique ſimul pugnatum eſt, & Latini à duobus exerciti-

bus

bus circumuenti, quia ſe defendere non poterant, vt quiſque potuit, ſalutem quæſiuerunt, apertis ad diripiendum ædibus, quæ plenæ diuitiatum omnis generis, eorumque bonorum fuerunt, quæ mortales expetere ſolent. Neque enim conſiſtere, neque Romanos inuadere, neque eorum impetum ſuſtinere audebant. Itaque alij, quò ſors tulit, in vrbe ſunt diſperſæ, alij in magnatum ædes euaſerunt, alij longius nauibus ſuorum popularium conſcenſis, ferrum vix euaſerunt. Qui comprehenſi fuere, capitis ſunt damnati, omnes rei familiaris iacturam fecerunt. Triremes verò fugitiuis plenæ, ex portubus vrbis in Helleſpontum prouectæ, eo die ad inſulas Principis & Protam, cæteraſque vrbi vicinas, non in alto ſitas, appulerunt. Poſtridie, nonnullis earum monaſterijs incenſis, velis remiſque diſceſſerunt. Nemine autem perſequente, vbi placuit excenſu facto, Romanis quicquid potuere nocuerunt.

Cometa,

Diebus illis Cometa in cœlo conſpectus eſt, qui grauiſsimas clades, quæ conſequutæ ſunt, portendit, atque ipſum adeò Andronicum expreſsit. Nam ſerpentem ſinuoſum repræſentans, nunc porrigebatur, nunc in ſpiras ſe colligebat, nunc cum horrore intuentium, quaſi inferiores ex alto deuoraturus eſſet, humani ſanguinis auidus, vaſtum rictum aperiebat. Sed quum non vltra diei illius reliquum, & ſequutam noctem duraſſet, euanuit.

Accipitris auſpicium.

Accipiter quoque aucupio exercitatus, albus, vincula pedibus geſtans, qui plumis in nido ſæpe amiſſis repubuerat, ab Oriente in VERBI maximum templum tetendit: ac Thomaiticam ædem ingreſſus, multos ad ſui ſpectaculum attraxit. Erant etiam qui eum comprehendere ſtuderent, verùm ipſe inde in magnum palatium peruolauit, & ſuper eo coaclaui conſedit, in quo recens Imperio potitos, diademate redimitos, ab omni populo celebrari moris eſt. Paulò pòſt ad templum reuertitur: & hoc circuitu ter peracto, tandem à quodam captus, ad Imperatorem affertur. Id auſpicium quidam planè ad Andronicum referentes, qui & ſæpiſsimè in carcerem coniectus, & canus eſſet: eum ſtatim pœnas grauiſsimas daturum interpretabantur, ſed prudentiores, & ſublimioribus præditi ingenijs, volatum illum ter repetitum, triennium ſignificare aſſerebant, quo in Imperio exacto, Andronicus rurſos in cuſtodia & compedibus futurus eſſet. Omnibus autem ad Andronicum nauigantibus, poſtremus omnium etiam Patriarcha Theodoſius cum primarijs ſacerdotibus traijcit. Qui quum pontificem ad ſuum tentorium accedere audiuiſſet, ſtatim ei obuiam procedit, veſte indutus fiſſa, violacei coloris, telæ Ibericæ, vſque ad genua & cubitos pertinente. Pileum in capite gerens, in acutum, pyramidis inſtar, deſinentem, pulli coloris, & quantus erat, ſe ad equi vngulas proſternit. Paulò pòſt aſſurgit, & Patriarchæ plantas deoſculans, eum Imperatoris ſeruatorem, honeſtatis amatorem, veritatis propugnatorem vocat, & Ioanni Chryſoſtomo comparandum, nullo honorifico titulo prætermiſſo.

Patriarcharum Andronico congreſſus et dicteria.

Patriarcha verò, qui tum primum Andronicum videbat, acuratius eo perluſtrato, animaduerſoque viſu truci, occulto ingenio, callidis & affectatis moribus, ſtatura ad decem ferè pedes aſſurgente, ſuperbo inceſſu, arrectis ſupercillijs, ſeueritate & triſtitia perpetua, miſeratus eos qui talem virum in perniciem ſuam accerſiuiſſent: Hactenus, inquit, audiui, nunc etiam vidi, & palàm cognoui, ac Dauidicum illud non ſine dolore adiecit, Vt audiuimus, ita quoque vidimus, quibus verbis ſalſe perſtringebat ſimulatum Andronici occurſum, & ſubmiſsionem, ſimul etiam memoria repetebat verba Manuelis imperatoris, qui Andronicum oratione depinxerat, & ignorantis Patriarchæ veluti oculis ſubiecerat. Sed illæ verborum ambages Andronici ſagacitatem non latuerunt, qui ambiguis illis verbis tanquam ancipiti gladio vulneratus, viſa ſuperciliorum Patriarchæ ſubtriſti, & denſa ſerie ad oculos vergente, quæ affectionum animi index eſſet: Ecce, inquit, occultum Armenium. Nam patre Armenio natus eſſe ferebatur. Eodem dicterio eum aliàs quoque perſtrinxit, cum in colloquio dolenti ſimilis diceret, ſe vnum Imperatoris Alexij curatorem supereſſe, ſine vllo moleſtiarum & laborum ſocio, ne ſanctitate quidem eius adiuuante: quanquam ei Manuel Alexij filij curam mandaſſet, & imperij adminiſtrationem etiam præ cognatis ſuis commiſiſſet. Cui Patriarcha reſpondit, ſe iam olim ſolicitudinem de Imperatore depoſuiſſe, hoc eſt, inter mortuos eum numerare, poſteaquam Andronicus vrbem ingreſſus, rerum adminiſtrationem ſuſceperit. Quo reſponſo confuſus Andronicus, & ſe intellexiſſe diſsimulans, rogauit, quid ſibi vellet ea oratio? quamuis ſatis ſciret, diuinum virum pueri Imperatoris mortem deſignaſſe. At ille, ne feram alioqui contra ſe rugientem magis irritaret, aut Camelum ad ſolitum vomitum prouocaret: dictum illud aliò detorſit, ac ſe iam olim & canonibus & ſenio, rerum adminiſtratione interdicentibus, Imperatorem curare deſijſſe, neque licere ſibi mundanis rebus implicari. Præterea ipſum Andronicum vel ſolum parem eſſe Imperatori educendo. Cæterùm Palatij rebus ex Andronici ſententia per filios & amicos eius quàm rectiſsimè conſtitutis, & Imperatoris etiam amicis, eius accedendi, & eius voluntati ſe accommodandi, poteſtate data, tandem ipſe quoque Andronicus Damali diſcedit.

Andronici cum Imperatore congreſſus.

ac triremi conſcenſa, dum per fretum in vrbem traijcit, Dauidicum illud hilariter ſuccinuit, Reuertere anima mea in requiem tuam, quoniam Dominus tibi benefecit, erepta vita mea ex morte, oculis meis à lachrymis, pedibus meis à lapſu vindicatis. Imperatore Alexio & matre eius Xene è palatio, vt voluerat Andronicus, in Manganicas regales ædes ad Philopatium digreſsis, eò ſe confert: ac Imperatore ſubmiſsè adorato, pedes eius amplectitur, cum ſolito planctu & fletu. Matre verò eius obiter & contemptim ſalutata, ſine diſsimulatione veteris in eam odij, citra moram longiorem in tentorium non procul inde paratum diſcedit, vbi omnes viri nobiles & honorati ſua quoque tabernacula erexerunt, quemadmodū pulli ſub gallinæ alas confugiunt.

Mendicus exuſtus.

Tum homo quidam, alter Irus Homericus, teter, ſine domo, diuitum limina terens, vt fruſtis panis famem ſedaret, captus eſt, cum intempeſta

nocte,

nocte iuxta Andronici tabernaculum victum mendicaret, vir procerus, & ſtrabus: ac primùm ab Andronici miniſtris pro mago inſimulatur, deinde vrbanæ plebi præter opinionẽ deditur. Ea verò ſpectando Andronico, vt diuino vultui intenta, eum indicta cauſa, congeſtis in theatro lignis aridis & ſarmentis, in Andronici gratiam exurit. Qui dies complures cũ Iuperatore in Philopario commoratus, Magnam vrbem intrare deſiderauit. & Manuelis patruelis ſepulchrum ſpectare.

Andronicus Manuelis ſepulchrum ſpectat.

Cùm in Pantocratoris monaſterium veniſſet, quæſiuit, vbi ſitus eſſet Imperator, eiuſque ſepulchro aſtans acerbè fleuit, miſerabiliter eiulans, vt quidam ex aſtantibus artium Andronici ignari, præ admiratione dicerent: O rem miram, vt Imperatorem cognatum, quamuis acrem & inhumanum perſecutorem, dilexit. Cùm autem quidam ex cognatis eum à tumulo auellerent, & luctui ſatis eſſe datum dicerent, monitis eorum nequaquam acquieuit: ſed periit, vt ſe pauliſper adhuc ſepulchro inhærere paterentur, habere enim, quod cum defuncto ſeorſim colloquatur. Itaque manibus & palmis ſupplicis in modum compoſitis, & oculis in ſepulchri ſaxum intentis, labia mouit, editaque voce, quæ à nemine ex audiretur, occultum colloquium habuit.

Interpretatio epicedij.

Acplerique murmur illud incantationem barbaricam eſſe, facetiores autem Andronicum Manueli inſultaret, & manes eius exagitare dicebant, his ver-
» bis: Habeo te perſecutor, à quo multis actus ſum
» erroribus, & totius penè mundi factus fabula,
» vniuerſo orbe pererrato: ac te quidem ſepulchrũ
» iſtud in ſeptem vertices aſſurgens, & ineuitabilis
» carcer profundo ſomno oppreſſum tenet, ex quo
» non niſi vltimæ tubæ clangore excitaberis: ego
» verò tuum genus vlciſcar, vt leo prædã opimam
» nactus, & pœnas iniuriarum tuarum graues exi-
» gam, poſtquam hanc ſplendidam vrbem ſum in-
» greſſus.

Quæ ſeptem vna ſibi muro circumdedit arces.

Andronicus ſuo arbitratu Rempublicã adminiſtrat.

Deinceps omnes domos illuſtres & ſplendidas peruagando, & viatorum inſtar in eis diuerſando, Rempublicam ſuo arbitratu admniſtrabat. Imperatori Alexio venationes & alia ludicra indulſit, cuſtodibus adhibitis, qui non modò ingreſſum & egreſſum eius diligentiſſimè obſeruarent, ſed etiam neminem omnino vlla de re cum eo colloqui paterentur, ſibi curam rerum vendicauit, non in id intentus, vt Romana res floreret, ſed vt omnes tàm conſilio quàm manu pollẽtes, & imperio idonei, diuerſæ factionis, palatio exigerentur. Paphlagones, cæteroſque omnes quorum opera & ſtudijs regnum occuparat, & honoribus & largitionibus eſt remuneratus. Dignitates & officia magnifica pro libito partim in filios ſuos, partim in alios tranſtulit: eos vtique qui ipſum ſecuti erant, vt olim ij, qui à Deo viuente ad Baalem defecerunt, quique ipſius gloriam priori laudabili dignitati cum iuſtitia coniunctæ prætulerunt.

Andronici. graſſationes.

Proinde clari viri partim domo & patria pellebantur, à chariſſimis ſuis auulſi, partim oculis priuabantur, partim in carcerem & ferreas manicas conijciebantur, nullius ſibi ſceleris conſcij: ſed illius criminis tacitè condemnati, quòd ex nobilitate eſſent, & in bello ſæpe fortiter ſe geſſiſſent, aut proceritate corporis & elegantia formæ, aut alia quapiam re quæ morderet Andronicum, & ſpe haud bona aleret, antecellerent, aut ob reſiduas veterum offenſarum ſcintillas, quæ hactenus velut ignis ſub cinere latuerant, reſuſcitatas, mulctabantur. Itaque peracerba fuit illorum temporum conditio, & con- »
iunctiſſimorum inter ſeſe perfidia, malũ intol- »
lerabile. Nec enim frater duntaxat fratrem, pater filium negligebat, ſi Andronico ita viſum eſſet, ſed proditores eorum infeſtiſſimos ad internecionem familiæ adiutabant. Erant etiam, qui ipſi ſuos deferrent vt aut Andronici acta irridentes, aut ſpreto Andronico, paternum imperium gerenti Alexio addictos. Multi quoque inter accuſandum ſunt accuſari: & dum alius arguunt, vt Andronici inſidiatores. & ab ipſis reis aut circumſtantibus ſunt delati, & in eandem cuſtodiã vtrique abducti.

Ioannis Cantacuzeni excæcatio.

Orationem meam confirmat Ioannes Cantacuzenus, qui pugnis in ſpadonem Zitam ira ſæuit, vt dẽtes ei excuteret, & labia diſcinderet, quòd cum Imperatore Alexio de communibus miſeris eſſet collocutus: idemq; mox comprehenſus, & oculis erutis in obſcurum carcerem eſt coniectus, quòd per quendam carceris cuſtodem fratris vxori ſuæ Angelo Conſtantino ſalutem dixerat. Nemo igitur ærumnarum erat expers: & ſi vnquam aliàs, tum certè reipſa monſtra illa apparebant, quæ Empedocles de Contentione fabulatur. Neque enim proceres duntaxat Andronici aduerſarij, ſed eius etiam cultores, crudeliſſimè tractabãtur. Nam quos heri humaniſſimè exceperat, & inter intimos habuerat, in eos hodie atrociter ſæuiebat. Ita videre erat eundem eodem die, vt de nauarcho Xerxis eſt memoriæ proditum, & coronari & ſecuri percuti, laudari, & conuicijs proſcindi. Itaq; pruden- »
tiores. Andronici laudationem iniuriæ princi- »
pium, & beneficẽtiam eius facultatum rapinam, »
benignitatem eius interitum iudicabant. Neque »
verò conſtabat, cum regnum affectaret, eum veneficum eſſe atrociſſimum, & lethalia pocula miſcendi peritum: ſed aliquot diebus pòſt, id omnibus in ore erat, verè necne, haud ſcio, ac eius nefariæ artis prima feciſſe periculum Maria Cæſariſſa Manuelis Imperatoris filia, ferebatur, quæ & princeps, & præ cæteris omnibus Andronici reditum expetiuerat.

Cæſaris & Cæſariſſæ interitus.

Nam pollicitationibus ab eo corruptum paternum eius ſpadonem cognomento Pterygionitem, lentum illi venenum miſcuiſſe. Ne multo pòſt, Cæſar vxoris obitum eſt conſecutus, qui nec ipſe naturali morte deceſſiſſe, ſed vnus calix duos præſtantes homines, Andronici inſidijs, confeciſſe putabatur.

Alexij et Irenes nothorũ inceſtæ nuptiæ.

Cùm autem filiam Irenen, ex conſobrina Theodora Comnena contra leges ſuſceptam Alexio, Manuelis ex inceſto concubitu Theodoræ filio, deſpondere vellet, breue ſcriptũ ad ſanctum Concilium componit, idque ſuo nomine atramento ſubſcriptum, publicè recitandum & deliberandum proponit. Cuius hæc erat ſententia: Vtrum ferẽdum eſſet matrimonium, quod cum parum aut nihil potius incommodi præ ſe ferat: tamen ad Orientis & Occidentis coniunctionem & captiuorum redemptionem pertineret, ac plura alia commoda Reipublicæ allatutum eſſet? Id breue ſcriptum veluti ahenum ebulliẽs,

aut Neptunius tridens, aut ingenioſe confictum illud Contentionis pomum, Concilium permiſcuit, & inter ſenatorios iudices omnes diſsidium effecit, aut, vt verius dicam, alios in alios armauit, & in contrarias velut acies diſtraxit. Nam eorum maxima pars corrupta largitionibus, & amplificandæ dignitatis promiſsionibus, id coniugium, vt licitum (quod vtinam factum non eſſet) approbauit. Iudices verò audaciores, qui procerum ædes frequentare, ac ſuffragia conuiuijs eorum condonare ſolent, & homines anari, & res diuinas cauponari ſoliti, eas perſonas inter ſe cognaras eſſe negabant: propterea quòd ex illicitis nuptijs procreatæ, nihil cum iure cognationis commune haberent, ac alieniſsimæ putarentur. Eſſe autem inſcitiæ, cauſam ſole illuſtriorem in quæſtionem vocari. Alij verò argumentis iſtis planè repudiaris, fortiter aduerſabantur: & nuptias iſtas, quæ inceſtæ eſſent, procedere nequaquam patiebantur. Eius pulcherrimæ ſententiæ auctores erant pauci ex ordine Pontificum & ſacerdotum, & ex Patribus conſcriptis aliquot, qui & ipſi Patriarchæ ſtudio incitati, & auctoritate confirmati, in recta ſentẽtia, quamuis eam domo non attuliſſent, permanebant.

Theodoſius patriarchatu cedit.

Hunc enim neque Andronici maieſtas debilitauit, neque vis eloquentiæ euertit, neque minæ perturbarunt, quo minus inſtar marinæ petræ inconcuſſus maneret. Qui cum ſe nihil proficere, & mala manifeſtè ingruere, & partem meliorem à maiore vinci cerneret: è ſacro palatio in inſulam Terebinthum, vbi ſibi diſterſorium & ſepulchrum ſtruxerat, diſcedit. Andronicus verò, vt deſideratum, ita inopinatum eius diſceſſum, inſtituto ſuo commodiſsimum ratus, nuptias perficit: Bulgarorum epiſcopo, qui tum fortè in vrbe erat, ceremonias matrimonij peragente.

Baſilius Camaterus patriarcha.

Quum de ſucceſſore ſuæ factionis patriarchæ dando deliberaret, Camatero Baſilio Oecumenicum pontificatum defert, aut potius illius ſyngrapha impulſus vendit, qua is promiſerat, ſe quicquid cordi eſſet Andronico, quantumuis illicitum, facturum, & ea declinaturum quæ illi diſplicerent.

Sultanus Iconij in Oriente graſſatur.

Hoc tam aflicto ciuitatis ſtatu, prouinciæ peius etiam habebant, neſcio quo fato Romanum imperium labefactante. Nam Iconij Sultanus audito Manuelis Imperatoris obitu, quem, vt Tantalus, ſaxum iamiam capiti imminens formidarat: Sozopolim belli iure capit, oppida circumiacentia direpta ſuæ ditionis facit, & ſplendidiſsimam Attali vrbem longa obſidione affligit: Cotyalium vaſtat, & alias complures prouincias in deditionem accipit.

Batazis ſeditio.

Adhæc, Magnus Domeſticus Ioannes Comnenus, cognomento Batazes, vir rei bellicæ non ignarus, multis victorijs contra Perſas inſignis, tum Philadelphiæ degens, acriter Andronico aduerſatur, eius edicta negligit, minas eius grauioribus minis eludit, & cum ob affectati regni crimen malè audiret, eum qui id iam inuaſerat, obiurgat, & vt malum genium, genus Imperatorium extirpantem, execratur. Vnde Aſianæ vrbes ſeditionibus & inteſtinis bellis grauius, quàm à finitimis hoſtibus affligebantur. Immò, quem barbari non violarant, eum ciues trucidabant, & concitati contra ſeſe populares, obliti neceſsitudinis, barbarico more alij in alios graſſabantur. Ac Andronicus in animo habuit, Andronicum Lapardam iuſtis copijs daris cum Bataze committere, virum paruum illum quidem, ſed bellicoſum.

Batazis victoria et obitus.

At Ioannes Comnenus oppreſſus morbo, circa Philadelphiam caſtrametatus, filios Manuelem & Alexium, contra Lapardam mittit. Cùm autem vario euentu pugnaretur, & multi vtrinque ciuilibus armis caderent, in magno luctu erat Batazes, ac fortunas ſuas miſerabatur, quòd tum infeliciter in lecto decumberet, cùm in publico & in acie verſandum, & bellica virtus declaranda, ac Orientalium vrbium voces ob victoriam audiendæ eſſent, vt re ipſa intelligeret ſenex Andronicus, cum quali ſibi aduerſario res eſſet. Sed quid non facit alacritas, & animus in re mala bonus? Iubet ſe in tumulum, vnde pugna conſpici poſſet, in lectulo deferri: & filijs vt inſtruenda ſit acies, præcipit. Sic victoria illuſtri potitur eius exercitus, & Lapardanos longè perſequitur ac cædit.

Philadelphienſiũ leuitas.

Paucis diebus poſt, Batazis interitus magnum Philadelphienſibus luctum attulit, & animos eorum omnium ita immutauit, vt cum Andronico ſe coniungere ſtatuerent, & miſsis Conſtantinopolim legatis, ad captandam Andronici beneuolentiam, Batazem, & filios eius ſumma animi leuitate criminarentur: Proinde Magni Domeſtici filij, metuentes, ne comprehenſi Andronico proderentur, ad Iconienſem Sultanum confugiunt, quorum calamitate declaratum eſt, laqueos & retia diuinæ prouidentiæ neminem poſſe euadere. Nam cum Sultani ceſſationem inferendis contra hoſtem auxilijs moleſtè ferrent, abire in Siciliã decreuerunt, & naui conſcenſa, principio proſpero flatu Cretici pelagi oram legunt. Ibi verò aduerſo vento coorto, ad Cretam appellere coacti, & à quodam præſidiario Gallo, ex eorum ordine, qui ſecures geſtant, cogniti, comprehenduntur, & apud Cretæ quæſtorem deferuntur. Qui cum eos incolumes & commeatu inſtructos, ex inſula dimittere in animo haberet, nec tamẽ ſuum exequi conſilium: illis iam agnitis, poſſet: rem Andronico indicat: qui vt lucis inimicus, & oculis infeſtiſsimus, miſeros illos Comnenos excæcat, ac Batazis obitum diuinum beneficium interpretatus, cæteris dolis etiam hũc adiecit, ingenij ſui diſsimulandi cauſa.

Alexij coronatio.

Autor eſt coronandi Alexij, eumque in humeros elatum lachrymans in magnæ Eccleſiæ ambonem pertulit: atque inde retulit, vt patrem pietate ſuperare videretur, & adoleſcentis Imperatoris præſidium haberetur, cùm ipſe aliud in animo haberet, ac Dauidicum illud agitaret, Elatum me alliſit. Quare omnibus aulę proceribus amotis, ſummaque rerum in ſe tranſlata, imperium ſuo arbitratu gerebat, ac principiò

Andronicus Xenæ Imperatrici infeſtus.

matrem Imperatoris, vt apertè ſibi, & Imperatoris ac reipub. commodis aduerſantem, criminari non deſtitit, ſeque diſceſſurum iterum ſimulauit: & populo ad eam conuicijs lacerandam concitato, ſuis artibus effecit, vt in ſacro palatio conueniret, & patriarcham Theodoſium importunis flagitationibus & crebris cõuicijs perpelleret, vt in Imperatricis eiectionem è palatio conſentiret. Tanta enim circumforaneæ turbæ vecordia erat, vt timẽdum eſſet, ne in barbam eius

inuolar

inuolsrent, nihil elucĕtem in eo ſanctimoniam reueriti, ni Andronici poſtulatis, vt ab iniuria eſſet tutior, annuiſſet. Beli quoque iudices, Monaſteriotes Leo, Tornicius Demetrius, & Conſtantinus Patrenus, nondum in album eorum inſcripri, qui Andronico ſtudebát, nec apertiſsimè illius cupiditatibus mácipati, vitæ periculũ adierunt. Nam de Imperatrice ſententias rogati, reſponderunt, ſe prius velle cognoſcere, an id concilium de Imperatoris ſententia coactum eſſet. Qua oratione tanquam ſtimulo vulneratus Andronicus: Iſti ſunt, inquit, qui Protoſebaſtum ad illa facinora impellunt: comprehendito eos. ſtatim igitur ſatellites gladios, quos humeris ſuſtinebant, in illos vibrarunt: & populus chlamydibus eorum apprehenſis, viros per contumeliam huc & illuc traxit, vt mortem ægrè effugerent.

Coniuratio in Andronicũ, excæcatione mulctata.

His peractis, Andronicus proceres inuaſit, qui cum ea facinora ferenda non ducerent, & Cyclopiam cœnam ante oculos haberent: fidem inter ſeſe dederunt & acceperunt, & concordiam ſanctiſsimo iureiurando firmauerunt, pacti, ſe nec oculis ſomnum viſuros, nec capitibus quietem daturos, ni prius Andronicum, ſi fieri poſſet, ſuſtuliſſent, vt ſuopte potius quàm conchæ ſanguine (qua veſtem ſuam tingere cupiens, omnem Imperatoriam ſtirpem euellere. & tãquam immanis bellua deuorare conaretur) purpuraſceret. Coniurati erant, Andronicus Angeli Conſtantini filius, Magnus Dux Andronicus Contoſtephanus, & horum filij ſedecim, omnes viri robuſti & bellicoſi: Logotheta Dromi Camaterus Baſilius, & alij complures genere eis iuncti. viri illuſtres. Sed ea conſpiratio prodita, non diu latuit Andronicum, qui impetu facto in Andronicum Angeli filium, tum non procul à terreſtribus mœnibus habitantem, illum cum quatuor filijs in exilium agit.

Angeli fuga cum quatuor filijs.

Nam ſagena ſatellitum Andronici cupidiſsimè euitata, conſcenſaque cum filijs nauicula, vacuis amphoris, quæ in ea erant, eiectis, periculum vix euitauit. Contoſtephanus cum quatuor filijs, & Camaterus Baſilius, comprehenſi, omnes excæcantur. Item alij non conuicti, ex fama duntaxat, eaque ambigua coniurationis, eaſdem pœnas dederunt. Ad hunc modum ijs, quos olim comprehenſos cupiebat, per occaſionem in poteſtatem redactis, & alijs in carcerem coniectis, alijs in exilium actis, alijs aliter mulctatis, cum paucos admodum reliquos eſſe cerneret, qui omiſſa pertinacia, errantium ſtellárum more, curſu in contrarium mutato, ſibi ſtuderent dominæ perniciem molitur: ac poſt varias criminationes, miſeram mulierem concilio ſuorum, & eorum iudicum cœtu coacto, qui non iudicaturi, ſed damnaturi erant, proditionis accuſat: eam ad Belam Hungariæ regem, ſororis maritum, crebras dediſſe literas, & magnis pollicitationibus eum impuliſſe vt Branizobam & Belligradum vaſtaret.

Imperatricis miſerabilis interitus.

Itaque in anguſtiſsimum carcerem prope S. Diomedis monaſterium ignominioſe abducitur. Vbi & cuſtodum ludibrijs ac contumelijs, & fame ſitique afflicta, ſæuiſsimi carnificis manum continenter expectabat. Andronicus verò nihil imminuta feritate, nihil niſi atrox & crudele cogitans, & viuere illam grauiter ferens, non multo poſt iniuriarum miniſtros iudices conuocat, quæ pœna legibus in vrbium & prouinciarum proditores ſtatuta ſit, rogat. accepto ſcripto, quo reſpondebatur, capitale id eſſe facinus: cohiberi non potuit, quin impetu in Imperatricem ferretur. Cùm autem iudices illi iniqui clara voce exclamaſſent, miſerrimam illam Imperatricem è medio tollendam eſſe: ſtatim chartæ ab Imperatore, filio eius, quaſi gutta materni ſanguinis, qua illa mori iubebatur, ſubſcribitur.

Tyrannicum miniſterium à filio recuſatum.

Illius crudeliſsimi & nefarij facinoris miniſtri Manuel primogenitus Andronici, & Georgius Auguſtus Andronici affinis, deliguntur. Ij verò ad ſolam eius rei mentionem conſternati, neglecto Imperatorio mandato, liberè dixerunt, ſe nec antè in Imperatricis necem conſenſiſſe, & ab eo piaculo puras habere manus, & nunc multo minus commiſſuros, vt in conſpectu ſuo corpus innocens lanietur. Quibus verbis Andronicus planè inopinatis turbatus, barbam digitis ſubinde implicuit, & ardentibus oculis, caput ſubinde attollendo & demittendo, ſuam miſeriam deplorauit: & crebrò indignatus, quòd amiciſsimi ſui à crudelitate abhorrentes, ſolo nutu ad facinus atrociſsimum non impellerentur. Ac tum repreſſo impetu, vt equus ferox & contumax, ſuppreſſaque iracundia, vt ignis fumo inuolutus occulitur; paucis diebus poſt miſeram ſuffocari iubet. eius mandati Conſtantino Tripſycho Hetæriarcha, & ſpadone Pterygionite, cuius veneficio Mariam Porphyrogenitam extinctam eſſe ſuprà dixi, executoribus. Sic illud eximium formæ decus, » iucundiſsimæ lucis aſpectu priuatum, in littore » arena obtuitur. Heu tantum nefas ſolem intue- » ri. O Dei verbum omni principio prius, eamúe » eſſe tuam lenitatem incredibilem! Andronicus » verò exultabat, ac lætabatur, cum familia Manuelis excinderetur, quaſi ſolus Romanis prouincijs potiturus, & imperium ſine vllo periculo occupaturus.

Andronicus Imperator deſignatur.

Igitur Septembri menſe, indictione II. anno à mundi exordio ſexies milleſimo & ſexcenteſimo deſignationi ſuæ adijcit animũ: ac improbus ille grex, & mercenaria manus quanquam Andronico voluntatem ſuam diſsimulante de Bithynica ſeditione, deque Iſaacio Angelo & Theodoro Cantacuzeno Nicææ receptis, & de improbis Pruſaenſium conatibus, qui Theodorum Angulum, Nicæenſes imitati, recepiſſent, concilio indicto aſſerit, nullum fore ſeditionum finem, niſi Andronicus imperaret, qui ob venerabilem ſenectutem prudẽtia ſuperet adoleſcentes, & in ſolio gemmato conſidens, & Imperatorio diademate redimitus, pari poteſtate cum immaturo Imperatore vteretur, oculis atque animo in rerum omnium adminiſtrationem & executionem maioribus viribus & auctoritate intentus. Corona verò circumſtans, & Andronici, ob ſplendorem generis, & dignitatum excellentiam, aſſeſſores, vna voce exclamarunt. Eam rem ſibi iam olim in votis eſſe, nec tergiuerſationi locum relinqui. Quod niſi cum gratia impetraret, vim minitantes, acclamationem hanc (Alexius & Andronicus Comneni magni Imperatores & principes Romanorum, multos annos viuunto) hianti ore & plenis faucibus cecinerũt, vt parum abeſſet, quin clamoribus rumperentur. Cum ea

Acclamatio Imperatoria.

prçclara res ad ſimplicis populi aures perueniſſet (ſic enim Conſtantinopolitana plebs vocanda eſt) omnis generis, ætatis, opificij, multitudo, velut apum examina aluearibus effuſa conuenit: & quidam Beli iudex, cuius nomen libens prætereo, vt obſeruantiſſimus Andronici famulus ſupplicium libellorum officium adeptus, & alius quidam Protonotarius, homo tumidæ linguæ, & præcipuus tyrannidis miniſter: rumore, qui de Andronici deſignatione paſſim vagabatur, audito, improbi aſſentatores vno ſpiritu in tyrannicam domum, quæ Michaelize dicitur, vbi iſta tractabantur, properarunt: & ſenatorijs capitum tegminibus detractis, albas ſindones ex humeris dependentes, in orbem conuoluerunt, & cœtibus in triuijs coactis, vt præſultores choreæ, fractum & molle canticum auſpicati, exultarunt, cum plauſu manuum, ad numerum ſaltantes. O impudentiam ſingularem, & vecordis animi leuitatem. Cùm autem Andronicus ex tyrannicis ædibus in Blachernium palatium deſcendiſſet, & Polytimi ſublimes ædes ingreſſus eſſet, etiam Alexius Imperator acclamationibus & ſuſpirijs hominum excitus (neque enim omnes ex intemperiæ agitabant) vbi palatium hominibus refertum, & Andronicum ab omnibus pro Imperatore celebrari vidit: tempori ſeruiendum ratus, ſeni cum cæteris adulatus eſt, eumque ad Imperij ſocietatem vocauit, ad quod iam olim magno impetu ferebatur, ac factionis pars acrior Andronicum tergiuerſantem, & conſeſſum recuſantem ſcilicet, ambabus manibus comprehenſum, in aurata ſella collocauit: alij pullo & acuto pileo detracto, rubram mitram eius capiti impoſuerunt: alij ſtola imperatoria eum induerunt. Poſtridie cum in magna Eccleſia Imperatores proclamarentur, ordine mutato, Andronici nomen priore, Alexij poſteriore loco eſt pronunciatum, ob cauſam nimirum honeſtam & ſpecioſam: non decere infantem, immaturæ ætatis, leuibus malis celebrari ante Andronicum, virum canum, prudentia venerabilem, excellenti præditum ingenio. Poſtquam verò ipſe Andronicus in ſacram ędem peruenit, vt coronaretur, tum primum hilarior viſus eſt, truci aſpectu poſito, & multis ſupplicantibus ſpem rerum meliorum fecit, manifeſta vtique fraude & falſa pollicitatione impoſtoris. Nam illa vultus hilaritas, tenuiſſimam humanitatis ſpeciem ad tempus præ ſe ferens, abſtruſam in eo immanitatem obtegebat. Templum ingreſſus, coronationis cerimonijs peractis, cum ſacroſancta myſteria percipienda eſſent: cum cœleſti pane percepto, ad calicem precioſi & viuifici ſanguinis bibendum accederet, manibus tanquam ad poculum prehendendum extentis, & vultu ad triſtitiam compoſito, per veneranda myſteria, ferè omnibus ijs aſtantibus, & audientibus qui in ſacro adyto erant, iurat, ſe non alia de cauſa imperium accepiſſe, niſi vt Alexium imperatorem & conſobrinum iuuaret, eiuſque potentiam ſtabiliret, quem paucis diebus pòſt laqueo præfocatum, in maris fundum demerſit. Templum cum ſplendidiſſimo comitatu & plurimis armigeris egreſſus (eam enim rationem dictabat illi metus acerrimus) vbi perſeruatoris Chriſti ædem in Chalcem tranſijt, non pedetentim proceſſit, nec alicubi immoratus eſt, qui triumphantium Imperatorum mos eſt. Id factum in quæſtione fuit, vtrum à metu proficiſceretur, an aliam cauſam haberet. Poſtquam in magnum palatium peruenit, & compluribus diebus pro Imperij auſpicijs rem diuinam fecit, ad alia ſcelera conuertit animum. Nam cum Alexium imperatorem è medio, ſublaturus eſſet, ſenatum ſuum conuocat, & ſodalitium ſcelerũ miniſtrorum cogit. Hi verò Homericum illud ſtatim vno ore exclamant:

Andronicus Alexio præfertur.

Eſt mala res multos dominarier: vnicus eſto
Rex dominuſq;.

Item, aquilæ ſenium eſſe corydali iuuentam: ac decernunt, priuatam vitam agendam eſſe Alexio, nec iam ambagibus inuoluunt orationem, omiſſa mentione educationis & conſeruationis imperij, quæ non ita pridem in maxima populi frequentia iactarant, quæq; rerum illarum ignaris pro defenſione facinorum reſponderi ſolebant. Vix iam decretum erat in Republica cognitum, cùm Imperator Alexius ab improbo illo cœtu capitis damnatur, tantum non Salomonium illud elocuto: Vinciamus iuſtũ, quia non eſt nobis commodus: conſpectus eius nobis eſt grauis. Itaque Stephanus Hagiochriſtophorita, Conſtãtinus Tripſychus, & Theodorus quidam Badibrenus lictorum præfectus, noctu eum adorti, neruo arcus ſtrangulant. Andronicus cadaueris latus pede tundit: & parentum eius alterum vt periurum & iniurium, alteram vt vulgati corporis mulierculam contumelioſe inſectatur. Dein vetu auris ei perforatur: traiectoq; filo, appẽſa cera, Andronici annulo ſignatur: reliquũ corpus in profundum maris abijci, caput verò à ceruice reuulſum, ad Andronicum referri iubetur. Peractis mandatis, caput clàm in Catabaten (loci nomen. id eſt.) abijcitur: truncus arcę plumbeæ inuolutus, in mare demergitur. Cymba, qua miſerrima illa ſarcina vecta erat, à duobus claris viris cum carminibus & tripudijs, Ioanne Camaterio Caniclæi præfecto, qui pòſt Bulgariæ patriarcha extitit, & à Chartulario Theodoſio Chumeno, eſt reducta.

Alexius Imperator & imperio & vita ſpoliatur ab Andronico.

ANDRONICI COMNENI
Imperium.

AD hunc modum Alexius Imperator rebus humanis exemptus eſt, anno ætatis nondum decimoquinto, imperij tertio, exacto. quod tamen ſuo arbitratu non geſſit, à matre principio, deinde à duobus tyrannis republica adminiſtrata, per quos vt à nube Sol abſcondebatur, miniſtro quam Imperatori ſimilior, cum ea faceret & iuberet, quæ præceptores iubebant, donec laqueo præfocatus eſt. Iſto miſerabili facinore perpetrato, Andronicus Annam Imperatoris Alexij ſponſam, regis Francorum filiam, matrimonio ſibi iungit: nihil verecundatus effœtus & vietus ſenex, ſobrini vxorem adoleſcentulam, roſeam & tenellam,

Andronici inceſtæ & immaturæ nuptiæ.

non-

nondum annos XI. natam per nefas amplecti.
Pōtifices periurij crimine liberatis, ab Andronico deluduntur.
Eius neſarij voti compos factus, à Patriarcha ſuo
& concilio aliam gratiam petit, vt iureiurando,
quod Imperatori Manueli, & infelici eius filio
dederat, ſoluatur; ac cæteri vnà, quos ſacramenti
cæperat obliuio. Illi verò, quaſi abſq; vllo diſcri-
mine & vinciendi & ſoluendi quemlibet pote-
ſtatem diuinitus accepiſſent, ſtatim literis publi-
cè affixis, impunitatem ſcelerum perfidis conceſ-
ſerunt. Andronicus verò pontificibus illis iuriſ-
iurandi ſolutoribus, quàm egregiam gratiam re-
tulit? Ea fuit, vt quædam leuicula eorum poſtu-
lata fierent: maximus verò is honos fuit, vt ſubſel
lijs ad ſoliũ Imperatoris collocatis, ei aſsiderent:
qui cum paucos dies duraſſet, vmbra potius ho-
noris quàm verus honos, materiam eos ridendi
præbuit, priſtina conſuetudine reuocata, inſtat
vi curuati ligni, quod laxatum ad ſuam naturam
reuertitur. Imò ea res dignitatem eorũ multum
imminuit. Nam Andronicus ne omnium mor-
talium leuiſsimus, & in actis ſuis parum conſta-
re ſibi videretur, pontifices illos in ſplendido ſo-
lio ſedens, non facilè admittebat. Ita qui paulò
antè Imperatorio conſeſſu gloriabantur, idque
ſibi præmium vt fidelibus miniſtris datum ver-
bis Dauidicis iactarant: tum inuolutis capitibus
recedentes, ſeſe miſerabãtur, quod ijs ſolutis quæ
ſoluenda non eſſent, à Deo defeciſſent, & deri-
ſorem Andronicum fruſtra coluiſſent. Vt au-
Andronicus Lapardas ab Andronico deficit.
tem Andronici deſignatio, & Alexij Imperatoris
ſuffocatio, Alexio Branæ & Andronico Lapardæ
legionum ducibus, qui ad Niſum & Branizo-
bam Hungariæ regi Belæ reſiſtebant, loca illa om
nia ferro & igni vaſtanti, ſignificata eſt: Lapar-
das vitæ ſpe abiecta, vaſtas Andronici maxillas
perpetuò formidabat, vt iamiam ab ijs deuoran-
dus. Branas verò iam in numerum amicorum
Andronici aſſumptus, imperij mutationem ala-
cri animo ferebat. Alter verò varijs rationibus
apud animum ſuum initis, & more Laconici ca-
nis veſtigata via quam inſiſteret, in eo ſalutem
ſuam eſſe poſitam animaduertit, vt è conſpectu
& poteſtate Andronici quàm longiſsimè abiret,
quod conſilium ſi perſecutus eſſet, nec alijs rebus
animum adiecisſet, euaſiſſet incolumis. Verùm
cùm nocere cuperet Andronico, & Imperatoris
parricidium vlciſci, deficit: & quia videbat, in
Occidente locum ſibi non futurum, nec colle-
gam Alexium Branam paſſurum moueri aliquid
contra Andronicum: in Orientem, magis ſibi
familiarem, intendit animum: quippe vbi ſæpe
maxima imperia geſsiſſet, & homines ad defe-
ctionem æquè propenſos eſſe ſciret. Itaque Bra-
næ collegæ perſuadet, vt ibidem perſeueret, dum
,, ad recentem Imperatorē proficiſceretur: ipſe ſta-
,, tim iter ingreſſus, famam ea quoque quæ ſub ter
,, ra latent, perſpicere, & futura ſæpe tanquam iam
facta, promulgare ſolitam, anteuertit. Vbi Ore-
ſtiadem, quæ nunc Adrianopolis appellatur, in
patriam ſuam peruenit, pauliſper ibi commora-
tus, dum ſorores ſalutaret, non vlterius cunctan-
dum, ſed quanta feſtinatione poſſet, in Orien-
tem contendendum cenſuit. Iam enim fama, vt
loquax eſt, in triuijs & plateis, in ſummis mœ-
nibus & cãmpis, viri fugam celebrabat, & ſum-
ma velocitate paſsim ſpargebat. Itaque nocte
Andronicus Lapardas erutis oculis fit monachus.
vna ad mare deſcendit: conſcenſiſque nauibus
ad Hyelocaſtellium ea de cauſa paratis, traijcit.
Vbi cum paulùm reſpiraſſet, ſe interitum & cru-
entas Andronici fauces effugiſſe rebatur. Cæte-
rùm apparet, hunc quoque lancibus ad Orcum ,,
vergentibus à prouidentia ex libro vitæ dele- ,,
tum, & Andronici crudelitati condonatum fu-
iſſe. Nam reflante numine, illorum manibus
comprehenditur, & ad Andronicum mittitur,
quorum ope ſe non modo ſaluum & beatum,
ſed ſummis etiam ſtudijs Andronici victorem
fore ſperarat. Verùm erant illa vtique infelicis
animi figmenta & ſpectra inania ſomniorum. ,,
Nam cum Adramyttium perueniſſet, à quodam
Cephala, viro in illis locis potenti & primario, vt
fidem ſuam erga tyrannum declararet, compre-
henſus: Andronico parata hoſtia ad cædem offer-
tur, atque effoſsis oculis in Pantepopti mona-
ſterium conijcitur, iniquitatem fortunæ ſuæ de-
plorans. Nam cum ob pulcherrimam cauſam
diſcrimen defectionis adijſſet, illam prudenti
conſilio ſpreto, ac planè deſtituto, peiori parti fa
uiſſe. Ita Deus non vitam ſolum laboris & triſti- ,,
tiæ expertem, ſed imminentis etiam exitij, & fu- ,,
turarum actionum prænotionem abſcondit. Hic ,,
enim vir ſæpe pręclari ducis functus officijs, cùm
pòſt Imperatoris Alexij obitũ Andronico ſeruire
turpe duceret ac certam mortem & naturam ty-
ranni ad cædem promptiſsimi vitaret, in eius
manus incidit, quem fugiebat, & quem à tergo
inſtare putabat, à fronte & aduerſarium & victo-
rem habuit obuium, nec multo pòſt moritur.
Andronici machinationes contra Lapardam.
Andronicus verò eius defectione ita conſterna-
tus fuit, vt toto tempore fugæ illius, exitium ca-
piti ſuo imminere putaret. Metuebat enim La-
pardam, vt & ducem acerrimum, & virum ma-
gnanimum: & quia videbat, eum perſequendo
& armis debellari non poſſe, ad literarum ſoler-
tiam conuertitur, & callidiſsimo conſilio epiſto-
las ad primarios Orientalium prouinciarum prę-
ſides, dolo plenas mittit, quibus aſſeuerabat, La-
pardam à ſe in Aſiam miſſum eſſe: qui quicquid ,,
acturus eſſet, certis de cauſis, aliter quàm pleriq; ,,
ſuſpicarentur, pro ſtabiliendo ipſius imperio a- ,,
cturus eſſet. Quæ eò pertinebant, vt vulgi impe-
tum reprimeret, ſuſpicãtis ſubeſſe dolum, quòd
Lapardas ſe pro Andronici aduerſario gerens,
manum faceret: Andronicus verò deſertoris fi-
dem prædicaret, atque vt à ſe miſſum ſuſcipi iu-
beret. Quid autem ſpecioſæ iſtæ literæ ponderis
habituræ fuerint, accelerata Lapardæ captiuitas
cognoſcere non ſiuit. Timore illo præter expe-
Andronicus relaxatis curis, ad Nicæam obſidendam proficiſcitur.
ctationem propulſato, ſumma lætitia affectus,
lentis itineribus Cypſella contendit: ibique ve-
nationibus recreatus, in paternum monaſte-
rium Peræ ſe confert, ac patris monumento cum
regio comitatu & ſplendore aſtat, cuius is quo-
que cupiditatem fruſtra aluerat. Nam regni affe-
ctationem Andronicus hæreditariam à patre ac-
ceperat. Vbi cum per dies aliquot ſupplicijs ab-
ſtinuiſſet, vnde illi à multis Halcyonij vocaban-
tur, paulò pòſt ad Chriſti natalem in palatium
reuerſus, cum ludis Circenſibus & ſpectaculis ſe
recreaſſet: vere aduentante copijs omnibus coa-
ctis, quæ vel in Oriente vel Occidente fidem ſer-
uarant, rectà ad Nicæam contendit. Alexium

verò Branam Branizoba reuerſum, cùm iuſto exercitu contra Lopardianos mittit, qui Nicæenſes & Pruſaenſes imitari defecerant. Qui cùm bello finem felicem impoſuiſſet, ad Nicæam contendit: vbi Andronicus illis copijs auctus, vrbem inuadere ſtatuit, cuius incolæ non abſenrem modò patum timebant, ſed præſentem etiam contemnebant, & mœnia oppugnantem cum armis vlciſcebantur: tum indecoris verbis laceſſebant, nullo dicto & ictu prætermiſſo. Portæ quidem vrbis clauſæ erant, & vectibus munitæ: linguæ verò, labijs tanquam portis apertis, & dentibus tanquam pinnis emiſſæ, obſcœniſsimis dicterijs Andronicum lacerabant. Quibus inflammatus, animi dolorem celare non poterat. Mœnia Nicææ cocto latere conſtanr, eaque firmitate ſunt, vt vi aut non capi, aut difficulter poſſe capi videantur. Tum aurem milires eò confluxerant, Andronico infeſti: & Angelus Iſaacius, qui euerſo Andronico imperium occupauit: & Theodorus Cantacuzenus, accerſita erant & Perſica auxilia. Quæ cum omnia difficilem redderent expugnarionem, & Andronicus diebus compluribus fruſtra obequitaſſet, non aliter quàm ſi prætuptas rupes, & Arbela, aur mœnia Babylonis oppugnaret, aut ſagittas in cœlum eiacularetur, obſeſsis fortiter repugnantibus, & arma armis, machinas machinis, quæ variæ ab Andronico, ſolertiam ſuam vrbes oppugnandi oſtentante, excogitabantur, propulſantibus. Occultis enim portis erumpentes, arietes diſturbabant & incendebant: & cum mœnibus admouerentur, ſimilibus machinis, vt araneæ telas, perrumpebant. Quare Andronicus cum ſua conſilia ſucceſſu carere videret, inhumanum facinus molitur, à paucis antè vſurpatum, matrem Iſaacij Angeli Euphroſynam, Byzanrio accerſitam, nunc vt propugnaculum machinis apponit, nunc ea arieti impoſita mœnia ferit, vt eodem tempore & ſpectaculi nouitas & iracundiæ immanitas à nullo ſcelere abhorrens, miſerationem: & mulierculæ rolerantia, non ipſo metu exanimatæ, in tanto tamque periculoſo impetu admirationem haberet, ac tum primùm videre mortales, reneram mulierculam defenſionis ergò ferro prępoſitam, ac mirabiliter inuerſo ordine, fragile corpus hominis firmiſsimis machinis adiunctum, vt qui ex ijs pugnabant, incolumes manerent. Tela verò è mœnibus æquè ac prius, ſed tanta caurione iaciebantur, vt illæſa nobili muliere, quaſi illa nutibus & manibus iacula à ſe auerſa in hoſtium corda defigeret, hoſtes & ferirent & rerrerent. Immane iſtud facinus adeò nihil Andronico profuit, vt Nicæenſes facta noctu eruptione, & machinas incenderent: & muliere, fune in vrbem attracta, eum tanquam Phineum ab Harpyis ſpoliatum, plorare ſinerent, non habentem quo famem iracundiæ ſuæ expleret. Ita Nicæenſes ab ipſis hoſtibus laudem fortitudinis conſecuti, maiores animos conceperunt, atque audacius pugnauerunr, non mœnia tantum ſtrenuè defendendo, & Androuicum dicterijs inceſſendo, vt lanium, canem ſanguinarium, putre ſilicernium, malum immortale, hominum Furiam, mulieroſum, Priapum, Tithono & Saturno annoſiorem: deniq; nullo turpiſsimæ rei vocabulo abſtinendo, ſed etiam relictis propugnaculis, portis erumpendo. Andronicum verò pallor vultus, & oculorum diſtorta acies, & crebra promiſſæ ac in cincinnos diſtinctæ barbæ implexio, ira eſſe percitum, & dolos ſtruere Nicæenſibus manifeſtè declarabant. Sed quia famem crudelitatis ſuę ſarurare non poterar, vrbem ſępius eodem die corona cingebat: & vt vrſa catulis ſuis ſpoliata huc atque illuc tranſeundo, legiones ſuſpirijs, tribunos verbis caſtigabat, quòd bellum ſegnius adminiſtrarent, hoſtium congreſſum reformidantes. At Cantacuzenus Theodorus, ætate atque audacia feruidus, cum Andronicum cum multis cohortibus & equitum turmis vrbem circumire vidiſſet, quaſi numine afflatus Orientali porta cum paucis erumpit: perruptaque prima acie, haſtam in Andronicum vibrat. Sed dum maiore impetu fertur, & calcaribus ſubditis equum tantum non volare cogit: in exitium ruit: Nam cum equus impegiſſet, & ex vulnere in genu concidiſſet: ſella excuſſus, & in caput præcipitatus, muſculis dorſi grauiter colliſis, oborta vertigine ſemianimis iacuit. Andronici verò milites ei caput amputant. alij etiam truncum in Andronici gratiam in fruſtra diſſecant. Caput eius conto præfixum per vicos Conſtanrinopolis circumlatum eſt. Nicæenſes, fortis bellatoris & inuicti propugnatoris interitu triſtes & conſternati: Iſaacio parere voluerunt. Sed is ſegniore ingenio præditus, euitata pugna, vt Aeneas, & fortaſſe futurorum præſcius, ac in debitum ſibi imperium, vt ille in poſteritatis ſuæ nobilitatem intentus, ducatum nō magnifecit. Milites quoque alacrirate animorum paulatim exoleſcente, tranſactionem ſpectant, extincto penitus generoſo illo & penè diuino impetu. Itaque per contubernia conuentus agirari, obſidionis ærumnæ velut oculis ſubijci. Andronici crudelitas animis obuerſari, varia tormenta in conſpectu eſſe, ſi vrbs vi expugnata fuerit, trepidare omnes veluti lepuſculi, aliter quàm Cæneus. Is enim, vt eſt in fabulis, ex muliere vir factus eſt: illi à virili robore ad muliebrem molliciem degenerarunt, cum nemo ſupereſſet, qui feruore ſuo frigus eorum foueret: vnà cum morte Cantacuzeni omni fortitudine, omni pugnandi alacritate emortua. Quibus rebus Nicænus Ponrifex Nicolaus perſpectis, neceſsitate in liberalitatem conuerſa populum monet, vt rebus & tempori ſeruiens, vrbem priuſquam belli procellis demergatur, Andronico vltrò dedat. Videre ſe non commiſſurum Andronicum, vt vacuis manibus diſcedat, præſertim cū nihil ſit quod eum ab obſidione abſtrahat: & ipſi ciues vrbis cuſtodia paulatim deſerta, ad rem domeſticam, vt tempore pacis, curan dam declinent. Eo conſilio ab omnibus approbato, & commoda pacis vtraque manu amplexis, ſacra veſte indutus, & diuinis oraculis in manus ſumptis, ſacerdores & omnē vrbanam multitudinem ſe ſequi iuſsit, ne mulieribus quidem & pueris exceptis, ſine vllis armis, ſupplices frondes manibus geſtanres, apertis capitibus, nudis pedibus & manibus, nullo verè ſupplicum miſerabili geſtu prætermiſſo, ſubmiſſa voce miſericordiam flagitantes. Qui cum hoc modo vrbe effunderentur: Andronicus impe-

tator

Nicæenſium ferocia.

Iſaacij Angeli mater machinis impoſita.

Theodori Cantacuzeni interitus occaſio Nicææ dedendæ.

Iſaacius Angelus ad pacē inclinat.

Nicolaus pontifex deditionis auctor.

Andronici degener animus, & crudelitas in deditione.

rator inexpectato ſpectaculo attonitus, ſubinde huc atque illuc deflexit oculos, vt certius perſpiceret, quid rei eſſet. Nam planè omnium videre ſibi videbatur. Vbi verò animaduertit, ſe abſque errore rem veram cernere, repudiata liberalitate & candore digno Regibus, clementiam adulterat, & quia pellem leoninã tum proferre haud libebat, vulpinam induit: ſeque non modo libenter recipere ſupplices fingit, ſed vix à lachrymis temperat, quibus iam olim veritatem inuoluere, atque animum ſuum diſsimulare conſueuerat. Enim verò fabula illa non diu acta aliquãto pòſt ſimulatione depoſita, & mollibus oleoq; lenioribus verbis omiſsis, Nicænſibus, nobilitate præſertim & dignitate præſtantibus, oſtendit, quantum iræ æſtum animo celaſſet, dum ſe vltionis offerret occaſio. Multos enim in exilium egit, nonnullos de mœnibus miſerabiliter præcipitauit, & Perſas circum vrbem palis affixit. Iſaacium verò Angelum ob dicta & facta eius collaudauit, quòd Theodori Cantacuzeni maledicẽtiam non modò non imitatus eſſet, ſed etiam caſtigaſſet, ac ſpe bona impleuit, aut verius vt dicam, percuſſorem ſuum & imperij euerſorem, fato quodam & prouidentia numinis aluit. Ac illo Byzantium miſſo, Pruſam tranſijt, munitoq; verſus meridiem vallo, qua ob planiciem adiri poſſe mœnia videbantur (nam aliæ partes vrbis rotundæ & præruptæ rupi impoſitæ ſunt) poſtridie oppugnationem orditur. Machinis & viris operi intentis, ipſe plurimas literas ſagittis annexas, in vrbem iaculatur, quarum hæc ſententia erat: ſe eis defectionis dare veniam, ſi apertis portis reciperetur, & Theodotus Angelus & circumforaneus Lachanas, & temerarius Syneſius (his enim titulis eos ornabat) eorumque coniurati ſibi traderentur, idque diebus compluribus repetitum eſt. Nam Pruſaenſe bellum Nicæno nec fortitudine militum, Imperatorios inuadentium nec odijs in Andronicũ, quæ & belli cauſa erant, quicquam concedebat, & ipſa vrbs vndique pulchris turribus adornata, & robuſtis mœnibus, iiſque verſus Auſtrum conduplicatis, firmata eſt. Vnde cum excurſiones fierent, multi vtrinque cadebant. Sed cum hanc quoque vrbem Andronico dedi oporteret, & multos qui in ea erant ſubactos in cruciatum agi: pars muri quædã crebris arietum ictibus labefactata, & muro veteri adiuncta crepido proſtrata, opinionem obſeſsis attulit, murum vniuerſum, quem machina feriebat, corruiſſe. Rumor igitur confuſus tollitur, omnibus territis, nec malum datum accuratius explorantibus, ſed ad ſonitum duntaxat excuſſorum ſaxorum metu penè examinatis, mœnia deſtituta ſunt à defenſoribus, & vici vrbis trepidis eorum diſcurſationibus repleti. Inde ſcalis appoſitis, muroque ſuperato, portis apertis liber vrbis ingreſſus hoſti patuit. Pruſaenſes, direptis ædibus, crudeliter interſecti, & pecudes mactatæ, quarum greges & armenta in vrbem coacta erant, vt ducta obſidione haberent vnde viuerent. Quæ dum fiebant, vrbem ingreſſus Andronicus, non vt clemens Imperator, & eorum qui & olim ſubditi fuerant, & rurſus futuri erant, quamuis ad tempus defeciſſent, conſeruator, Pruſaenſes tractauit, nec vt hominum, qui iiſdem elementis conſtét, rationem habuit, ſed vt famelicus Leo incuſtoditos greges adortus, alijs colla frangit aliarum viſcera deuorat, alias aliter miſerrimè conterit, reliquas in montes & præcipitia agit, ita tum Andronicus, quòd Pruſa non deditione, ſed vi potitus erat, plurimos peſsimo exitio perdidit, multiplices cruciatus & varia tormenta commentus. Angelum Theodorum, adoleſcentem penè adhuc imberbem, effoſsis oculis aſino impoſitum, & vltra limites Romanorum eductum, dimitti iubet, vt quocunque impetus iumentum tuliſſet, ibi ſolus oberraret, ac forſitan à feris deuoratus eſſet, quod Andronici conſiliũ fuit, niſi Turci viatores eius miſerti eſſent, & in tabernacula ſua abductum curaſſent. Leonẽ Syneſium, & Manuelem Lachanam, & alios complures 40. numero, de ſummis arboribus iuxta Pruſæ mœnia ſuſpendit, & longè plures alijs ſupplicijs affecit, aliorum manibus, aliorum digitis, quorundam pedibus amputatis, multi & manibus & oculis priuati ſunt, nonnulli oculo dextro & pede ſiniſtro mutilati, alij tonſi. Robuſtiſsimis & fortiſsimis ac rei militaris peritiſsimis viris adeò inhumaniter interfectis, atque Imperij viribus imminutis Lopadium tranſit Andronicus, eodemque modo ibi quoq; graſſatus, & Epiſcopo oculis priuato, quòd ſeditioſorum ſui gregis motum contra Andronicum non caſtigaſſet, ſed æquo & leni animo tuliſſet ac ſpectaſſet, talibus triumphis ornatus, in palatiũ reuertitur, relictis Pruſaenſium vitibus, quæ arbores amplectebantur, ſuſpenſorum cadaueribus vt vuis oneratæ: neque vllum ſepeliri paſſus eſt, ſed à ſole areſactos vt terriculamenta volucrum, ne poma deuorent, à ventis agitari voluit. Conſtantinopoli lætis populi acclamationibus exceptus, & adulatorum laudationibus, quos ſemper alere ſolent aulæ, maiori ſuperbia inflatus, ſpectaculis & ludis Circenſibus æſtiuo tempore intentus fuit. Cum autem aliquando tabulata aliquot iuxta imperatoriam ſedem collapſa, viros 6. oppreſsiſſent, vulgo eo caſu conſternato, perterritus ſatellites conuocauit, & in palatium abire voluit, ſed ab amicis exoratus, manſit, quòd ſi ſurrexiſſet, ſtatim periturus eſſet, populi globo in ipſum & ſatellites eius impetum facturo. Pauliſper igitur moratus, dum equeſtre & gymnicum certamen abſolueretur, reliquis ſpectaculis prorſus abſtinuit, cuiuſmodi ſunt funambulorum & venationum, quibus in vrbe manere ſolita turba, vt rebus nouis impenſe capitur. Et hæc ita ſe habuerunt. Erat autem vir quidam nobiliſsimus, nomine Iſaacius (non Iſaacius Angelus) Iſaacij Sebaſtocratoris, quem fratrem fuiſſe Manuelis diximus, ex filia nepos. Is Armeniæ viciniſque locis Romanæ ditionis & Tarſo à maiore patruo Manuele præpoſitus, commiſſo cum hoſtibus Armenijs prælio captus, Manuele iam defuncto, in cuſtodiam datur. In qua cum longo tempore fuiſſet, tandem ab Hieroſolymitis, quos Fretrios dicunt, redemptus, commodum in patriam reditum habuit, Andronico redemptionis adiutore: idque de Theodoræ ſententia, cuius vt ſæpè diximus, conſuetudine vtebatur, hic verò frater patruelis erat. Vt autem Andronicus Iſaacij curam ſuſciperet, ac diuturnæ eius captiuis miſericor-

Iſaacius Angelus fouetur ab Andronico.

Pruſæ excidium.

Andronici in Pruſaenſes crudelitas.

Angeli Theodori excæcatio.

Leonis Syneſij & Manuelis Lachanæ ſuſpendium.

Lopadij Epiſcopus excæcatus.

Andronici in Theatro periculum.

Manuel Comnenus Cyprum occupat

dia tangeretur, Macroducæ Conſtantini, qui materteram Iſaacij in matrimonio habebat, opera eſt effectum, & Andronici Ducæ, cognati eius & familiaris à puero. Is igitur Iſaacius cùm Andronico cedere, ac in patriam redire nollet, nec vllá cogitationis aut ſuauis conſuetudinis rationem haberet, ſed imperare, quàm imperio parere mallet: pecuniæ Byzantio miſſæ ſubſidijs ad improbum affectandi regni conſilium abutitur, & Cypro cum magna manu occupata, principiò ſe pro legitimo prætore, qui ab Imperatore miſſus eſſet, gerit, literis imperatoriis oſtenſis, quas ipſe compoſuerat: & commenticijs mandatis recitatis, quæ quid ipſi agendum eſſet ſcilicet, præſcribebant: ac cætera agit, quæ ijs neceſſario facięda ſunt, qui alienis imperijs ſubſunt. Verùm non multo pòſt ſe tyrannum profeſſus, innata crudelitate retecta, inſulares inhumanius tractat: ac pertinacia ſeuitiaque tantum ſuperat Andronicum, quantum Andronicus cæteros omnes qui vnquam atrocitate in hoſtes celebre nomen conſecuti ſunt. Neque enim, vbi primùm tyrannidis fundamenta ieciſſe videbatur, infinita immanitate in ſubditos graſſari deſiſtebat: ſed & cædibus innocentum in horas polluebatur, & humana corpora lacerabat, tormentis in exitium mortalium excogitatis. Præterea in ſtupris virginum, & adulterijs, homo nefarius volutabatur: & beatas dudum familias ſine vllo crimine omnibus opibus ſpoliabat, vt indigenæ paulo antè conſpicui diuitijs, famelici & nudi oberrarent, ſi quibus homo iracundus enſem abſtinuerat. Hei hei, cur via improborum proſpera eſt? florent facinoroſi: plantaſti eos, & firmaſti: procrearunt liberos, & fructus tulerunt, vt propheta cum Domino expoſtulat. Illa enim ætas velut aconita genuit, quæ adulta non ad aliud niſi ad perimẽdos homines & plurimarum vrbium excidium valuerunt, quarum domiorum per vim inuaſerãt. Quæ cum ad Andronici aures peruenissent, nullo cohiberi modo potuit: ſed quia id præſtò eſſe videbat, quod olim formidarat (ſemper enim literam I, vt imperij ſui euerſionem, ſuſpectam habuerat) principiò quærebat, qua ratione comprehendi poſſet Iſaacius, & tolli è medio is à quo exitium immineret. Verebatur enim, ne Cypro aduectus, & alacriter ſuſceptus ab omnibus ſe

I litera Andronico formidabilis.

» principatu deturbaret. Remota enim mala mi-
» nus moleſtia ſunt, quàm propinqua: & quod ex
» pectatur, etſi peſſimum fuerit, leuius eo ducitur,
» quod vrget in præſentia. Id enim eſt mortalium
» ingenium, vt exiguum doloris leuamen in lucro
» deputemus. Sed cum hoſtem abſentem in poteſtatem ſuam redigere non poſſet, ira in eius propinquos conuerſa, canes imitatus, qui hominem allatrare contenti, lapidem ab eo cõiectum mordicus arripiunt, Macroducam Cõſtantinum & Ducam Andronicum in ius vocat: qui confirmarant, Iſaacium, ſi redemptus in patriam rediret, fidelem & vtilem illi operam nauaturũ. Paucis diebus pòſt maieſtatis rei fiunt, quamuis principes factionis Andronici & ſummi amici eius. Nam Macroducas præter cætera officia, quibus Andronicum obſeruandiſsimè colebat, Theodoræ amicæ eius ſororem in matrimonio habebat. Andronicus verò Ducas, homo depygis & ſordidus, ac perfrictæ frontis, maiori ſibi curæ eſſe Andronici ſalutem, quàm ipſi, ſimulabat. Quòd ſi Andronicus aliquem cæcare volebat, Ducas iſte, quaſi ab improbo illo magiſtro, hoſte humani generis edoctus, etiam manus ei amputandas, aut in crucem agendum eſſe decernebat: obiurgato ſæpè Andronico, & inhumaniter caſtigato, quòd in ſupplicijs ſumendis infra delictorum atrocitatem ſubſiſteret. Igitur ad celebre feſtũ eius diei, quo memoria reditus in cœlos vnà cum aſſumpto corpore Domini & Dei & Seruatoris noſtri celebratur: omnes aulici, vt denunciatum erat, conuenerunt, atque omnis gentis & nationis homines diuerſis itineribus eò contendebant, vbi Imperator diuerſabatur. Erat autem tum in exteriori Philopatio. Cæterum per errorem in Magnanicum palatium factus eſt concurſus, quod eſt in interiore Philopatio, pòſt deſtructum ab Andronico. Cum frequens eſſet conuentus eorum omnium quos adeſſe decebat, Macroducas & Ducas præter omnium opinionem ex ædibus in planicie ſitis producti, & in veſtibulo triumphali, tanquam in iudicium adducendi, aut Imperatorem è ſuperiore cœnaculo proſpectutum viſuri, geſtu corporis ad grauitatem confirmato, & manibus ſuppliciter compoſitis, ſuſpexerunt. At Stephanus Hagio chriſtophorites, qui tum Antichriſtophorites vulgo dicebatur, nomine pro moribus nonnihil immutato (erat enim impudentiſsimus omnium Andronici miniſtrorum, & omnium ſcelerum ſentina) lapide quantum vola capiebat ſublato, & in Macroducam deſtinato, qui & affinitate imperatorios & ætate & ampliſsimis opibus antecellebat omnes hortabatur, vt ſuum exemplum imitarentur, totum conſilium circumſpectans, & qui lapidatione abſtinebat, dicterijs & conuicijs inceſſens, vt Imperatori infidelem, & paulo pòſt idem ſupplicium ſubiturum. Ijs miniſtri territi omnes ſaxa in illos coniecerunt, vt ſupplicio peracto (ò miſerabile & incredibile ſpectaculum) lapides in tumulum exurgerent. Ij verò quibus id munus datum erat, eos adhuc ſpirantes ſublatus, & tapetibus quibus ſarcinæ mulorum tegi ſolent inuolutus, Ducam in Iudæorum cœmiterium, Macroducam in littus editius, quòd eſt è regione Manganij monaſterij, tranſuehũt, atq; vtrumque palis affigunt. Ac tum primùm Conſtantinopolitani ea cum luctu viderunt, à quorũ commemoratione prius aures abhorrebant, atque id facinus reputantes attonitis ſimiles, quò ſe verterent, neſciebant, duplices pœnas luentes. Nam & popularium calamitate mouebantur, & quia idem periculum iamiam ſibi quoque imminere putabant, longiore cruciatu afficiebantur, quàm ij qui iam in medijs tormentis erant. Nam hi quidem mala timere deſierant, oppreſsi malo, quod animus pridem augurabatur. Illi verò, quia malum ſubinde prouidebant, & futura tanquã præſentia cernebant, neque noctu ſomnum capere, nec interdiu quietis animis eſſe poterant, conſcientiæ quaſi flagellis excruciari. Neque verò ij ſolùm ſic affecti erant, qui animi parum amici erga Andronicum ſibi erant conſcij, ſed quod magis mireris, ij quoque quibus fauebat Andronicus, & ſubinde aliquod bonum impertiebat.

Macroducæ Conſtantini & Ducæ Andronici ſupplicia.

Populi affectus tyranno graſſante.

In

In cauſa erat, quòd acerbitatis, implacabilitatis, & ſæuitiæ hominis gnari, periculi aciem ne ſe quidem enitaturos metuebant. Eſt & hoc memoratu dignum. Quidam homines apud Andronicum gratioſi petebant, vt ſuſpenſorum corpora tollerentur. Is verò ijs verbis non offenſus, rogauit, num pridem eſſent mortui? Vbi ex carnificibus audiuit, malos malè perijſſe: ſed dolere vicem illorum dixit, ac id dictum lachrymis proſecutus, adiecit, legum ſeueritatem & autoritatem ſua voluntate & propoſito plus valere, & iudiciũ ſententias ſuo iudicio præpollere. O lachrymæ, quæ & olim & à nobis in animi mœrore fundebamini, ex corde tanquam imber è nubibus deſtillantes. O grauioris triſtitiæ ſigna, & eorũ quæ intus vrgent, argumenta certiſsima, quamuis aliquando etiam præ gaudio ex oculis veluti guttæ exuberetis. Alia veſtra natura eſt apud Andronicum, internecionis eſtis prænunciæ, & in Acherontem & Stygiam paludem, vel ipſo nomine deteſtabilem, damnatis. O quàm multorum pupillas veſtrum profluuiũ extinxit. O quàm multos in Orcum adegiſtis? O quot demerſiſtis? O quales viros in ſepulchrum conieciſtis, & vltimo lauacro abluiſtis, tanquam inferiæ effuſæ? Ad hunc modum Macroduca Conſtantino & Duca Andronico è medio ſublatis, quemadmodum remunerari amicorum beneuolentiam ſoleret Andronicus, conſtabat. Non multo pòſt duos fratres Sebaſtianos in altero freti littore, quod Perama dicitur, ſuſpendit, quòd ſcilicet vitæ ei[illegible] inſidiari eſſent. Huiuſmodi atque alijs deterioribus rebus & ſupplicijs Andronicus ſubinde occupabatur. At Comnenus Alexius, Manuelis imperatoris ex fratre nepos & pocillator, ab Andronico in Scythiam relegatus, atque inde profugus, draconis volantis inſtar, in Siciliam peruectus, Gilielmo inſulæ tyranno, quis eſſet, aperuit, atque vnà cum ipſo ex Philippica prouincia oriundus Maleinus, vir non illuſtri genere, non ſplendida fortuna, non rebus geſtis clarus. Hi quam bilem ambo contra Andronicum conceptam longo tempore parturi erant, alter fortaſſe non ſine cauſa, alter verò in Comneni gratiam, vt aliquo nomine dignus videretur ijs, à quibus ignorabatur: eam tandem contra patriam pepererunt, illa non in aurem regis locuti, ſed palàm, multis audientibus, ferè plantas eius demulcentes, & linguis ſuis canino more deoſculantes, non quæ Andronico nocitura erant, ſed per quæ tyrannum Siculum, ad Romanarum prouinciarũ vaſtationem, tanquam ad paratam prædam, concitarent. Is verò ijs verbis incitatus, eoq; magis, quòd cum popularium ſuorum oratione conſentirent, qui cum olim in aula Conſtantinopolitana ſtipendia mererent, tum Andronici metu, & neglectu ſui, alij alio diſperſi, eadem ſæpe dixerant: & copias quas habebat coegit, & magnis ſtipendijs, maioribus promiſsis, tàm pedeſtrium quàm equeſtrium auxiliorum multa millia acciuit. Peditatu Dyrrachium traiecto, vrbem primo impetu cepit. Naualibus copijs rectà in Theſſalonicenſem portum delatis, interiectas regiones in deditionem accepit: Theſſalonicam verò illuſtrem vrbem terra mariq; obſeſſam, corona cepit, ac poſt dies aliquot obſidionis exercitum introduxit: eo ſucceſſu non tàm ob defenſorum timiditatem & imperitiam rei militaris, quàm ob Dauidis Comneni, præfecti vrbis, ignauiam vſus. Qui cum Theſſalonicenſibus nihil commodaret, ſed metuendo Andronico, & crudelibus eius manibus cauendis ingenioſiſsimus eſſet, aut fluctus marinos ſubire, aut de ſummis rupibus ſe præcipitem dare, aut in montibus & ſpeluncis abdere, aut fugitiui illius Prophetæ exemplo à ceto deglutiri debuiſſet. Verùm ille horum nihil fecit, ſed malo Theſſalonicenſium fato vrbis præfecturam parum honeſtè adeptus, vir muliere corruptior, & ceruis timidior, tantum non eos à quibus & ipſe & vrbs caperetur, longè adhuc remotos accerſiuit: atq; in id operam vltrò dedit, vt in eorum manus perueniret. Nam cum pugnandum eſſet, & omnis generis arma & machinæ contra vrbem expedirentur, ſe pro ſpectatore hoſtium, non pro bellatore egeſsit. Nunquam certè totius obſidionis tempore vllam eruptionem fecit, quamuis non paucis, qui in præſidio erant, exhortantibus, neque id ipſos facere paſſus eſt, ſed ciuium alacritatem, vt ignauus venator canũ impetum, cunctando ſuffocauit. Neq; armatum quiſquam eum aut galeatum vidit, ſed galeam, thoracem, ocreas ita vitauit, vt delicata muliercula, quæ præter vmbram conclauis ſui nihil nouit, mulo quidem per vrbem vehebatur, [illegible] pallio quòd à tergo nodus aſtringebat, & [illegible]egantibus calceolis auro vſque ad talos [illegible]unctis. Cum autem machinæ muros quaterent, & ſaxa humi deciderent, excuſſorum ſaxorum bombos, & mœnium cum ferirentur mugitum & ruinas ridebat, & familiaribus ſuis nequam hominibus ſub tuta crepidine muri ſtans, Audita, inquit, aniculæ mugitum. Sic autem machinam maximam vocabat, qua ſaxa compage ſua elidebantur, homo ipſe adhuc nutricis egens. Igitur Theſſalonica talem proditorem pro duce pyratam pro gubernatore, veneficium pro medico ſortita, hoſtibus non diu reſtitit. Deditionem ingens malorũ pelagus eſt conſecutum. Omnes ædes ſunt deſertæ, nulla fuit domus quæ ſeruaret, nullus angiportus ab homicidis defendebat, nulla cauerna erat, quæ diu celaret, nullæ preces, nulli geſtus miſerabiles miſericordiam impetrabant, graſſatur vbiqui ferrum, ira non niſi lethali ictu lenitur, fruſtra vulgus in templum concurrit, fruſtra ſacris imaginibus fidit. Nam Barbari diuinis humaniſque rebus confuſis, nulla religione mouebantur, neque in ſacras ædes confugientibus parcebant. Illud ſaltem proficiebant miſeri, vt aut ſtatim gladio caderent, aut bonis omnibus ereptis dimitterentur, quod vaſtatores illi ſummum beneficium iudicabát. Idem exitus manebat eos, qui in fauā ſe conferebant, & accedebat malum grauius, quòd infinitæ multitudinis concurſu multi & ex compreſsione exanimabantur, & ab hoſtibus in ſacra irruentibus trucidabantur, & obuij quiq; pro hoſtijs crudeliter mactabantur. Et qui pepercillent hominibus qui diuinis rebus inſultabant, & Deum planè contemnebant? Neque verò tam illud erat nouum, quòd ſacra donaria rapiebant, & profanis manibus non tangenda contrectabant, ac caninis oculis ea intuebantur, quæ aſpicienda non ſunt, quàm hoc nefarium,

Tyrannus legum autoritate ſuam crudelitatem prætexit.

Lachrymæ Crocodili.

Sebaſtianorum fratrum ſupplicium.

Alexius Comnenus Siciliæ regem cõtra Romanos concitat.

Maleinus Alexij Comneni familiaris.

Dyrrachium & Theſſalonica capta à Siculis.

Dauidis Comneni ignauia.

Theſſalonicenſium capta vrbe miſeriæ.

Militaris impietas.

fariũ, quòd ſacroſanctas Chriſti & famulorum eius imagines terræ allidebant, & pedibus inſiſtentes, ſi quid ornatus ex materia precioſa inerat, eo vtcunque direpto, ipſas in triuia efferebãt, vt à prætereuntibus cõculcarentur, aut ad cibum coquendum foco apponebant. Illud autem maximè nefarium eſt, & piorum auribus deteſtabile, quod in ſacra & ipſis angelis venerabili menſa indecorè ſaltabant, & Barbarica quædam cantica pſallebant. Deinde pudendis apertis ſacrum pauimentum in orbem permingebant, aſperſione illa & calidis balneis, noxijs dæmonibus vtique gratificantes, vt in ijs, fatigati cladibus hominum, innatarent. Sed cum tandem malorum finis inſtare, & pugna quietura videretur, Siculi duces interuenerunt, & turbæ in cædes ruentis impetum repreſſerunt: quorum vnus cataphractus, equo inſidens, Theodori martyris, è cuius ſepulchro vnguentum ebullit, templum ingreditur, & alios obliquo enſe verberando, alios vulnerando, vix militum intemperies cohibere potuit. Verùm ne ſic quidem tolerabilis fuit Theſſalonicenſium conditio. Etſi enim poſtridie expugnatæ vrbis, à cædibus ciuium temperatũ eſt, tantæ tamen graſſationes in ſuperſtites fuerunt, mille modis ad eundem vitæ exitum tendentibus, vt cum mortuis bene actum videretur, &, vt apud Iobum tolerantiſsimum eſt, multi fruſtra mortem exoptarent. Nam etſi alij ferè omnes in bello victos hoſtes, vt victoriæ ſuperbia dictat, ſæuiunt. Latinus tamen ſuperatis aduerſarijs, intollerabile malũ eſt, & verbis inenarrabile, quòd ſi Romanus ſit comprehẽſus, & is latinæ linguæ rudis, & à peregrinitate ita abhorrens, vt in veſtitu nihil cum eius commune habeat, is verò Deo inuiſus habetur, & quouis ſupplicio dignus. Quę vipera, quis leo, præda vetere omiſſa, & callidum adhuc venatum deuorans, ita ſæuit, vt Latina immanitas in captiuos? non flectitur precibus, non mollitur lachrymis, non blandis lenitur verbis: quamuis ſuauis cantus, ſtrepitus anſerum, aut clangor miluiorũ habebitur. Si Orpheum cithara, cygnos moribundos cãtus dulcedine ſuperes, nihil profeceris, & vt pauliſper barbarica feritas mulceatur, mox tamen ad ingenium redit, in cædes ruit, nec ſupplicum vocibus plus mouetur, quàm incus ictu malleorum. Ea gens tantum iracundiæ indulgere nouit, & imperatis eius obtemperare. Quid verò malorum prætermittat homo Romanis infeſtus, eorumq́; inueterato odio ita flagrans, vt nec vetus ille ſerpens humani generis inſidiator, vnquam tantum virus acerbitatis in terras euomuerit? Nam execrabiles Latini prouincias noſtras Paradiſo comparant, noſtrorumq́ue bonorum deſiderio genti noſtræ perpetuò ſunt infeſti, & ſubinde mala machinantur, quòd ſi quando temporibus adducti, amicitiam ſimulant, tamen acerrimas inimicitias clàm alunt. Si blandis verbis & oleo mollioribus vtuntur, iacula & ancipites gladij in ijs deliteſcunt. Tanto diſcordiæ vallo inuicem dirempti ſumus, nec vllo modo animi coniunguntur, etſi corporibus coniuncti in iiſdem ædibus habitemus. Illi plerunque erecta ceruice elatoq́; vultu incedentes, morum noſtrorum leuitatem, & ex modeſtia humilitatem cauillari & deſpicere ſolent. Nos verò eorum ſupercilium, iactantiam, faſtum, inſolentiam, Chriſto auſpice conculcamus, qui poteſtatem dat ſuper ſerpentes, & ſcorpios citra noxam ambulandi. Verùm vt ad hiſtoriæ ordinem redeamus. Siculus exercitus, Theſſalonica potus, hoc modo graſſatus eſt ſine vllo reſpectu Dei. Vrbem oppugnare cœpit ſexto die menſis Augusti, indictione tertia, anno ſexties milleſimo, ſexcenteſimo nonageſimo tertio: eamq́; cepit ſine vllo ſuo detrimento, eiuſdem menſis die XV. Neque verò durante bello duntaxat Theſſalonicenſes grauiſsimè ſunt afflicti, ſed nec eo finito fortunam æquiorem habuerunt, aut victores clementiores ſunt experti, qui non contenti, expulſis dominis ædes & omnia quæ in ijs erant, ſibi vendicare, etiam veſtes eis rapuerunt, ne interulis quidem relictis, quibus ea tegerẽtur, quæ natura tegi voluit, nec fruſtũ panis dominis impertiebant, quorum bona occuparant, ſed Barbari ſedentes in ædibus comeſſabantur, & per luxum ea abſumebant, quæ poſſeſſores veteres magnis laboribus comportarant, ac tum in triuijs ieiuni & nudi oberrabant, qui dudum lautis veſtibus induti fuerant, lectum habebant terrã, tegumen cœlum, fimeta pro ſtragulis, & quod hæc omnia ſuperat, & ad ipſum vſque cor penetrat, non licebat prioribus dominis ædes ingredi. Quod ſi quis fecerat, aut ſaltem introſpexerat, ſtatim inclementer in eam pertrahebatur, & ſubinde cauſam rogabatur, cur eò ingreſſus eſſet, aut introſpexiſſet, aut limen atrij calcaſſet? ac multis plagis acceptis pecuniam dare cogebatur, quam illic occultaſſe putabatur, eaque de cauſa perluſtraſſe domum, metuens, ne ſublata, aut ea parte ædium in qua latetet, accuratius perquiſita ab hoſtibus inuenta eſſet, aut ipſe diligentius eam occultare vellet. Sępe autem factum eſt, vt qui id dederat, quod prouiſa migratione ſua abdiderat: nihilominus flagris cæderetur, & grauioribus tormentis cruciaretur, vt plura recondita indicaret. Alius qui nihil dabat, ſed ſe, vt nunc, ita prius etiam fuiſſe pauperem, patriæq́ue domus, aut magnis ſuis ſumptibus extructæ deſiderio à propoſita via vel inuitum abſtractum eſſe affirmabat, vt ſuas poſſeſsiones ſimul & ſpectaret & deploraret, ne is quidem miſericordiam inueniebat, ſed in cruciatum abreptus, & pede ſuſpenſus, ſubiectis paleis incenſis fumo torrebatur, concacabatur, verubus latera pungebatur, & alijs ſexcentis pœnis exagitatus, aut in ipſa excarnificatione animam exhalabat, aut ſemianimis pede extra ædes tanquam purgamentum extractus, ſub dio in plateis iacebat. Quid? Tali benignitate Siculi veteres ædium dominos tractabant, cæteris verò qui ædes ſuas vt inſemi fauces, aut Cretichum Labyrinthum, aut Ceadam Laconicum prætetibant, humanitatis aliquid tribuebant? Minimè verò. Nam vnde illis talis affectus, qui feris immaniores, ignorant quid ſit miſericordia, & cladibus hominum delectantur? Canes quidem inuenias qui captis parcant, vltrò hiatu oris, morſu & latratu repreſſo, ſi ij quos perſequũtur, in genua procubuerint. Iſti autem, tantum aberat vt eorum miſereſceret, quos omnibus opibus ſpoliarant, & quorum rem familiarem cum ſcortis conſumebant, quæ conſectabantur,

Latinorum immanitas.

Militum licentia in victos.

bantur, maximiq́ue faciebant; vt penè alapis ab eis cædi ſe paterentur ij, qui ſe omne Romanorum imperium, vt deſertū nidum occupaturos, & vt oua derelicta ſublaturos iactabant. Nuditatem verò hominum ridebant, & cachinnis concutiebantur, ſi quis præ fame, macie confectus, aut rumefacto ventre, pallida & liuida facie ex olerum aut vuarum victu, ex proximis vineis cum periculo collecto, prætetibat. Ita porrò miſerabantur eos qui laceris veſtibus vtebantur, aut arborum corticibus pudenda velabant, aut è viminibus contextis pileolis capita tegebant, vt cum riſu & ludicro geſtu, obuiorum barbas & capillos ambabus manibus comprehenderent, ac hirtas & promiſſas illas barbas malas eſſe, capillis verò opus eſſe dicerent, vt ipſorum more in orbem tonderentur. Aliquando in equis forum perambulantes, fraxineis haſtis miſeros proſternebāt, in fimum, aut lutum potiſsimum, ſi quod in via iacebat, ſeu occurſum eorum vt ominoſum deteſtantes, ſiue eadem via illos incedere moleſtè ferentes, quòd ſi in Romanos incidebant, pane ſiligineo, aut alio quoppiam cibo veſcentes, patellas per ludibrium euertebant: impulſaq́; menſa, conuiuium perturbabant, neque ſuo tempore, acerbo pane frui ſinebant, aut vappam vel aquam immundā tranquillis animis bibere. Adhæc, impudentiſsimi ſanniones ac Dei contemptores inclinati, attractis veſtibus podices in comedentes conuertebant, & cibis proximi oppedebant, quidam etiam tanquam per ſiphonem recrementa ventris in cibos & facies exulantium eiaculabantur, in puteos mingebant, vnde poſtea aquabantur, eodemq́; vaſe, nulla lotione adhibita, nunc pro matula, nunc pro calice vtebantur. Chriſti miniſtros in primogenitorum album relatos, adeò non, vt decuit, venerabantur nec editis per eos miraculis mouebantur, quibus Chriſtus eos remuneratur, qui ſuis membris ipſi honorem habuerunt, vt vnguentum, quod ex celeberrimi martyris Demetrij monumento ebullit, cadis & lebetibus hauſtam, patellis piſcium infunderent, eo calceamēta vngerent, & ad cætera miniſteria, quibus oleum vſui eſt, temerè & nequiter abuterentur. Id verò vt è fonte inexhauſto prodiens, aut ex abyſſo ſcaturiens, copioſius affluebat, & noua ratione exundabat, vt & Barbari vnum id mirarentur, & gratia martyri diuinitus conceſſa obſtupeſcerent. Quòd ſi Romani ad canendas Dei laudes in templis conueniebāt, ne tum quidem à militari inſolentia immunes erant. Nam importuniores ex ijs, per ſpeciem vnà canendi & laudandi Dei, ingreſsi, vociferabantur, inter ſeſe, & confuſis clamoribus rumpebantur, aut obtorto collo Romanis aliquibus ob fortuitum aliquem caſum arreptis, cantiones turbabant, vt cantores planè in aliena terra canerent, non vt in templo Dei. Multi quoque ex aduerſo meretricijs canticis, & caninis latratibus hymnos turbabant, & Dei celebratores clamores ſuperabant. Atque hæc pauca de multis, quæ Theſſalonicenſes in vrbis expugnatione ſunt perpeſsi, à nonnullis peculiari ſcripto prolixè commemorata, exponere viſum eſt. Poſtquam verò is qui in excelſo habitat & humilia intuetur, è cælo proſpexit, neque illum hoſtem & victorem Romanorum intelligere aut quærere Deum vidit, ſed omnes inutiles eſſe factos, & nefarijs rebus debitos, ſubſannare eos inſtituit, ac perturbare & excindere, iuſta indignatione commotus, & tam crudeliter afflictis clementer libertatem reſtituere, mœſti ſpiritus & contriti cordis miſertus. Propter electos igitur vt arbitror, acerbitates illas diutius graſſari non paſſus: & quæ Babylonijs minatus erat olim, quòd Sionis nihil miſerti, filios eius delicatos & filias in ſeruitutem adduxiſſent, momento temporis iſtis intulit, vt miſericordia eius mirabilis, tum ſi vnquam aliàs celebraretur, martyrum vt arbitror precibus & Theſſalonicenſis Pontificis exorati. Is erat eloquentia & virtute celeberrimus Euſtathius, qui & prudentia, & vſu rerum mirabili præditus, & doctrina profanarum & ſacrarum literarum vberrima cæteris omnibus antecellebat, eaque velut inſigni & peculiari nota prædicabatur. Qui cum mallet cum grege affligi, quàm mercenarios imitari, qui lupis aduentantibus grege deſerto aufugiunt, quamuis dum hoſtes adhuc expectabantur, necdum vrbem circumſederant, diſcedere licuiſſet, id ſibi minimè faciendum cenſuit, quòd ſua præſentia nimirum multos conſeruaturus erāt, ſed vltro in vrbe tanquam carcere incluſus, ærumnas omnes vnà tolerare non deſtitit, tum ſuo exemplo perſuadendo, tum monendo, Dei verbera, vt benigni patris caſtigationem, æquis animis ferenda, & ab eodem medicinam expectandam eſſe. Nam ſi ſæpè, vt ait, percutere, ac ſæpiſsimè etiam mederi conſueuit: præſertim ſi quis leniter & cum gratiarum actione moleſtias perfert, neque ob acerbitatem earum, eum à quo proficiſcuntur, odio perſequitur, nec cum prouidentia expoſtulat, nec iudicij diuini profunditate reiecta, in ſecundis duntaxat rebus & proſpero fortunæ flatu, bonum ſe præbere didicit. Is igitur duces exercitus, qui latinè Conti dicuntur, adiens, edicta impetrabat, quibus ærumnæ leniebantur, neque quicquam prætermittebat, quod ad conſolationem ſuorum pertineret. Nam eius oratione vel horridæ cautes moueri potuiſſent, & ſolo conſpectu alienigenis ita erat venerabilis, vt & venienti aſſurgerent, & orantem libenter audirent, & eius monitis ad humanitatem & æquitatem flecterentur, veluti vulnus inflammatum, quod leui manu aqua mollitur. Qui alites etſi propè in nubibus volitabant, & in obuios quoſque Romanos magno impetu ruebant, adductionem in Siciliam eis minitantes: ille tamen ciues perterritos, & vrgentibus malis grauiora metuentes, veluti gallina pullos ſub alas ſuas alliciebat, & victorum acerbitatem verbis, vt Moſes aquam Merranam ligno iniecto, diluebat. Quæ verò liberationis eorum ratio fuerit, mirabiliter à Deo prouiſa, ſuo loco referetur. Nunc ad inſtitutum redeat oratio, & res ab Andronico geſtæ referantur. Is Sebaſtianus fratribus in crucem actis, quòd Alexium Comnenum (is eſt, quem Manuel extra coniugium ſuſcepit, & Andronicus Irenæ filiæ eodem modo natæ deſpondit) regnum affectantem adiutarent, & ſe imperio pulſum vellent, paulò pòſt etiam illum compre-

Militaris diſcipl[i]na.

Vnguentum ex Demetrij martyris ſepulchro ebulliens.

Deus tandem è cælo proſpexit.

Euſtathius Theſſalonicenſis epiſcopus ſua interceſſione ciues ſubleuat.

Alexij Comneni excæcatio.

prehenſum, in carcerem conijcit. Deinde excæcatum, Chelen (id oppidum vicinum eſt Ponti anguſtijs) relegat, & in turrim ea de cauſa extructam compingit, Etiam Irene filia exoſa & expulſa, quòd maritum minimè lugere iuſſa, ſi, vt piam filiam deceret, patris malis moueretur, ſed eum odio non minore, quàm prius amore perſequi: illa priſtina charitate conſeruata, luctum ſuum & lacrymis & pullo veſtitu teſtabatur.

Inſectatio corruptorum indicum.

Ita mirabile illud coniugium, & à detestandis aſſentatoribus & iniquis iudicibus, qui Camelum deglutiunt, & culicem colunt, magnificè iactatum, ſubitò eſt diremptum.

Vana oracula.

Per quod ijdem prædixerant, ea quæ olim auulſa eſſent, iterum coitura, & Orientem cum Occidente copulatum iri, & inueteritatis odijs abolitis, gentes vt linguis, ita moribus à Romanis diſcrepantes, concordiam inituras, ijſdemque moribus vſuras, diſſenſionibus noua ratione abolitis, vt enſes in aratra mutarentur, & agni cum leonibus paſcerentur. Ciuitatum quoque diſciplinam, & frugum prouentum vberem & mirabilem iactabant. Nam rubum pira pariturum, ficum ſegere grauatum iri: ferè vt Poetæ in Iouis & Iunonis concubitu, roſcidam lotum ſubſterni, & crocum naſci, ac hyacinthum oriri fabulantur. Omnino iſti nugigeruli manifeſtiſsimè delirarunt, qui cum ſe ſapientes eſſe, futuraque proſpicere gloriarentur, nec ea quæ ante pedes erant, perſpiciebant: propheticæ illi execrationi obnoxij, vt videntes non viderent, & audientes non audirent. Imò apertè cernebant, & ſatis norant, ſe capitalia verba fundere, & dentes ſuos tanquam iacula & gladios exacuere, ſed quia grata auribus dicebant, & linguas venales habebant, & hominibus placere impenſè cupiebant, quales, prohdolor,
„ aulæ in perniciem ſuam alunt, laudatores ma-
„ lorum, bonorum inſcitiam ſimulantes, ſedulò improbitatem promouebant, eaque probabant, quæ Imperatori cordi erant. Neque verò Alexium duntaxat tãta inhumanitate tractauit Andronicus, ſed ex miniſtris etiam eius præcipuos in cuſtodiam dedit, nec multo pòſt delectu ex optimis habito, pleroſque excæcauit.

Mamali ſcribæ combuſtio.

Vnum verò ex ſcribis illius, cognomento Mamalum, quem vltimum deuotaret, aſſeruauit: & eas epulas tanta lauticiarum varietate inſtruxit, vt dignæ eſſent, quæ non alium, niſi primum illum homicidam, conuiuam haberent, & à menſis Furiarum nihil differrent, quales à nullo vnquam coquo eis ſunt appoſitæ. Id porrò erat, vt homo in Hippico cremaretur. Incenſus eſt rogus, & flamma in altum elata, in Sphendone ſtadij, non aliter quàm Chaldaica illa fornax, naphtha incenſa, & clematide in ſeptulum inflammata. Producitur ille funibus vinctus, & nudus, vt primum materna aluo egreſſus, ſolem aſpexerat. Carnifices adoleſcentem, cui prima lanugo malas veſtiebat, tanquam victimam, longiſsimis perticis in medium ignis trudebant. Is verò doloris acerbitate & vitæ cupiditate, vt humanum eſt, coactus, malum iam ineuitabile vitaturus, aliàs ictibus obuium ſe ferebat, eum dolorem flammæ cruciatu leuiorem ratus: aliàs à carnificibus in medium flammæ coniectus, inſtar iaculi è rogo maximo impetu emicabat. Quod cum diu duraret, ſpectatoribus lachrymas excutiebat, donec fatigatus ſupinus concidit, & tetro exuſtæ carnis fœtore circumfuſum aerem & ſpectatorum nares infecit.

Epiphonema in deteſtationem crudelis ſupplicij.

O rogum immitem. O gratum dæmonibus holocauſtum. O victimam Telchinum. O Furiarum proteruiam. O nidorem inſuauem, quem non olfacit Dominus, ſed maleficæ poteſtates, & infeſti humanæ vitæ genij. Nam cum Andronicus à veteribus immolari boues & nidore placari numina didiciſſet, eandem ſequi rationem noluit, ſed vt eius facta probabant, immanitate omnibus ſuperiorum temporum immaniſsimis tyrannis ſuperior, homines ſacrificare per ſcelus inſtituit, ſpretis Chriſtianæ religionis legibus, quæ hominem potius conſeruandum eſſe, quàm perdendum, nec totum mundum cum eius animo comparandum docent. Quis inſanus Cãbyſes, aut crudelis Tarquinius, aut Echetus & Phalaris, tyranni crudeliſsimi, talia perpetrarunt? Qui Tauroſcythæ, quorũ legibus mactantur hoſpites, quorumque moribus errabundus Andronicus infectus fuit, ita in captiuos ſæuierunt? Ne verò tam atrox ſupplicium ſine cauſa & iuſto crimine inflixiſſe videretur: libellos aliquot vnà cum Mamalo cremauit, qui de ſecuturis Imperatoribus tractabãt, quibus recitandis Alexium ad regni amorem impuliſſe fingebatur.

Diſypati Georgij periculum.

Tantum autem abfuit, vt eius facti Andronicum pœniteret, aut ſimili crudelitate in poſterum abſtineret, vt Diſypatum Georgium, magni templi lectorem, propterea quòd de Imperatoris ſæuitia liberius queſtus eſſet, in carcerem coniectum, ſubinde in animo haberet, verubus transfixum, & pinguem hominem inſtar porcelli ſupra carbones aſſatum, vxori eius, haud ſcio in quo vaſe (amplum id vtique eſſe oportuiſſet) mittere: ac omnino feciſſet, niſi Monaſteriota Leo ſocer eius, qui ob dicendæ ſententiæ prudentiam, Senatus os ab Andronico vocabatur, tyranni furorem authoritate ſua repreſsiſſet. Præterea fama vndique aduolans, quæ Dyrrachium Siculis deditionem feciſſe, & Theſſalonicam obſideri nunciabat, ſæuitiam Andronici & humani cruoris auiditatem nonnihil infringebat. Diſypatus igitur in carcere manus ad Deum „
extendebat, & cum Dauide precabatur: Educ è „
cuſtodia animam meam, vt nomen tuum prædi- „
cem, & Ionæ verba ſæpe repetebat: Nunquid „
amplius ſanctum tuum templũ reſpiciam? Quid verò precabatur? Deleto me Domine ex Andronici memoria, ſim ignotus apud eum omni tempore, ne recordetur nominis mei, donec ex libro viuentium deletus fuerit. Itaque numen non cunctatum eſt, nec preces eius aſpernatum, ſed illæſum eduxit è carcere, Andronico paucis diebus pòſt extincto. Qui pro pacto fideliſsimos ſuos miniſtros remunerari fuerit ſolitus, Macroducæ Conſtantini & Ducæ Andronici ſupplicia declararunt: quorum alterũ, vt dictum eſt, Panhyperſebaſti honore extulerat, Ducam verò adoptatum, in amiciſsimorum numerum receperat.

Tripſychi Conſtantinũ excæcatio.

Ingenij eius feritatem, & in colẽda amicitia lenitatem, illud etiam demonſtrat, quòd Tripſychũ Conſtantinum excæcauit, hominem chariſsimũ & diligentiſsimum tyrannidis miniſtrum, qui fide &

de & obſeruãtia erga illum ferè nemini cedebat: nec quicquam ei ad victoriam in certamine beneuolentiæ deerat, niſi quòd vnus Hagiochriſtophorites Stephanus in eodem ſtadio pari ſtudio cum illo decurrebat. Cauſa cur Tripſychi pupillæ extinguerentur, offenſa exigua fuit, digna quæ negligeretur potius, quàm in quæſtionem vocaretur, & pœnam auctori irrogaret, præſertim tam dilecto, nec minus diligenti. Verùm quia temporibus Andronici ocioſi verbi ratio reddebatur, & Tripſychus earum cauſarum quæſitor multos excruciarat, & bonis omnibus ſpoliarat, quòd contra Andronicum nonnihil murmuraſſent, aut malæ alicuius cogitationis reliquias animis celaſſent: in eadem mala inclementer incidit, ſuapte iniquitate circumuẽtus: & qua menſura ſæpe menſus fuerat conferta & exuberante, eadẽ ei remenſus eſt Andronicus: & quam foueam alijs ſæpe foderat, io eam (quam vero iudicio) ipſe meritò incidit: & in ſe deuoluit ſaxum, quod ſæpiſsimè alijs intentarat. Itaq; delatus à quodam ex coniunctiſsimis, Tripſychum tot beneficijs cumulatum, tot dignitatibus ornatum, qui io Imperatorijs literis dilectus filius appellatur, & exploratæ fidei homo, qualis hodie vix inueniatur, pecunioſum illum & purpuratum, æquè de Androoico queri, ac eos qui nihil ab eo beneficij accepiſſent, perdoluit Andronicus, & fide eius in vniuerſum damnata, triſtis aſtitit, ijſque verbis ad iracundiam eſt extimulatus. Vt verò delator animaduertit, efferueſcenteni bilem acriora verba flagitare, vt magis etiam ebulliret, & ſanguinarium illud iracundiæ pelagus, miſerum Tripſychum, vt Aegyptium equitem abſorberet: ſubiunxit. Etiam filium tuum, Domioe Imperator, & legitimum imperij ſucceſſorem, pulcherrimum & optatiſsimum omnibus Ioannem, inſanis verbis calumniari non deſiſtit Tripſychus: eumq;, vt piaculum, diuinam Imperij ſedem conſcenſurum prædicat. Adhæc, cum aliquando Imperator Ioannes præteriret, eiq; à maxima bominum frequentia acclamaretur: Tripſychus eum deriſit, & per contemptum Zinzipbizem vocitauit, & cum magno ſuſpirio dixit, O miſerum principatum Romanotum, qualis ei Imperator expectatur? Erat autem Zinziphizes deformiſsimus homuncio, qui in circo equeſtri crebrò verſabatur, pleriſque membris diſtortis, breuis & carnoſus, ſcurra tamen non inſulſus, & riſus concitandi artifex. Quibus verbis grauiter commotus Andronicus, Tripſychi bona grandinis in morem diſsipat: & ipſum in liberam cuſtodiam datum, tandem etiam excæcat. Huoc Tripſychi potentia finem babuit, vt
„ Salomonis illa ſenteotia planè in eum quadrare
„ videatur, cùm ait: Vias eſſe quæ principiò rectæ
„ videantur, ſed exitum earum ferre ad mortem.

NICETÆ CHONIATÆ LIber ſecundus de Imperio Andronici Comneni.

Andronicus Siculis parũ feliciter reſiſtit.

HOC vrbis imperatricis ſtatu, Sicilienſis exercitus in tres partes eſt diuiſus, quarum vna Tbeſſalooicæ manſit, altera in Serranum agrum impreſsionem fecit, vt loca illa omnia vaſtatura & ſubactura, tertia quaſi plana via proceſsit, neq; vllo hoſte apparente, ad ipſam Moſynopolim tentoria fixit, & circumiacentia loca omnia ſubegit. Andronico verò principiò curæ fuit præſidium mittere Epidamnum. Sed paucis diebus pòſt, quàm Branas Ioannes eò perueniſſet, Itali veluti volatu per aerem aduecti, citra laborem & quaſi per ocium mœnium pinnacula tranſcenderunt. Ioannes Branas captiuus in Siciliam eſt abductus. Deinde Theſſalonicæ præſidi Dauidi per literas mandauit, vt vrbis cuſtodiæ intentus eſſet, nec calcearios Latinos quicquam formidaret, vtique ſaltaret, morderet & pungeret, vt ipſa verba Andronici apponam: quæ cur vſurparit, ſolus auctor nouit Andronicus. Sed ciues faceriores verba illa ridebant, & ad quædam vulgaria & obſcœna detorquebant, quæ ſilentio prætereunda ſunt. Poſt hæc Romanis copijs tam Occidentalibus quàm Orientalibus coactis, & in legiones deſcriptis, partem vnam Ioanni filio, Imperatori deſignato, tum io Philippica prouincia degenti, aliam Chumno Chartulario, aliam Andronico Paleologo, aliam Nicephoro ſpadooi dedit, cui Accubitoris dignitatem tribuerat. Alexium quoque Branam cum alio exercitu ablegauit. Cæterũ filius eius circa Philippopolim venationibus deditus, de excidio Theſſalonicæ non magis cogitabat, quàm de Gadium portis, aut Bacchi columnis euertendis. Cæteri verò dum ea obſideretur, propius accedere & opem ferre nullo modo auſi, caſtris longè ab vrbe poſitis, per ſpeculatores & expeditos equites caſtra hoſtium furtim ingreſſos, Theſſalooicæ ſtatum explorabant. Solus omnium Cbumus Theodorus propius accedere non dubitauit, vt ciuibus in aciem contra boſtes egreſsis opem ferret: aut, ſi liceret, ipſam vrbem ingrederetur: ſed vtroque conſilio fruſtratus, turpiſsimè pedem retulit, quòd milites eminus, ne galeam quidem boſtilem intueri auſi, tergis obuerſis effuſe fugiebant. In eo duntaxat cæteris popularibus ſuis præſtãtiores, quòd noo ſemper ignaui deſederant, ſed hoſtes, quos ſpeculatores adeſſe nunciarant, coram aſpexerãt, & re ipſa impetum eotum cognorant. Capta Theſſalonica, & Siculo exercitu diuiſo, vt dictum eſt, quem alij prius inſtar Chimeræ coniunctum, tum ſeparatum eſſe dicerent: fortiſsima eius pars tanquam leo rectà ad vrbem imperatricem contendebat, media Serranum & Amphipolitanum agrum peruagabatur: poſtrema, claſsis videlicet, quæ in modum ſerpentis in aquis voluitur, principem Theſſalotum vrbem cuſtodiebat. Verùm Romanis, quamuis coniuncti iiſdem auſpicijs militarent, ne ſic quidem cum vna parte dimicare auſis, hoſtes qui Moſynopolim occuparant, cum nullũ hoſtem videreot, longius progredi ſtatuerunt. Romani verò mõtium verticibus inſeſsis, io planiciem deſceodere, & hoſtibus ire obuiam noo audebant. Itaq; Siculi nihil cunctanduoi eſſerati, coactis in vnum copijs, Conſtantioopolim peteudam & occupandam eſſe cenſuerunt. Hanc etiam ſpem Comnenus Alexius eis fecerat, qui cum eos ne ducis quidem loco comitaretur, tameo irrita ſpe concepta, homo ſtultiſsimus, ac ne ouibus quidem paſcen

Siculus exercitus trifariam diuiſus Conſtantinopolim cogitat.

dis aptus, Siculorum regem ſua cauſa laborare putabat: nec minus ſupercilij præ ſe ferebat, quã ſi iam Imperator deſignatus, inſignia Imperij geſtaret, & apud peregrinum militem ſe à Conſtantinopolitanis non minus quàm patruum & magnificum Imperatorem Manuelem deſiderari, & æquè ac matutini Solis iucundiſsimos radios expectari ineptè iactabat.

Andronici apparatus ad vrbis defenſionem.

Andronicus verò ipſe mœnia vrbis circumijt: & ſi quid vetuſtate ruinoſum erat, id ſuffulciri & inſtaurari iuſsit. Nec mora, iuſsis alacriter obtemperatur: ædificia extrinſecus mœnibus contigua, quæ facilem in vrbem aſcenſum præbebant, diruuntur: naues longæ circiter C. in littoribus fluctuant, ad nauigandum, ſi opus eſſet, & opem vrbibus, quas Sicula claſsis infeſtaret, & ipſis ciuibus ferendam paratæ, (nam hi quoque hoſtis aduentum imminere putabant) & ad marinum ſinum, qui fluminis inſtar Blachernium littus alluit, per tempus occupandum. Hactenus reipublicæ nauata opera quieuit, quaſi iam abundè ad defenſionem & hoſtium profligationem paratus. Audita verò Theſſalonicæ expugnatione, Dauidis cuſtodis eius vrbis propinquos in carcerem conijcit, ac pro concione caſum illum extenuat, nihil magni geſsiſſe Siculos, neque nunc primùm, ſed ſæpe alias progreſſu temporis vrbes eſſe expugnatas, & victoriæ viciſsitudinem eſſe. Sed cùm aliàs alijs aduerſis nuncijs percelleretur, & crebrò adeſſent, qui nunc Amphipolim eſſe captam, nunc finitimis illi prouincijs vaſtatis, hoſtes iuxta Moſynopolim caſtra habere afferebant: ijs quoq; rumoribus eleuatis, ſe vlturum hoſtes, & funditùs deleturum dicebat, quemadmodum venatores ſingulares apros. Eos enim paulatim à ſaltu recedentes, & eſcam perſequentes, in inſidias & decipulam pellici, ac venabulo transfigi, aut profundum vulnus in viſceribus accipere. Italos eodem modo, quaſi reſiſtente nemine ſecuros, & ſubinde maioris prædæ cupiditate progredientes, in extremum & improuiſum interitum delapſuros, & ſcelerum ſuorum pœnas daturos. Quæ verba nihil erant aliud, niſi futiles rationes viri, qui apertè naturæ rerum repugnabat, & concitatum contra ſe populum lenire ſtudebat: non autem eò pertinebant, vt ex viri fortis officio nihil intentatum relinqueret, quo Barbaros profligaret. Nam quamuis tot & tanta mala inſtarent, vt omnes atrociſsima quæque timerent, ijſque veluti iam vrgentibus angerentur: ille res intolerabiles æquo ferebat animo, & in alienis malis philoſophabatur: idque in ſumma ambitione & cupiditate imperij, qua ad inhumanitatem impulſus, omnes tyrannos qui vnquam fuere ſuperauit.

Andronici negligentia & luxus.

Ad hæc, vt erat luxu corruptus, cum cœtu ſcortorum & pellicum in loca deſerta & temperata ſecedere, & ferarum more conualles & herboſos ſaltus conſectari ſolebat, vt gallinarum gallus gallinaceus, aut hircus captarum ductor, aut vt Bacchus Thyadas & Mænadas, ſic ipſe amicas ſuas antecedebat, tantum non hinuli pelle & crocoro indutus. Ac certis diebus à paucis aulicis, ijſque intimis, veluti per tranſennam videbatur: tibicinis verò & meretricibus omnem aditum patefaciebat, eaſque quouis tempore ad colloquium admittebat, voluptati vt Sardanapalus indulgẽs, qui ſepulchro ſuo incidit, ea ſe habere quæ comederit, & pro libidine egerit. Erat Epicureus & Chryſippeus, morbo luxuriæ corruptus, & amore perditus: Herculem L. * Thyeſtis filiabus ſtuprandis imitabatur. Sed quia tantũ illi roboris ad laſciuiam non ſuppetebat, vt ille Ioleum contra rediuiuam hydram implorabat, ſic ipſe virilia vnctionibus & delicijs firmabat.

Andronici ſatellites & ca...

Veſcebatur item Nilotica beſtiola, crocodilo non abſimili, quem Scincum vocant, à quo cibo cum plerique abhorreát, tamẽ tentiginem excitat, & ad rem veneream paratos facit. In palatium à deambulationibus & recreationibus reuerſus, non paucos ſecum habebat ſatellites, eoſque ex barbaricis cohortibus & peſtilentibus hominibus, quibus immodeſtia cordi eſt, linguæ Græcæ maxima ex parte ignaris, & qui ante cubiculũ & fores excubabant, ex iſtiuſmodi petulãtibus cœtibus conflati erant. Tandẽ etiam canem aſperum, qui & cum leonibus pugnare, & armatum equitem humi ſternere poterat, in ſuo conclaui habuit. Nam ſatellites & cuſtodes noctu procul ab eius cubiculo cubabant: canis verò ad ianuam alligatus, ad exiguum ſtrepitum horrẽdum in modum latrabat. Ita paulatim Conſtantinopolitanorum ſimplicitati inſultabat, & quaſi naribus ſuſpenſos trahebat: & vt ad omnem imperatorum obſeruantiam & cultum paratos (ignarus, ſe ab illis imperio deiectũ grauiſsimas pœnas daturum eſſe) deridebat. Itaque cornua ceruorum, quos venatus erat, inſignia, & rari aliquid habentia, in porticibus fori ſuſpendebat, per ſpeciem oſtentandæ magnitudinis ferarum quas cœpiſſet, cum reuera ciuitatis mores, & vxorum quas ipſe corrumpebat, laſciuiam notaret.

Andronici crudelitas.

Quo verò die ex Propontidis delicijs & amœnitatibus in vrbem reuertebatur, is dies omnino nefaſtus habebatur. Neque enim alia de cauſa rediſſe putabatur, niſi vt mactaret & perderet eos, quos ſibi ſtruere inſidias ſuſpicabatur. Ita Andronici aduentus multis detrimentum, & mœrorem, aut vitæ iacturam, aut aliud extremum malum portendebat. Is enim vir, cum eam veluti lineam in animo ſuo deſcripſiſſet, ad quam crudelitatis ſuæ amuſsim exigeret, eam ſibi diem perijſſe putabat, quæ non excellentem aliquem virum aut iugulaſſet, aut excæcaſſet, aut ſaltem obiurgaſſet, aut Titanico vultu terruiſſet. Nam ſæuo pædagogo ſimilis, ſubinde flagellũ in pueros quatienti, & tempeſtiuè & intempeſtiuè obiurgabat, & ad quodlibet verbum ſuis auribus ingratum commouebatur. Quo fiebat, vt ea tempeſtate homines mœſti & ſoliciti viuerent, nec ſecuri ſomnum caperent, ſed ſubito territi expergiſcerentur, Andronicum in ſe irruere rati: aut eos cernere, quos aſper ille, implacabilis & inexorabilis trucidarat. Nam quod Deus & homo Chriſtus, extremis temporibus futurum eſſe dixit, vt binis in eodem lecto cubantibus, alter aſſumatur, alter relinquatur: id omnino illis diebus accidebat, cum alter coniugum ad pœnas corpore luendas ſubitò raperetur (neque enim mulieribus conceſſa erat impunitas: quin & harũ non paucæ oculis orbatæ carcerem, famem, verbera tolerarũt) pater filios negligeret, filij patres non curarent: ſi in ijſdem ædibus

dibus

dibus, quini eſſent, terni binis, & bini ternis aduerſarentur. Multi etiam Andronici iracundiam, vt Sodomiticum incendium remis & velis fugientes, quàm longiſsimè à patria diſcedebant: qui ſi exilium vſque ad illius obitum extendiſſent, omnis mali expertes permanſiſſent. Nunc dum rei familiari conſultum volunt, non quidem in ſtatuam ſalis ſunt mutati, vt Loti vxor, neque ſalem mortuum euaſerunt, ſed alioqui mentis errore affecti: mala morte perierunt. Et ſi autem Andronicus adeò iracundus, aſper, & inexorabilis erat, vt aliorum malis gauderet, & alijs euertendis ſe ſuum ſuorumque liberum imperium ſtabilire putaret, ac voluptatem inde caperet: tamen non pauca rectè adminiſtrauit, nec planè ab omni virtute degenerauit: ſed vt ex viperæ carnibus, ita ex ipſo quoque Panacæam venari licebat, & ſalutare antidotum conſequi, & ex aſperis ſpinis ſuaueolentem roſam decerpere, & ex helleboro & aconito ſuauem victum præbere * pſaris & coturnicibus. Nam ſubditos pauperes largitionibus foueat, ſi qua modò ſpes ſuberat, eum qui opem implorabat, Andronico ob ſcelera non infenſum eſſe. Procerum auaritiam ita mulctauit, & manus alieni auidas ita compreſsit, vt eo imperante multæ prouinciæ colonis auctæ ſint, cum quiſque, ſecundum Propheticum dictum, ſub vmbra ſuarum arborum recubaret, & vindemia peracta, & frugibus comportatis, hilariter epularetur, & ſuauiter dormiret, non quæſtoris minas timens, non exactorem auarum expectans: ſed ſi Cæſari dederat, quæ erant Cæſaris, nemo erat, qui plus ab eo poſtularet, aut etiam tunicam aliquádo eriperet, & violenter ad necem adigeret. Nam quæſtores ad Andronici appellationem ita terrebantur, vt rapaces alioqui manus facilè ab alieno abſtinerent, ac munera vltrò à prouincialibus oblata tanquam peſtes aliquando auerſarentur. Et quod maius eſt, cùm magiſtratus in prouincias ablegabat, larga eius ſtipendia dabat: ſimulque denunciabat, quas pœnas ſua iuſſa negligentibus irrogaturus eſſet. Neque enim publica munera vendebat, aut leui munuſculo conciliatus conferebat: ſed gratuito, habitoq; delectu magiſtratus ordinabat. Itaque multi olim profugi, & publicis calamitatibus penè immortui, quaſi Archangeli tuba audita, ex diuturno veterno experrecti, reuixerunt, priſtina felicitate recuperata: & vt Ezechielis viſio docet, oſſa ad oſſa congerebantur, artus artubus coniungebantur, & breui tempore pleræque vrbes & vitam, & priſtinas opes receperunt. Quòd ſi quid è Pſalmis Dauidicis inſerendum eſt: deſertum mutauit in paludes, & terram aridam in riuos aquarum: publica vectigalia rapinis exactorum reprimẽdis auxit, & crebras exactiones ab auaris quæſtoribus obnoxium populum veluti panem deuorantibus repertas, & quotannis quaſi debitum efflagitatas, ad certum numerum reuocauit. Cùm autem apud Romanos, eoſque ſolos, vt opinor, iniquiſsima conſuetudo valeret, vt naues tempeſtatibus in littus eiectæ non modò à nemine adiuuarentur, ſed ab accolis quouis turbine ſæuioribus diriperentur, ſi qua fluctus reliqua fecerant: iniquiſsimæ iſti rationi tam acriter eſt aduerſatus, ita piraticam illam rapacitatem compeſcuit, vt hæc vna res ampliſsimas eius laudes complectatur. Nam aulici quidem proceres id malum deploratum & immedicabile iudicabant, vt vetuſtate confirmatum: ac multos ex ſuperioribus Imperatoribus, faſciculis literarum in prouincias miſsis, extrema naufragorum ſpoliatoribus minitatos: ſed conatum illum fuiſſe irritum, & intra ſcripta ſubſtitiſſe, rubricam Imperatoriam illius mali vndis eluentibus, vt literæ illæ planè in aqua ſcriptæ viderentur, & edicta fruſtra ſubnotarentur. Quæ cum hi dixiſſent, Andronicus circumſtantem ſenatum acriter intuitus, & ſuſpirio ex imis præcordijs ducto, Nihil, inquit, eſt, quin ab Imperatoribus emendari queat: nec vllum peccatum eſt, quod vires eorum ſuperet. Superiores autem Imperatores, aut rem ſtultè ſunt aggreſsi, aut ſe dolere iniurijs ſimularunt. Nam ſi corruptelam illam verè ſuppreſſam, & liberè agi ea, quæ ad æquitatem pertinent, voluiſſent: rubricatis literis omiſsis, & chartis inutilibus deſpectis, cogitaſſent, ſanguinem flere, non lachrymas fundere eos, qui homines, apud quos fractæ naues eijciuntur, occultis in mari ſaxis & rupibus duriores experiuntur: & enſe illos cohercuiſſent, qui non fruſtra geſtatur, & capitis iniquos damnaſſent. Nunc, vt mihi videtur, nihil niſi malitiam ſcripſerunt, & in alienis malis contrà quàm decet, patientes, afflictos ipſi quoque ſunt inſectati, dum prauos mores non corrigendo, confirmarunt. Quæ cùm dixiſſet, ſubiecit: Viri, qui ſanguine mihi iuncti, aut fide veſtra meam beneuolentiam conſecuti eſtis, & reliqua circunſtans corona, ſiue in ſenatum aſſcripta, ſiue alijs Imperij muneribus deſtinata, audite me. Loquar enim non ea quæ aër fruſtra diſsipet, ſed ea quæ niſi ſuo tempore ipſa re apparebunt, me edicti auctorem graui ira commouebunt: ea verò acris & intolerabilis in eos deſæuiet, qui dicto magiſtratus non audientes, ſecus ac iuſsi fecerint. Quum autem alia quoque Reipublicæ incommodantia, & cladem Romanis importantia, abroganda ſint: homines ex rapto viuere ſoliti ſciunto, niſi vltrò appetere aliena deſierint, etiam ſua amiſſuros: & pauperum ſuſpirijs non ſecus eiectum iri, quàm puluis à vehementi turbine diſsipatur, eos præſertim, qui naufragijs inſidiantur, & ſarcinas diripiunt, & aliquando ipſas naues diſſecant & comminuunt. Si quis veſtrum igitur noſtra auctoritate magiſtratum aliquem gerit, ſi quis fundos maritimos poſsidet: is primùm ſe ipſum, deinde ſubditos quoque ad iuſtam Dei & imperij noſtri obſeruantiam ac reuerẽtiam confirmet. Profectò pœna delicti multiplex ab eo exigetur, qui vel prouinciæ præeſt, vel agrum poſsidet, quod ſi ipſe & animo à facinore abhorruerit, & manus abſtinuerit, ſed miniſtri eius ſcelus id admiſerint, id ipſi imputabitur. Nam ſi ſceleratus dominus flagellabitur, ſeruitia reſipiſcent: & vt ſubditi in illaudatis rebus principem imitari ſolent: ita etiam, ſi is flagelletur, & publicæ vtilitati ſeruire cogatur, hi eum, vt matrem filius, ſequentur. Vt autem pœnæ quoque modum noueritis, quam edicti mei contemptor luet, in malo nauis pendebit. Sin eum fluctus marinus deturbarit,

Andronici præclaræ virtutes.

Benignitas in pauperes.

Magiſtratuũ deſignatio.

Andronici conſtitutio in naufragorũ ſpoliatores.

Andronici grauis oratio de Imperatorum negligentia.

barit. in alto littore, editaque ſpecula altiſsimæ arbori quæ in ijs montibus cædi poterit, affigetur: vt qui medio mari nauigant, eum conſpiciant, velut de antenna velum, prominentem, atque in terra naufragum, ſuo exemplo cęteros monentem, ne naufragia inuadant. & naues ſpolient: quemadmodum Deus arcum ſuum in nubibus ſuſpendit, qui argumento eſſet, non fore

Seueritate Andronici naufragorū incolumitati conſultum.

amplius diluuium. Quæ cùm dixiſſet, magnum dolorem præ ſe ferens, eumque exprimens, qui nec conſilium mutaturus, nec de ſententiæ ſeueritate quicquam remiſſurus eſſet: alijs rebus intentus fuit. Auditores verò experientia edocti, neſcire iocari Andronicum, nec alia loqui, alia ſentire in rebus huiuſmodi, metu trepidabant, & vix tandem animis receptis, per veredarios, procuratores ſuos, & in magiſtratibus ſuam vicem obeuntes, ſeueriſsimè monuerunt, ac obteſtati ſunt, vt vigilantiſsimè caueant, ne tempeſtate fracta nauis lædatur: ſed potius, ſi fieri poſsit, ipſos etiam ventos increpent, aut, vt de Aeolo fabulantur, vtribus includant, ne turbinibus mare exagitent. Ab eo tempore nulla nauis iactata fluctibus, vllam ſarcinarum iacturam fecit, aut parte tabulatorum ſpoliata eſt: aut malum ancoramúe, aut minimum funiculum, nedum vlla armamenta amiſit. Imò ſiue ventis in terram ageretur, ſiue ſcopulis occultis alliſa frangeretur, non aliter ſpectabantur, quàm cymba Charontis, qua ex faucibus inferni animæ veherentur: aut vt ſacræ naues à populo & magiſtratibus ſubmiſſe curabantur, ne quid in terra amitterent, quod mare non abſtuliſſet. Ita ex tempeſtate, ſubita tranquillitas extitit, vt ea mutatio diuinitùs inſtituta videretur. Idem maximū

Aquæ ductus Andronici.

aquæductum ſubterraneum, qui in medio foro, non ſtagnantem & morbidam, ſed fontanam & potabilem aquam effunderet, maximis ſumptibus renouauit. Hydrale fluuio in eum deriuato: ad cuius primos fontes turrim extruxit, & ædes ad æſtiuandum idoneas. Ex eo fonte adhuc aquantur, qui ad Blachernas. & interius etiam in vrbe habitant. Nam id opus morte eius interruptum eſt quo minus aqua in medio quoq; foro

Iſaacij inuidia dirutæ Andronici ſubſtructiones.

exiliret. Secuti autem Imperatores in hunc vſq; diem id opus ita curarunt, vt Iſaacius, qui Andronico vnà cum imperio vitam eripuit, & turrim & ædes amœniſsimas diruerit, ex inuidia nimirum pulcherrimi iſtius facinoris. In prætorijs magiſtratibus reficiendis, viros præſtantes & ſenatorij ordinis optimos delegit, & ampliſsimis muneribus donatos ablegauit, vt beneficijs tantis ornati, minus graues eſſent ciuitatibus & defendendis ac ſubleuādis pauperibus ſemper intēti. Qui,

Magiſtratuū abſtinentia.

cum abundè ſuppeteret vnde viuerēt (nam quadragenas & octogenas argenti minas ſecum auferebant tanquā ſacrilegio etiam ijs abſtinebāt, quæ à prouincialibus vltrò offerebātur, quòd aut è manu potentis erepti, aut alijs beneficijs affecti eſſent. Vnde ciuitates exiguo tempore creuerūt, terra centuplum fructū tulit, annona paruo væ-

Andronici æquitas.

nijt. Facilè quoque ſe ab ijs adiri paſſus eſt Andronicus, qui de violentia potentum querebantur, nulla perſonarum habitaratione: nec ius à iuſto remouit, ſed genere & opibus illuſtres æquè ac tenuis fortunæ homines in ius adductos, ex æquo audiuit: inſolentes, quos cum obſcuris hominibus iure agere pudebat. ſi conuicti eſſent iniuriarum, quod pauperes opprimerent aut pugnis cæderent. grauiter caſtigatos pro delicti modo mulctabat. Aliquando Dadibrenum Theodo-

Theodori Dadibreni pœna.

rum quem ſuprà Alexij Imperatoris præfocationem adiuuiſſe oſtendimus, quidam agricolæ accuſarunt, quòd apud ſe diuertiſſet, ac cum ſeruitijs & iumētis ſuis, omnibus neceſſarijs acceptis, diſcedens nihil ſoluiſſet. Quod vbi verum eſſe comperit, ipſum XII. * plagis fuſte caſtigauit, & ex fiſco agricolis longè pluſquam quanti erat damnum, ſolui iuſsit. Scripſit & ad quoſdam magiſtratibus fungentes, huiuſmodi literas. Verè mendacij princeps, prudēti meo iudicio imprudens: Et tu holitori venalicie auditum eſt noſtro imperio, vos ſtudere iniurijs. Enimuero aut iniurias aut vitam relinquite. Nam vos iniurios eſſe & viuere, neque Deo acceptum eſt, neque mihi ſeruo eius tolerabile. Tantum porrò abfuit, vt

Andronicus doctorū amās ſed diſputationibus de religione infenſus.

conſuetudinem & tunc & nunc receptam de diuinis dogmatibus diſputandi, probaret, aut de Deo noui aliquid vel dicere vel audire vellet (idque cum noſtram doctrinam non ſummis tantū labris attigiſſet) vt nouarum Patrarū epiſcopum Euthymium, virum eruditiſsimum, & Cinamū Ioannem, ad Lopadium de illo Chriſti dicto, (PATER MAIOR EST ME) in ſuo tabernaculo diſſerētes. obiurgarit, & in Rhyndacum amnem abiecturum minatus ſit, ni deſiſterent. Fuit autē illud argumento, non plane efferatum fuiſſe. Andronicum, quòd eruditionis rationem habuit: & eruditos non procul à purpura, ſed prope ſolium ſuum collocatos, & muneribus frequentibus fouit, & honores eis nō minimos habēdo, cœleſtem ſapientiam diuinarumq; rerum doctores, disertos & iuriſperitos, magnam rem & ſummi precij ſe æſtimare declarauit. Iam quia ſe in æde

Andronici Sepulturæ ſtatua.

pulcherrima & ampliſsima & in media vrbe ſita XL. martyrum, ſepeliri volebat: omnes eius templi partes ruinoſas ſtudioſe refecit & exoleſcentem pulchritudinem reconcinnauit: & Chriſti ſeruatoris noſtri imaginem, per quam olim cum Imperatore Mauricio collocutus eſſe fertur, magnis impenſis ornauit, & ingens illud Porphyreticum ſoliū, cuius labra duo horrendi ſerpentes ſinuoſis voluminibus amplectuntur, mirabile opus, ex hortulo magni palatij, in eius templi veſtibulum tranſtulit, ibidemque prioris ſuæ coniugis reliquias ex Ancurij monaſterio tranſlatas repoſuit. Extrinſecus iuxta Septentrionales eius templi fores, in maxima tabula ſtatuā ſuam collocauit, non imperatorio regioúe habitu, nec aureo ornatu, ſed inſtar ærumnoſi operarij, nigra veſte induti, fiſſa vſq; ad ſuras, cum albis ocreis vſq; ad genu aſcendentibus: qui falcem grauem & magnam manu tenens formoſiſsimū adoleſcentem vſq; ad humeros & fauces prominentem, velut incuruatus, comprehendat & implicet, qua imagine prætereuntib. clariſsimè ſua facinora depingebat: & quo ſuis edocebat, vt hęrede imperij occiſo, ſponſam illius ſibi matrimonio iunxiſſet. Habuit etiā in animo ęream ſuā ſtatuā, ſuper columna in ſublimi ęneo Tetrapleuro, vbi nudi Cupidines pomis ſe inuicé petunt, quod Anemodulum vocāt, erigere. Imagines Xenę imperatricis,

Imagines Xenæ & Andronici.

Alexij

Alexij matris, quam ſuffocauit, prius ibi depictas, in rugoſæ aniculæ faciem transformauit: commiſerationem prætereuntinm, ſi illuſtrem illam & pulcherrimam formam, atque omni admiratione digniſsimam ſpectarent, veritus, pleraſque aboleri paſſus eſt, & ſuam imaginem habitu imperatorio aut Alexij ſponſæ aſtantem, aut ſeorſim reponi. Poſt omnia, iuxta ædem S. Quadraginta magnificas ædes ſtruxit: in quibus cùm templum vellet ingredi, verſaretur: & quia recentibus ſuis factis parietes coloribus, aut alborum calculorum interpoſitionibus adornare non poterat, ad ea conuertit animum, quibus ante imperium fuerat occupatus. Ea erant, aurigationes, venationes, ſtrepitus auium, latratus canum, ceruorum, leporumque venatus, aprorum & zumbrorum confoſsio: (eſt autem Zumbrus fera, quæ apud Tauroſcythas potiſsimum naſcitur, & vrſo & leopardo maior) & vita agreſtis in tentorijs, & conuiuia ex venatu ſimplicia, & Andronicus ceruinam aut aprugnam ſuis manibus in fruſta ſecans, & diligenter aſſans, & id genus alia, quæ vitam hominis repræſentant, arcu, gladio, & velocibus equis freti, patria ſiue ob ſimplicitatem, ſiue virtutem ſuam exulantis.

S. 40. martyrum templũ ab Andronico inſtauratum.

Verùm Andronicus fortunam ſuam cum Dauidica comparabat, ſeque inuidiæ retia æquè vt illum euitaſſe, multis exilijs actum aiebat. Interdum ſuas res amplificando, illum parum à Palæſtina Sicelagam perueniſſe, & Amalechitam gladio confeciſſe, & adeò ſordidè vixiſſe, vt Nabalem etiam occiſurus fuerit, quòd poſtulatis non ſtatim annuiſſet: ſe verò totum penè Orientem peruagatum ad omnes gentes Apoſtolico more Chriſti nomen pertuliſſe, & prædicaſſe, & quocunque tranſiſſet, ſummis affectum eſſe honoribus, & cum honorifico comitatu receſsiſſe. Hæc non indiſertè commemorabat, præſertim ſi cum viris eruditis & eloquentibus colloqueretur, rebus adhuc integris & tranquillis.

Andronicus exilijs ſuis gloriatur.

Quæ autem poſtremò inſtituit, & ex parte inchoauit, & extremi furoris erant, & omnem crudelitatis immanitatem ſuperabant. Nam cum imperium imminui, & multitudinem hoſtium inſtar hybernis niuibus aucti torrentis, & extra ripas effuſi, obuia quæque vaſtare, & ſubditos paulatim incipere liberius loqui, & defectionem ſpectare animaduertit: quòd nullam imperij curam ſuſciperet, ſed veluti veterno oppreſſus, hoſtium graſſationes neque videret neque audiret: parturijt laborem, & peperit iniquitatem, non tam ſua ſponte, quàm aliorum conſilijs incitatus: qui monebant, vt quotquot in carceribus tenerentur, capitis damnari, alij iugularẽtur, alij in fundum maris demergerentur, aliorum ventres diſſecarentur, alij denique alijs modis è medio tollerentur. Imò vt damnatorũ cognati quoque eandem gladij aciem ſentirent. Neque enim quicquam proſici, ſi vno capite reſecto plura renaſcantur, nec ferro ſtridenti tollãtur: in ea re maximè laudandum eſſe heroem & ſemideum Herculem, quòd Iolaum aſciuerit, qui rediuiuam hydram exureret. Itaque amicorum & mercenariorum iudicum concilio coacto, qui menſam imperatoriam, vt vultures cadauera conſectabantur: atrocibus verbis commemorat, quanta fuerit Italorum improbitas, & quantis cladibus Occidentales prouincias afficiant, quot vrbes vi expugnarint. Cauſam earum nõ niſi Romanis, qui ſibi aduerſentur, eorumq; cognatis & amicis aſſcribendum eſſe. Eos ſitire Andronici interitum, & omnem mouere lapidem, vt imperio deturbatus, miſerrimè concidat. Quam cupiditatem cùm per populares ad exitum perducere nequeant, alienum ex longinquo exercitum accerſere, ac locuſtas imitari, quæ flammis euitatis, aqua ſuffocentur. Verùm ſenectutem hanc (inquit) teſtor, non gaudebunt inimici & hoſtes Andronici. Sed quæ in Andronicum moliuntur, ea ab Andronico perpetientur. Sin fata ad inferos adigunt etiam Andronicum, ipſi antecedent, & viam præparabunt, ſequetur Andronicus. Hæc locutus, adiectaque Paulina illa ſententia: Non faciam quod volo bonum, ſed malum quod nolo peragam, aduerſarijs contra me militantibus, & ad ea me compellentibus, à quibus abhorreo, malorum remedium quærebat.

Andronici crudele conſilium de tollendis omnibus ſeditioſorũ cognatis.

Cùm autem coniurati eius magnis vocibus exclamaſſent, tollendos eos è terra, ac nemini parcendum eſſe: in omnes eos qui vel in carceribus tenebantur, vel in exilium acti erant, in omnes eorum cultores & cognatos, ſententia capitalis lata eſt, & in libellos relata, Protoſecretario dictante, libellorum ſupplicum magiſtro laborante, Protonotario Dromi acclamante, quorum nominibus parcam in præſentia, vt & eorũ, qui pòſt in eiuſmodi rebus vanæ gloriolæ cauſa, aut Andronici metu operas nauarũt, quorum dux & autor fuit Hagiochriſtophorites Stephanus, cuius vox quaſi tonitru in palatio reſonabat, & inſtar torrentis eos abſtrahebat, quos ſuſpectos habebat Andronicus.

Condemnatio vniuerſarum familiarum.

Hagiochriſtophorita Stephanus tyrannidis miniſter.

Fuit autẽ eius ſcripti huiuſmodi exordiũ. Diuinitùs impulſi, non iuſſu magiſtratus & principis ac Imperatoris noſtri, decernimus & pronunciamus, è republica eſſe, & priuatim Andronico Romanorum ſeruatori vtile, vt contumaces & ſeditioſi funditùs intereant, qui comprehenſi in carcere tenentur, & in exiliũ acti ſunt, eorumque neceſſarij & cognati capiantur, & omnes vltimis ſupplicijs afficiantur. Sic enim & Andronicus, qui numine propitio imperij ſceptra gerit, à publicis curis & inſidiarum metu nonnihil reſpirabit, & Siculi cœptis deſiſtẽt, vbi neminem habuerint, à quo, quemadmodum Romani oppugnandi ſint, doceantur. Nam cùm & ij qui in vincula coniecti, & qui oculis priuati ſunt, conſilia improba non referant in melius, ſed in priore ſententia perſeuerent: nulla ratio ſupereſt, qua improbi ad ſanam mentem reducantur, niſi vitæ ereptio: quæ, vt ſacra & ſalutaris anchora contra væcordes & dementes eſt vſurpanda, quorum eæ ſunt intemperiæ, vt non animaduertant ſe contra ſtimulum calcitrare, & gladium contra ſemet ipſos acuere. Hæc & huiuſmodi alia, vt ex multis pauca referam, nefarium illud decretum continebat.

Exordium crudelis edicti.

Sequebatur eorum enumeratio, qui comprehendendi & mox occidendi erant, exprimebatur & modus, quo quiſque tollendus eſſet. Ego verò cùm alia illorum hominum acta demiror, & ſceleratiſsima iudico, tum decreto iſto obſtupeſco: neque perſpicere poſſum, quid in eo ſecuti ſint, aut quo iudicio ſuum parrici-

Exagitatio edicti.

dium Deo aſcripſerint, diuinumque motum id impudenter appellarint, quod primus humani generis hoſtis eis haud dubiè ſuggeſsit, cum alius ſumere principiũ modeſtius & probabilius licuiſſet, atque à contumelia Dei abſtinere: qui cædibus haud delectatur, nec mortem fecit, ſed hominem ad vitam condidit: in cuius conſpectu vox ſanguinis Abeli clamat: qui apertè denũciat, ſe malle, vt peccator conuerſus viuat, quàm vt moriatur. Enimuerò illi damnatis omnib. è concilio diſceſſerunt. Andronicus verò iudicum nefarias ſententias, haud ſcio quò conſilio, in ſcrinio ſuo diligenter aſſeruauit, prouiſo fortaſsis imminenti exitio. Nam cùm comprehenſus eſſet, & à concurſu populi facinorum ſuorum rationem reddere iuberetur, culpam in iudices & ſenatum transferebat, qui ſupplicia decernerent in eos, à quibus ante imperium, & in ipſo imperio offenſus eſſet. Se verò illorum ſententijs inſeruiſſe (neque enim fruſtra geſtaſſe gladium) & manũ eorum ſuffragijs accommodaſſe. Tum autem cum latas ſententias executurus eſſet, filius eius Manuel Sebaſtocrator refragatus, pernegauit, ſe conſenſurum in acta, quæ non fiant auctoritate Imperatoris, vt ipſi iudices in exordio fateantur. Prẹterea ſe nullo modo ea ſuffragia probaturum, quæ penè Romanos omnes capitis condemnẽt, atque etiam prouincialium non paucos perdãt. Carnificinam enim illam in infinitum graſſaturam, alio ob aliud crimen comprehenſo & occiſo, qui non extorris ſit, nec ex quercu natus, ſed parentes, cognatos, affines, amicos habeat. Cæterùm illud iudicum decretum, iuſſu Imperatoris editum, eos omnes qui in diuerſis prouincijs diſperſi, & vbiuis in carceribus erant, in vnum macellum cogebat: ac ſuas quiſque pœnas dediſſent, niſi, vt Propheta loquitur, Deus ſuum gladium in fugitiuum draconem, obliquum illum, in aquas refugientem, ſtrinxiſſet: qui, vt molli & delicata illa vitæ ratione indicauit, nihil aliud expetebat, nihil aliud cogitabat, niſi vitam voluptariam. Accidit etiam aliud quiddam, quod eum in tantam immanitatem impulit. Nam cum vndique in arctũ ſuas copias cogi, & Siculos iamiam ſuo capiti imminere, & tanquam Typhonem C. captum oppreſſuros: ciues verò mortem ſuam ſitire, & ſuum interitum diuinum beneficium & malorũ remediũ exiſtimare cerneret: prætereaq; ſe propter multiplices procerum cædes à Deo deſertum iudicaret, quamuis ſe ad Chriſti mandram pertinere affirmaret, ijſdemque elemẽtis conſtaret, quibus ij quos extirpabat, ad futura per noxiorum dæmonũ cultum cognoſcenda ſe conuertit, vt & Saulus olim ad Engaſtrimythos tandem abijt, quos antè placandi numinis gratia pepulerat. Nam cum aruſpicinam ante plurimos annos obſoleuiſſe, & penitus abolitam eſſe, auguralẽ item ſuperſtitionem, vt & ſomniorum & omnium interpretationem iam olim è Romanis finibus auolaſſe: ſolos verò eos impoſtores, qui è pelui diuinãt, & qui aſtrorum ſitus rimantes, æquè falluntac falluntur, ſupereſſe: tum quidem Aſtrologiam, vt magis familiarem, & futura obſcurius innuentem ſepoſuit: ſeq; totum permiſit ijs, qui futura ex aquis, quaſi per caliginem conijciunt, & imagines fu-

Andronico ab Engaſtrimytho prædicitur exitium.

turarum rerum velut ex vmbra ſolarium radiorum conſectantur. Ac ipſe quidem ijs nocturnis ſacris intereſſe noluit, metu famæ vt arbitror: quę ea, quæ in occulto fiunt, perſpicit, & omnibus enarrat. Sed nefariũ illud arcanum Hagiochriſtophoritę Stephano, cuius ſæpe mentionem fecimus, mandat. Is verò Setho adhibito, qui ab ineunte ætate iſtiuſmodi oraculis deditus, oculos propterea Manuelis imperatoris iuſſu amiſerat, vt ſuprà expoſuimus, certo ritu (quem mihi nec ſcire, nec explicare iucundũ eſt, & aliunde petere licet) percontatur, quis poſt Andronicũ ſit imperaturus? aut imperium ei erepturus? reſpondet malus genius, ac potius obſcurè, vt in aquis, ijſq; turbidis, aliquot primas literas, integro nomine non expreſſo, deſignat, vnde Iſaacius intelligeretur: ſed primum oſtenſa litera S, inſtar dimidiatæ Lunæ, ac deinde ſubiuncta litera I, vt oraculum eſſet obſcurius, & ſari veluti ſtimulus, aut, vt verius dicam, quòd non ſatis norat nocturnum illud & infinitæ improbitatis dæmonium perplexitate inuolueret, nec argui mendacij poſſet. Itaque Andronicus eas Iſaurum ſignificare putabat, & eum eſſe affirmabat Iſaacium Comnenũ, qui Cyprum per tyrannidem oppreſsit: eumque perpetuò ſuſpectũ habebat, vt imperij ſucceſſorem. Nam ex Iſauria in Cyprum venerat, homo maleficentiſsimus, pernicioſus Telchin, mare calamitatibus exæſtuans, & atrox furia, in beatos antè inſulares crudeliter graſſata. Nam ſcriptis eos miſeror, qui ipſis factis publicũ illud infortuniũ ſunt experti. Andronicus verò miratus oraculum, Non modò, inquit, de ſucceſſore interrogato, ſed tempus etiam adijcito. Facta etiam de tempore quæſtione, aërius ille & terreſtris ſpiritus, carnibus quæ proferri nefas eſt, euocatus, & cum ſtrepitu in aquam illapſus, Intra exaltationem crucis, reſpondit. Hæc autem initio Septembris acta ſunt. Secundo etiam reſponſo audito, cum inſuaui & falſo ac planè Sardonio riſu, Vanum, inquit Andronicus, eſt iſtud oraculum. Qui enim Iſaacius intra tam paucos dies Cypro aduenire, meque imperio euertere poterit? eaque verba penitus neglexit. Cùm autem Ioannes Tyranus, Beli iudex ab Andronico deſignatus, eaque de cauſa cupiditatum eius feruidus miniſter, dixiſſet: Iſaacium Angelum è medio tollendum eſſe, ne fortè oraculo ad illum pertinente, ipſi longinqua imaginarentur, ijs quæ ante pedes eſſent, neglectis: ne ſic quidem diuinationi aſſenſus: ac potius hominem deriſit, quòd tale aliquid de Iſaacio Angelo ſuſpicaretur, quem, vt mollem & ignauum, nec ad vllam rem gerendam idoneum, contemnebat. Nam fata vrgebant, & Deus vtique illo prudentior erat. Cæterùm Hagiochriſtophorita Stephanus, homo impiger, quouis modo domini & Imperatoris ſui ſaluti conſultum volens, Iſaacium Angelum comprehendere ſtatuit, ac primùm in cuſtodiam dare, deinde Andronici arbitratu occidere. Igitur ædes Iſaacij, quæ prope Periblepti monaſterium ſunt, XI. Septembris anno ſexies milleſimo DCC *LXXXIX veſperi ingreſſus, Iſaacium deſcendere ac ſe ſequi iuſsit. Illo verò cunctante, vt fit, & ſolum conſpectum eius extremum malum iudicante, vim adhibuit, & miniſtros ſuos increpauit,

Sethus Magus.

SIPRO IS.

Andronicus Iſaaciũ Comnenum ſuſpectum habet.

Andronicus oraculum eludit.

Sapientia humana fati miniſtra.

Hagiochriſtophorita, dum Angelum Iſaacium occidere ſtudet, occiditur.

*LXXXXIII.

uit, quòd non ſtatim in cunctatoris capillos & barbam inuolantes, præcipitem abreptum, & per ignominiam pulſatum, in carcerem à ſe monſtratum ducerent. Quibus iuſſa executuris, Iſaacius, qui ſe iam intra caſſes ab illo extenſos eſſe cerneret, & metu & vitæ cupiditate abiecta, ſi quo modo mortem euitaret, vel potius, quia fuga vndique intercluſa erat, nec vſquam elabi poterat, fortiter pugnare inſtituit, & vt erat nudo capite, bicolore tunica ad lumbos deſcendente, ac deinde bifariam diuiſa indutus, conſcendit equum, & ſtricto enſe in Hagiochriſtophoritæ caput ruit. Is Iſaacij impetu apertè in cædem ruentis territus, calcaribus mulæ ſubditis fugam molitur, ſed antequam porta egrederetur, lethalem Iſaacius plagam ei infert, caluā per medium diſſecta, eumq; pecudis inſtar in ſuo ſanguine palpitantem à canibus deuorandum relinquit. & cum ex eius miniſtris alium ſolo ſtricto gladio fugaſſet, alij auriculam amputaſſet, alios diſieciſſet, vt domum quiſq; ſuam reuerteretur, laxis habenis ad magnum templum contendit, & dum per mediam viam & forum curſitat, alta voce clamat, Se eo enſe, quem ſtrictum adhuc ſuſtinebat, Hagiochriſtophoritam Stephanum occidiſſe. Templū eo habitu ingreſſus, eam ſedem conſcendit, in qua homicidæ ſuum facinus exponentes, ab ingredientibus & egredientibus veniam petunt. Vrbana verò multitudo, quæ partim Iſaacium equitantem viderat, partim ex alijs id facinus audierat, maximo numero ſtatim ad templum confluit: tum vt ipſum videat Iſaacium, tum vt quid de eo futurum ſit coràm intueatur. Omnes enim putabant, eum ante Solis occaſum ab Andronico comprehenſum, nouis & exquiſitis tormentis occiſum iri, à veteratore in ea re ingenioſiſſimo. Eòdem ſe confert, eandemq; ſeditionem fouet, Iſaacij patruus Ducas Ioannes, eiusque filius Iſaacius, non quòd in Hagiochriſtophoritæ cædem conſpiraſſent, eoque facinore ſe obſtrinxiſſent, ſed quòd noxam ſponſionis comitem eſſe notant. » Nam alij pro alijs ſpondere coacti fidem Andronico ſyngraphis firmarant. Ad hæc alij, vt iamiam comprehendendi & occidendi, præ metu dentibus ſtridebant, & promiſcuam turbam, quæ in templum confluxerat, & ſubinde accurrebat, magna contentione rogabant, vt ſecum maneret, & pro virili opem ferret in ſummo periculo conſtitutis. Neque deerant, qui ijs precibus & aduerſæ fortunæ caſu ad miſericordiam adducti, annuerent. Cum verò nemo ab Imperatore adeſſet, qui illas res ægrè ferret, non genere illuſtres, non Andronici amici, non bipenniferi Barbari, non purpurati lictores, denique nemo prorſus, creſcebat audacia factionis, vt in illa impunitate liberrimè quiduis loquerentur, & promptiſſimam opem pollicerentur. Totam igitur noctē ſic exegit Iſaacius, vt non de regno cogitaret, ſed exitium deprecaretur. Norat enim Andronicum, ſe vt bouem immolaturum, & more Cyclopico carnes ſuas calidum adhuc ſtillantes ſanguinem deuoraturum. Eſt autem diligenti ſupplicatione id conſecutus, vt quidem ex eo cœtu fores templi clauderent, & illatis luminibus, exemplo ſuo multos impellerent, ne domum abirent. Vbi diluxit, omnes vrbis incolæ adfuerunt, omnes Deū

Iſaacius Angelus in templo ſupplex populum concitat.

orarunt, vt Iſaacius imperio potiretur, eoq; pulſus Andronicus, & comprehenſus, dignas crudelitate ſua pœnas daret, qui omnium penè vitæ inſidiaretur. Ac diuinitùs profectò accidit, vt is vrbe tum abeſſet, & ad orientalem partem Propontidis in Meludiano palatio verſaretur, vbi cæde Hagiochriſtophoritæ ſub primam vigiliam audita, ea nocte ibi permanſit, nec fecit aliud, niſi vt ciues breui ſcripto moneret, vt nouis rebus ſtudere deſinerent, cuius hoc fuit initium: » Qui habet, habet. » Pœna ſublata eſt. Mane verò, cultores Andronici turbam fluctuantem compeſcere ſtuduerunt, & ipſe Andronicus Imperatoria triremi ad magnum palatium peruehitur. Verùm nec ijs verbis, nec nuncio reditus Andronici populus quicquam mouebatur, vt cœptis deſiſteret, quæ ad comprimendum motum afferebantur, ſurdis auribus accipiebantur omnia, ac multi vitæ periculum adierunt, quòd rem illam parum bellam eſſe dixiſſent. Omnes enim quaſi vno ſigno dato concurrebant, ac veluti numine afflati, aut furore perciti, in diuini VERBI maximum templum, alios alij acuentes, & ſubſannantes eos qui ignaui ſpectatores aſtarent, nec quouis telo armarentur. Qui verò literis eruditi erant, eoſdē membra putrida vocabant, qui dolore publico non afficerentur. Deinde ſeris & repagulis carcerum effractis, liberum exitum incluſis patefaciebant, qui quidem non omnes malefici erant, ſed nonnulli claris orti familijs, ob fortuitum erratum, aut dictum inconſideratius, aut amici delictum in Andronicum, eò compacti fuerant. Ea res omniū maximè populi concurſum auxit: ac effecit, vt qui prius periculi metu ſubmurmurabant, & dubitabant, haud diſſimulantes factioni ſeſe iungerent. Ex eo enſibus accinctos, ſcutatos, & thoracatos non paucos cerneres: plures tamen fuſtibus & lignis, quæ ex officinis rapuerant, armatos. A tali cœtu concitatiſſimæ multitudinis, Romanorum Imperator ſalutatur Iſaacius, cum quidam ex æditui Magni Conſtantini coronam quæ ſuprà myſticam mēſam pendebat, ſcalis depromptam, eius capiti impoſuiſſet. Ne autem hoc quoque à poſteris ignoretur, Iſaacius eam coronationem ægrè ferebat, non quòd ab Imperij cupiditate abhorreret, ſed quòd rei ſummā difficultatem pertimiſceret, & quæ tum agerentur, vigilantis quoddam ſomnium exiſtimaret. Huc accedebat metus, ne Andronici acerbitatem eo facto magis etiam irritaret. Cæterùm Ducas, cuius antè meminimus, illi aſtās, detracto capiti pileo, orabat, vt ſibi diadema imponeretur, caluitio oſtēſo, quod inſtar plenæ lunæ relucebat. Turba autem reſpōdit, » Se nolle deinceps parēre ſeni, » quòd ab Andronici canicie plurimas clades acce » piſſet: ob eumq;, omnem ſenem Acheronticum » & capularem odiſſet, præſertim ſibi bifurcatam haberet barbam ex altera parte breuiorem. Sic inaugurato Iſaacio, aliud accidit relatu dignum. Nam cum equi imperatorij aureis ornati phaleris, per traiectum Cioniorum adueherētur, vnus ab equiſone vi auulſus, & per publicas vias curſitans, comprehenditur, & ad Iſaacium adducitur. Is eo conſcenſo, ex maximo templo diſcedit, etiā Baſilio Camatero patriarcha comitante: quem populus, quamuis inuitum, approbare acta illa

Andronicus fruſtra ſeditionem comprimere ſtudet.

Ioannes Ducas fruſtra ambit Imperium.

Iſaacius Angelus Imperator deſignatur.

compulerat. Andronicus verò vbi ad magnam Curiam peruenit, primùm confuſo clamore, pòſt etiam re ipſa viſa turbatus, centuriare ſuos & confligere cum populo inſtituit. Sed cum paucos ad ſuum conſilium paratos videret, ipſe arcu correpto, pro virili ad pugnam ſe parat, & ex maximæ turris, quæ Centenarium appellatur, pinnaculis, ſagittas in accedentes conijcit. Quem conatum quia irritum videbat, alloqui populum inſtituit, ſeque imperium filio Manueli traditurum profeſſus, tumultum ſopire, & præſentiſsimum periculum propulſare ſtudet. Verùm populus ijs verbis magis exaſperatus, nulla non atrociſsima conuicia in eum, & quem Imperij ſucceſſorem relicturum aiebat, congeſsit. Poſtquam verò effracta porta, quæ Carea dicitur, in palatium penetrarunt, in fugam conuerſus Andronicus, purpureo calceo, & veteri ſuo amuleto, cruce quam de collo ſuſpenſam geſtabat, quaſi numinis ira agitaretur, abiecta, & acuto Barbarico pileo capiti impoſito, denuò triremem imperatoriam conſcendit, qua ex Meludio in magnum palatium venerat, eodemq; reuerſus cum duabus mulieribus, Anna, quam ſublato Alexio duxerat, & Maraptica meretricula tibicina non contemnenda, cuius amore non minus inſaniebat, quàm olim Poliorcetes Demetrius Lamiæ, quam Ptolemæo in Cypro victo ceperat: haud ſegniter nauigat, ad Tauroſcythas profectutus, omnibus Romanis prouincijs aliarumque gentium ditionibus vt parum fidis, deſpectis. Andronico ad hunc modum deiecto regno, Iſaacius palatium ingreſſus, ac denuò à frequentia populi Imperator Auguſtus conſalutatus, ſatellites mittit, qui Andronicum perſequantur. At plebis pleraque pars, cum aperto palatio nemo eſſet, qui quicquam prohiberet, quod animus tuliſſet, non eam tantum pecuniam diripuit, quæ in Chryſioplyſijs recondi ſolet (erant autem, præter rudem materiam, auri centenari 12. argenti 30. æris 200.) ſed & quicquid vnius hominis manu aut etiam plurium coniunctis operis auferri poterat. Ex armamentario quoq; multa armorum millia abſtulerunt. Ac rapina etiam in palatina ſacella graſſata, ornatus ſacrarum imaginum eſt ſurreptus, & ſacroſanctum illud vaſculum furto ablatum, quo, vt à maioribus accepimus, Chriſti manibus ſcriptæ ad Abgarum literæ aſſeruabantur. Iſaacius verò Imperator dies complures in palatio commoratus, in Blacherniam aulam tranſit, ibiq; de capto Andronico nuncium accipit. Fuit autem ea captiuitatis eius ratio. Cum fugeret, Chelen peruenit cum paucis miniſtris quos ante imperium habuerat. & duabus illis mulierculis. Cuius loci incolæ, cum nulla imperij inſignia in eo cernerent, ſed exulis habitu ad Tauroſcythas appellere feſtinantem, & nemine perſequente fugientem, eum comprehendere neque auſi ſunt, neque æquum cenſuerunt, feram etiam exarmatam metuentes, & ad ſolum conſpectum eius trepidantes, eique nauem pararunt. Qua conſcenſa, ipſum mare velut indignatum, quòd innocentum cadaueribus ſinus ſuos ſæpe polluiſſet, in altos fluctus & vaſtum hiatum aſſurrexit, quaſi deuoraturum eum eſſet. & nauem in littus eliſit. Quod ſæpius factum obſtitit, quo minus antè perſecutorum aduentum traijceret Andronicus. Ita miſer cũ duabus mulierculis comprehẽſus, in nauiculam vinctus conijcitur. Sed tum quoque erat Andronicus, ingenioſus & callidus ille Andronicus. Nam cum neque pedes ad fugam, neque manus & arma ad pugnam ſuppeterent, tragœdiam agit, & lugubrem cantilenam auſpicatus, facundiç arma depromit. Commemorat, quàm alto genere ſit ortus, vt nobilitate vulgo præſtet, vt priſtina fortuna fœlix, vt anteacta vita, quamuis in fuga & exilio, non aſpernanda, quàm miſerabili calamitate tum oppreſſus eſſet. Eas querimonias ingenioſæ mulierculæ non ineptè adiutabant, & veluti præcentori ſuccinebant. Sed fruſtra illa omnia aſtutus & verſipellis Andronicus conabatur. Nam nefària eius facinora lictorum aures veluti cera obſtruebant, vt nulla eius miſericordia tangerentur, quamuis Sirenas muliebriter aut fallaciter potius imitaretur, iratoq; Deo, Mercurium Moly deſtituit. Itaque in Anemæ caſtellum duabus grauibus cathenis cum ferreis ſeris ſuperbo collo iniectis, & compedibus oneratus, vt captiuos tractari moris eſt, conijcitur, eoq; habitu ad Iſaacium perducto, contumelioſis verbis inſultatur, alapæ impinguntur, nates pulſantur, barba vellitur, dentes excutiuntur, capilli euelluntur, publicè omnium ludibrijs expoſitus, etiam à mulieribus pugnis cæditur, ijs præſertim quarum maritos aut occiderat, aut excæcarat. Deinde præciſa dextera, in idem caſtellum reducitur, ſine cibo, ſine potu, ſine vllo cuiuſquam officio. Poſt aliquot dies altero oculo effoſſo, ſcabioſo camelo impoſitus, per forum triumphi ſpecie traducitur, calua glabra inſtar aridæ quercus, & ouo nudiore, & breui tunicula tectus, ſpectaculum miſerabile, quod riuos lachrymarum elicere queat ex oculis non inhumanis. Sed ſtolidiſsimi & petulantiſsimi vrbis incolæ, præſertim fartores, coriarij, opifices & circumforanea ſordidaque turba, muſcarum inſtar verno tempore ad mulctras & pinguia cymbia conuolantium, nulla ratione habita, quòd is nudiuſtertius Imperator, regio diademate ornatus, ab omnibus laudatus, celebratus, adoratus eſſet, quodq; ſanctiſsimo iureiurando fidem & beneuolentiam ſuam erga illũ teſtati eſſent, efferatis animis ſine vlla ratione ruentes, nihil mali prætermiſerunt, quo Andronicum per nefas non afficerent. Alij claues in caput eius impegerunt, alij ſtercore nares eius fœdarunt, alij ſpongias excrementis hominum & pecudum fœdatas in faciem eius expreſſerunt, alij verbis obſcœnis parentes eius inſectati ſunt. Erant & qui verubus latera eius pungerent, impudentiores quidam lapidibus cõiectis rabidum canem eum appellabant. Scortum quoddam impudens ollam feruenti aqua plenam, è culina raptam in faciem eius effudit. Nemo deniq; erat, quin malefaceret Andronico. Ita ignominioſè in theatrum ridiculo triumpho perductum, ac miſero illo camelo detractum, iuxta duas columellas quibus ſupernè lapis incumbit, prope æneam lupam & hyenam, quæ inflexis ceruicibus quaſi altera in alteram impetum factura, concitatæ aſtant, pedibus ſuſpendunt fune alligatis. Tot mala perpeſſus, & alia ſexcenta, quæ prætermiſimus, tamen generoſo adhuc animo illa a

Andronici fuga.

Palatium à plebe diripitur.

Andronici captiuitas.

Andronicus miſerabiliter exagitatus, atrociſsimis cruciatibus occiditur.

mala tolerabat, ac mente integra ad affluentem turbam & iacentẽ conuerſus, nihil dicebat aliud, niſi, DOMINE MISERERE: & QVID CALAMVM CONTRITVM INFRINGITIS? Cæterùm demenriſsima populi turba, ne tũ quidem afflictiſsimo pepercit Andronico, poſtquam pedibus ſuſpenſus fuit. ſed direpta tunicula, virilia eius vexauit, & quidam homo nefarius longũ enſem per fauces eius vſque ad inteſtina adegit. Duo verò Latini generis, enſes, ambabus annixi manibus in nates eius adegerunt, vt periculum facerent, vter eſſet acutior ictus, dexteritate gloriati. Poſt tot ærumnas & clades ægrè vitam abrupit, dextera cum dolore ad os admota, vt multi putarent, eum calidum ex ea ſanguinem ob recentem plagam adhuc deſtillantem, exugere. Imperauit annos duos, vnum verò rerum potitus eſt, ſine purpura & regio diademate. Habitu corporis egregio fuit, aſpectu venerabili, erectus, ſtatura heroica, etiam extrema ætate iuuenili facie, corpore omnium ſaluberrimo, quia neque delicatus, neque vorax, neque bibax erat, ſed vt Homerici heroes, aſſa plerunque veſcebatur. Vnde nemo eum ructantem audiuit. Si quando ex ſtomacho laborabat, totius diei exercitatione & ieiunio, vel exiguum faſtidium propulſabat. Die ad occaſum vergente, fruſto panis & modico vino corpus recreabat. Antidoto per omnem ætatem nũquam vſus eſt, niſi dum imperauit ſemel, idq́ue inuitus, hortatu medicorum, quòd, vt habitudo corporis adhuc integra eſſet, tamen ad morbos in poſterum præcauendos medicina prodeſſet. Purgatione exhauſta, ſerò ſub occaſum Solis, nonnihil redundantium in venis humorum egeſsit. Itaque cum amici dixiſſent, vetus illud oraculum ad eum pertinere:

Andronici elogia.

Te quadrimeſtre Faleſfer tempus manet.

arridens, omnino eos falli reſpondit. Se enim omnis generis morbis vel annum integrum reſiſtere poſſe, viribus corporis fretus: falſaque ſpe, vt apparet, concepta, ſe leni morte & tranquilla obiturum, violento interitu vel vltrò diſsimulato, vel planè non cogitato. Quamquam accepimus, eum ludis Circenſibus extenſa manu imperatore Manueli patrueli ſuo duas illas columnas, intra quas ſuſpenſus eſt, digito monſtraſſe, ac dixiſſe, fore vt aliquando Romanorum Imperator, multa prius à populo perpeſſus, intra eas ſuſpenderetur. Illum verò reſpondiſſe: Id ſibi non vſu uenturum eſſe. Ac talis vitæ exitus oppreſsit Andronicum, ſubitò deſtitutum, & velutè ſomno experrectum, imagine eius in ipſa vrbe ad nihilum redacta, ſiue quis faciem eius intelligat, ſiue ſtatuas & picturas in tabulis & parietibus. Nam eas quoque vulgus perdidit, diſsipauit & comminuit, non ſecus ac olim Moſes bouem illum per ebrietatem cõflatum contriuit. Poſt dies aliquot ex alto illo miſerabili detractus, & in theatri fornicem quendam, vt beſtia, proiectus, iacuit: donec quidam humanitate adducti, nec iræ nimium indulgentes, cadauer eius inde ſublatum iuxta Ephori monaſterium, quod ad Zeuxippũ eſt, in quodam infimo loco poſuerunt, idq́ue compage nondum penitus diſſoluta, adhuc ſpectare licet. Nam Iſaacius Imperator, criminis expers & iuſtus, vt putabat, non annuit, vt id ſublatum ſepeliretur, aut in S. Quadraginta ædem transferretur, quam Andronicus ea de cauſa ſtudioſè condiderat & exornarat. Pauli diuini præconis epiſtolas ſupra modum amauit, & melle inde promanante ſubinde eſt refectus, & literas ſuas elegantiſsimas, inde ad perſuadendum efficacius inſtruxit. Imago verò cœleſtis illius oratoris, antiquæ manus opus, quam auro exornatam in illa æde repoſuit, imminente ei exitio lachrymauit. Quo Is audito, explorari iubet, an verum ſit? Ad id miniſterium præter cæteros Hagiochriſtophorita Stephanus delectus, per gradus aſcẽdit (nam in ſublimi pendebat imago) Pauliq́ue pupillas puriſsimo linteolo abſterſit, quo facto lachrymæ magis etiam tanquam ex fonte exuberarunt. Quod vbi cum admiratione retulit, Andronicus graui dolore perculſus, & diu agitato capite, cum gemitu dixit, Paulum videri ſua cauſa lachrymaſſe, ac grauiſsimã ſibi cladem impendere. Se enim ex animo amare Paulum, & eius dicta maximi facere, & à Paulo vtrique redamari. Sed vt rem in pauca conferam: Si de ſæuitia nonnihil remiſiſſet Andronicus, neq; ſtatim ad ſectiones & vſtiones properaſſet, neque veſtes imperatorias inexorabili ſæuitia ſubinde polluiſſet (quo veluti contagio crudelitatis ex multiplicib. erroribus apud Barbaras gentes infectus eſt) non minimus inter Comnenios Imperatores fuiſſet, ne dicam, eum nemini quicquam de palma fuiſſe conceſſurum. Nam ex eo quoque maxima bona colligi poterant. Neque enim penitus hominem exuerat, ſed, vt Centauri, partem belluæ habebat, & humano vultu ornatus erat. De Andronici exitu cum alij Iambici verſus & in libris reperiuntur, & multis in ore ſunt, tum hi:

Andronici vaticinium.

Andronicus inſepultus.

D. Pauli imago defiet necem Andronici.

Oraculum de Andronici interitu.

Vinoſis impiger profectus ex locis,
Vir, liuidusq́; & inſolentis ingens,
Canus, ſeuerus, multiplex Chamæleon
Ruet, & recurua culmos falce demetet.
Sed tempus ipſum deniq́; haud minus metet,
Miſerq́; ſcelerum pœnas haud leues dabit.
Non parcet enſi namq́; dirus enſifer.

Vinoſa verò loca, Oenæum deſignant, vnde Andronicus, vt iam dictum eſt, Conſtantinopolim venit.

NICETÆ CHONIATÆ DE *imperio Iſaacij Angeli, Liber Primus.*

IMperium hoc modo, & ferè citra negotium, Hagiochriſtophoritæ ſanguine quodammodo partum, conſecutus Iſaacius Angelus, ex magno palatio in Blacherniam regiam tranſijt, verſibus illis, quos ſubinde in ore habebat, haud rectè ad ſe accommodatis, qui de Tauriformi Imperatore ſic loquuntur:

Oraculum de Tauriformi Imperatore.

Figura mores, nec minus locum notat.
Vnde aduenisti, conſpectu vt lateat tuo?
Virtute multo cæteris præſtantior,
Modeſtè leniterq́; caſtigas tuos.
Hinc conſecutus exitum proſperrimum,
Domoq́; ſolus ductus ex palatio,
Relicta mortuo potentia breui

Is

Tenamq; regni proſperi manet decus.

Iſaacij benignitas.

» Nam iuſticiam quidem optimè aſsimulauit, ac
Imperio potitus, omnibus egentibus benefecit:
& in abdita cella ſolus adorauit patrem & Deum,
qui in occulto videt. Erga eos etiam qui in exilio
affligebantur, aut ab Andronico bonis ſpoliati
aut mutilati erant, benignitate vſus eſt, non ijs
tantum reſtitutis, quæ adhuc vel in ærario, vel
alijs donata ſupererant, ſed ex theſauris etiam liberaliter
adiecta pecunia. Quæ res effecit, vt cum
Latinis felicius bellum gereretur, qui Theſſaliam
iam tenebant, & Amphipolim ſubegerant, & inſolenter
ipſam Conſtantinopolim affectabant:
quam ſe terra mariq; obſeſſam, facilè vt vacuum
nidum occupaturos, & citra laborem perexiguo
tempore ſpoliaturos gloriabantur. Nam homines
Iſaacij imperio, quaſi vere poſt hyemem, &
tranquillitate poſt tempeſtatem exhilarati, ex
omnibus prouincijs confluebant, nec ij tantum
qui tum militabant, ſed homines etiam bellô
deſueti pridem, & adoleſcentes, alij vt liberatorem
Moſem, & Zorobabelem captiuitatis Sioniæ
reductorem, tantùm viderent, (talis enim habebatur
Iſaacius) alij, vt ſtipẽdia militaria de more
acciperent, quidam vt nomina militiæ darent,
& Siculos fortiter propulſarent. Vt autem ij qui
cum Imperatore Ioanne Andronici filio, in Philippicam
prouinciam abierant, interitum Andronici
cognouerunt. etiam Ioannes effoſsis oculis
magno cum dolore interit, ſine vlla cuiuſquam
commiſeratione & conſolatione. Eodemq; modo
frater eius Manuel excæcatur, quamquam paternis
injurijs nequaquam aſſenſus, idque non
circumforanei modò homines ſciebant, ſed &
ipſe Iſaacius omnium maximè, qui eum lumine
priuauit. Is eos qui ex oriente concurrebant, cum
ad Siculos propulſandos ſatis eſſe multos cerneret,
& cupidè ſuſcepit, & pro virili muneribus &
armis ornatos in Branæ caſtra miſit, ac cæteras
etiam Romanas legiones, quæ contra hoſtes in
procinctu erant, ſtipendijs miſsis, quæ ad 40. centenarios
auri conficiebant, ad inſtans diſcrimen
alacriores fecit. Cæterùm hoſtes Siculi nondum
audito caſu Andronici, confidenter pergebant,
præſtituto fine laborum itineris, ipſa Conſtantinopoli.
Claſsis quoque ad inſulas vrbi proximas
» appulit. Sed is qui gigantes ingentibus viribus,
» curribus & equis ſaluos eſſe non ſinit, & humili-
» bus gratiam inſtillat, homines elatos labefecit,
& vt olim contra turris ædificatores, ita contra
hos etiam deſcendit. ac linguas eorum haud ſanè
confudit, ſed exercitum in tres partes diuiſit, quarum
vna ad Theſſalonicæ cuſtodiam cum expeditis
nauibus relicta eſt, altera Serranum agrum
impunè vaſtauit. Tertia quæ vlterius pergebat,
ne ipſa quidem planè indiuulſa, partim iuxta
Strymonem verſabatur, & Amphipolitanum agrum
vaſtabat, partim alacriter antecedens, &
vrbis ingreſſum anticipans, iuxta Moſynopolim
caſtra habebat, & qui perpetuò victores neminẽ
habebant qui reſiſteret, temerè excurrebant, &
turmatim diuiſi alius aliò, pro ſua quiſque libidine
vagabantur, ſi quando Moſynopoli prædatum
exeundum erat, & commeatus importandus.
Branas igitur dux, Barbarorum negligentia
animaduerſa, per occaſionem adducit exercitum
ægrè perſuaſis militibus, vt paulum è montibus
in planiciem deſcenderent. Qui cum primo congreſſu
aliquot cohortes hoſtium feliciter propulſaſſent,
Myrmidonum fabulam reipſa confirmarunt.
ſtatim viri fortes facti, ſubinde ijs * qui terga
dabant, occiſis, & hoſtes ad ipſam vſq; Moſynopolim
perſecuti. Vt autem cum cæteris quoq;
feliciter dimicarunt, etiam oppidum inuadere
ſtatuerunt, & portis incenſis (quas hoſtes iam territi
cuſtodiebant) Barbarorum cædibus poſt diuturnam
rei bellicæ famem ſunt expleti. Eoque
ſucceſſu non contenti, ad eos qui Amphipolim
tenebant, properarunt, & hoſtium armis atque
equis inſtructi, partem, quæ adhuc ad Strymonẽ
verſabatur, ſunt adorti. Ibi rerum facie diuinitus
mutata pridem feroces & inſolentes, qui ſe tantum
non montes haſtis euerſuros minabantur,
fama de ſuorum ad Moſynopolim clade conſternati,
quaſi fulmine icti aut attoniti, pugnam differebant,
& ſegnius in aciem deſcendebant. Romani
verò repudiata ignauia, & ſublimes aquilæ
in humiles auiculas, impetum in eos facere audebant,
& cum ijs congredi, à quibus contumelioſis
verbis ſpreti fuerant. Cum autem in Demetrizæ
campo vterq; exercitus conueniſſet, Siculi metum
ſuum magis etiam declararunt, legatis ad
Branam de pace miſsis. Quorum poſtulata cum
principiò Romanis placerent, deinde vel inſidias
ſubeſſe, vel euidens timoris id ſignum eſſe rati,
mutatis animis, non belli ſigno, non tubę ſonitu,
non vllo ducis monitu expectato, ſtrictis enſibus
in hoſtes ruunt. Qui cum eorum impetum ad
tempus fidenter & fortiter toleraſſent, aliquandiu
vario euentu pugnatum eſt, ſed tandem ſummo
Romanorum ardore loco pulſi, effuſe fugerunt,
in eaq; fuga partim capti, partim occiſi, partim
in Strymonem flumen acti ſunt, noſtri ſpolia
legerunt. Accidit hoc veſperi, 7. die Nouembris
menſis. Capti ſunt & duo duces exercitus Rinzardus
frater vxoris Tangri, qui claſsi præerat, &
Balduinus Contus, non ille quidem nobili & illuſtri
genere ortus, ſed ob fortitudinem & rei militaris
ſolertiam Regi charus, & totius exercitus
dux delectus. Qui ſuperioribus victorijs elatus,
ſe Alexandro Magno comparabat, ac tantum nõ
vt ille in pectore plumas roſtri, alarum imaginem
repræſentantes, oſtentabat, ſed & maiora
illo facinora ſe exiguo tempore citra ſanguinem
edidiſſe gloriabatur. Qui verò ex ijs Italorum cohortibus
effugerant, & qui Serranum agrum populabantur.
rectà Theſſalonicam contendunt, &
longis nauibus ſtatim à fuga conſcenſis, non cõmodam
nauigationem repererunt, ſed ventorũ
procellis & fluctibus obruti perierunt, & morte
in terra diuinitus decreta paulò pòſt in mari oppetiuerunt.
Multi verò qui triremes non adepti
erant, adhuc circa Theſſalonicam oberrantes deprehenſi,
multis modis perierunt, ab auxiliarib.
Alanis potiſsimum interfecti, qui facinora illorum
imitati, quæ capta Theſſalonica perpeſsi erant,
nulli hoſtium pepercerunt, ſed biuia & ſacellorum
veſtibula cadaueribus impleuerunt.
Rogitabant enim comprehenſos Siculos, vbi
frater ipſorum, videlicet popularis Alanus eſſet,
quem vrbe capta occiderant? ac ſtatim enſes in
ijs defigebant, & in templa confugientes mactabant,

Expeditio contra Siculos.

Ioannes & Manuel Andronici filij excæcantur.

Branas profligat Siculos.

Richardus & Comes Balduinus capti.

Alani Siculorum crudelitatem imitantur.

bant, vbi Papa eſſet rogitantes? hoc eſt, ſacerdotes quos in templis occiderant. Tum mirũ quiddam accidit. Capta enim Theſſalonica, nullum Romanum cadauer canes guſtaſſe, aut dentibus laceraſſe ferunt. Latinorum verò cadauera rabie quadam inſatiabiliter deuoraſſe, & ſepulchris etiam eruta laniaſſe.

Canes Romanorum cadaueribus parcunt, Siculis infeſti.

Cum duobus illis ducibus etiam vecors ille & peſtilens, & omnium malorum autor Alexius Comnenus captus eſt, & excæcatus, homo inferorum ſede dignus.

Alexius Comnenus excæcatur.

Quidam ex Latinis Epidamnum confugerunt, quam omnis generis armis inſtructam Siciliæ Rex, poſt ſuarum legionum interitum, Romanis non reddebat, ſed gloriæ ineptè cupidus, poſt illuſtrem illam cladem & celebre dedecus, amenter retinebat. Cæterùm paulo poſt, ſumptibus deterritus, vltro omiſit. Ac terreſtre bellum tam felici exitu eſt terminatum, qui nemini in mentem veniſſet. Sed Deus, qui curat omnia, & rerum omnium dominus, qui res humanas clementer moderatur, & omnium miſeretur, qoia poreſt omnia, is res noſtras lancibus impoſitas omni bona ſpe firmauit: & nobis leniter caſtigatis, flagris noſtros hoſtes longe pluribus affecit, non quidem mutatis elementis, nec terra productis culicibus, non fluuijs ranas eructãtibus, neq; crabronibus ante exercitum præmiſsis, aut vllo veteri prodigio edito, ſed illod diuinitus accidit, vt qui occidebantur, percuſſores occiderent, priſtina timiditate in ſummam audaciam conuerſa.

Deus caſtigat & medetur.

Nam timida res eſt improbitas, ac ſuopte teſtimonio conuincitur, & arguente conſcientia, nihil boni expectat. Nam quid Siculi de Romanis queri potuerunt? quos

Vmbroſiq; procul montes pelagusq; ſonorum.

à nobis remouerunt? ſed ſi arcana Dei iudicia rimari fas eſt, Dominus percuſsit nos, quia peccata noſtra norat. Sed quia ſupecbi & crudeles erant, ij qui nos caſtigandos ab eo ſuſceperant: nec ipſi eius, qui miſericordiam vult, & cibũ potumque lachrymarum ſuppeditat, iuſtam indignationem effugerunt. & quia, vt è ſylua leones irruebant, & vt lupi vaſtitatem efficiebant, & vt leopardi inſultabant, capti ſunt, qui capiebãt, oppreſsi ſunt, qui opprimebant & temperatum à Domino erroris poculum exhauſerunt, expertiq; ſunt ſibi quoque ineſſe maculas, easque coccineas ob ſanguinariam immanitatem, quæ eluendæ eſſent. Itaq; extra ſuos limites euagati, noſtros fines incurſatũt, & paucis plagis nobis illatis, ipſi plures tolerarunt. Ac equitatus has pœnas exoluit. Longæ autem naues, amplius 200. nec ipſæ malorum expertes, retrò vela dederũt.

Siculæ claſsis calamitates.

Nam cum ad Aſtacenum ſinum excenſum feciſſent, multi à Romanis copijs cæſi ſunt, quæ paſsim in littoribus prohibebant, quo minus appellerent, nec vſquam eos continentem attingere patiebantur, quòd ſi quando Siculi aut terram ſpectabant, aut ſcalas proferebant, ſtatim telis tanquam fluctibus obruti non aliter quàm teſtudines conchas, nauium tabulata ſubibant. Etſi autem tantum numerum nauium habebant, tamen noſtræ non amplius 100. cum eis confligere cupiebant. Neq; verò claſsici duntaxat feruebant, ſed multi etiam ex vrbis incolis, nauiculis conſcenſis & armis obiter arreptis inſtructi, ad hoſtes inuadendos parati erant. Sed id ab Imperatore & ſenatu eis conceſſum non eſt, qui non tantum alacritatem ciuium ſpectabant, ſed etiam hoſtilium nauium multitudinem conſiderabant, eaq; de cauſa noſtræ naues ad Cionicum littus in anchoris ſtantes, vlterius non progrediebantur. Claſsis verò hoſtilis, cum ad dies ſeptemdecim in inſulis conſediſſet, nec populatium quenquam terra accedere vidiſſet, moram illam nihil boni portendere arbitrati, de reditu cogitarunt, incenſaque Calonymo inſula, & finitimis in ſinu Helleſpontio locis, domum verſus perrexerunt. Ferunt autem, multas naues cũ vectoribus aduerſis ventis & turbinibus demerſas eſſe, alias morbo & fame exhauſtas. Ita decem millibus haud pauciores his bellis perierunt, vltra quatuor millia vtroq; bello in carceres incluſa, cum nihil ab Imperatore aut aliunde ſuppeditaretur, præter panem, qui pietatis ergò à nonnullis ſubminiſtrabatur, malè perierunt. Qoorex Sicliæ, illius belli autor, aodito; Imperatori per literas immanitatẽ exprobrauit, qui fame & frigore tot viros perire pateretur, qui & ſi more belli apertè arma intuliſſent, tamen Chriſtiani eſſent, & à Deo in manus eius traditi, eſſe autem à victore aut ſtatim capitis damnandos captiuos, omnis humanitatis, ob inſperatos ſucceſſus oblito, & in feram conuerſo, aut, ſi id nolit, ſaltem fruſtum panis captiuis impertiendũ, ſi ita ſordidus ſit, vt eos alere nolit.

Iſaacius Siculi regis iuſtam querimoniam contemnit.

Et ſi enim eos gladio non traijciat, nec telum cruentum è viſceribus eorum extrahat, tamen cum eos frigore & fame crudeliter conficiat, nihilominus cædis eſſe reum. Neq; enim intereſſe, vtrum ipſe occidas, an cædis cauſam præbeas. Verũ Imperator iſtis literis parum motus, miſeros Siculos æquè vt antea, perire ſinebat, quaſi verò liceret, quicquid libuiſſet. Sæpe igitur eodem die bini & terni, ſine inferis, ſine extrema lotione, in cœmiteria & cauernas conijciebãtur. Imperator verò ſella aurea occupata & gemmata purpura indutus, coactaq; maxima hominum frequentia, vt non peregrinis tantùm, ſed Romanis etiã maximè formidabilis eſſet: Siculi exercitus duces Balduinum & Richardum adduci iubet, qui pileis depoſitis, ſeruilẽ in modom eo adorato, rogati ab eo ſunt, cur ſe vnctũ Domini ſuis literis inſectati eſſent, cum nullam iuſtã querimoniã haberent, tantùm fortunæ ſucceſsibus & victoria contra officium inflati?

Iſaacius Balduinum & Richardum in iudicium adductos, in carcerem conijcit.

Nã Iſaacius Imperio recens ſuſcepto, cum Latinorum exercitus adhuc eſſet integer, per legatos nihil quod ad pacificationem attineret, cũ ducibus hoſtiũ egerat, neq; muneribus miſsis, neq; beneuolentia ſimulata, ſed quamuis incerto adhuc ſuarũ rerum ſtatu, pro imperio interitum & internetionem eis minatus fuerat, niſi mutatis conſilijs eò cederent, vnde veniſſent. Verùm Balduinus cum alioqui ferox, vt res declarauit, tum ſucceſsibus vtris inſtar inflatus, ijs literis irritatus, inſolenti reſpõſo gladiũ Imperatoris irridebat, vt in effœminata corpora acutũ (quibus verbis Hagiochriſtophoritæ cædẽ innuebat) & ipſum Iſaaciũ vt imbellem ſubſannabat, qui nũquam ſub dio in clypeo dormiſſet, nunquã galeam ſuſtinuiſſet, neq; thoracis ſordes toleraſſet, ſed fumo lucubrationũ ſorderet, à teneris annis ludos frequentare ſolitus, & membranam, tabellam & graphium tenens, ſubinde

ſubinde virgam & manibus & natibos immi-
nentem timuerit, eiusque ſolius ſtrepitum & no-
uerit & metuerit, ſed Martis minas nunquam to-
lerarit, neque vnquam ſonitum iacnlorum audi-
uerit. Neque verò hæc ludibria duntaxat ſcribe-
bat, ſed admonirionem quoque ſubiungebat, &
cum hoſtis eſſet, conſiliarij munus ſubibat, ſuade
batque, vt imperatoriam coronam, cæteraq; om-
nia imperij inſignia deponeret, eaque potenriori
& victori diligenter aſſeruaret (quibus verbis do-
minum ſuum innuebat) & multo antè ſupplex,
„ de vita impetranda laboraret. Ac his de cauſis
„ Imperator in iudicium adducebat duces, Daui-
„ dicum illud non ferens: Lingua noſtra penes nos
eſt, quis dominus noſter eſt? & ſcripta illa vltimo
„ ſupplicio mulctabat. Verùm Balduinus, vt ſe-
„ cundis rebus ad obiurgandum pararus, ſic muta-
„ ta fortuna adulandi etiam ſummus artifex, quæ
res omnia arma, omnes machinas ferè vincit,
Imperatoris iracundiam depulit, & indignario-
nem mitigauit, gladium eius vt ſummo imperio
digniſsimum, & exquiſita acie præditum extol-
lendo, & quæ ſcripſiſſet, non leuia & inania ver-
ba, ſed veritate ſuffulta, & manu Dei omnino
conſignata fuiſſe, affirmando. Neq; verò ſe, quòd
acerbius reſcripſiſſet, propterea contemnendum
„ iudicari orabat. Nam hoſtile odium iure naturæ

Iſaacius ſe ne minus corpus læſurum profitetur.

omni vacare crimine. Ad ea verba conticuit Im-
peraror, haud ſcio an adulatione effœminatus,
an verò defenſione motus, & illis in eandem cu-
ſtodiam reductis, alijs rebus occupatus, ijs qui a-
derant omnibus, & ijs qui aberant tam ciuibus
quàm peregrinis declarare inſtituit, ſe ab eo die,
quamuis mortalium omnium inimiciſsimus ſit,
ſuoque imperio & vitæ inſidetur, occiſurum aut
mutilaturum eſſe neminem. Ac ij qui tum in con
ſilio aderant, ea verba vt diuinitùs prolata, ſum-
mis laudibus & lætis acclamationibus ſunt pro-
ſecuti, omnes ad quorum aures ea peruenit o-
ratio difficultate eius rei conſiderata, & ingen-
ti manſuetudine obſtupefacti, abſolutum Dei do
num Imperatorem illum eſſe affirmarunt. Neq;
enim poſſe quenquam Imperatorem præſertim,
improbitatem naruræ inemendabilem tolerare,
aut ferre deſertorem, & imperij vaſtatorem, & ſi
Dauidica virtute ſit præditus, qui malū malo non
„ penſet, aut periculoſis temporibus canat, Cir-
„ cundederunt me vt apes fauum, ego verò nomi-
„ ne domini eos propulſaui. Cæterùm ipſe Imp. bre
„ ui pòſt ea egit quæ cum eius oratione minimè

Iſaacij facta cum dictis nō conſentiunt.

conſentiebant, & vt in dicendo nulla diſtinctio-
ne, ita etiam in agendo adeò nulla moderarione
vſus eſt, vt parum abeſſet, quin vlciſcendis inimi-
cis Andronicum imitaretur, neglecto illo Salo-
monio, quo dicitur: Præſtare non facere votum,
„ quàm votum non reddere. Interim Iconij Sulta-
„ nus Clizaſthlanis felici ſenecta vltra annnm 70.
„ progreſſus, cum Andronici interitum, cui ſucceſ-
„ ſiſſet Iſaacius, audiuiſſet, & ea quæ in Imperato-

Clizaſthlanis graſſationes.

rum mutationibus accidere ſolent, præſertim ſi
bellum ab Occidente grauiſsimum vrgeat, ſaga-
ciſsimè diuinaſſet, lectiſsimo equitatu, & armis
inſtructiſsimo, in Thraciam impreſsionem facit,
Same Amera duce. Qui cum Celbianum tractum
bellicoſis viris vacuum inueniſſet (omnes enim
torrentis inſtar ad Iſaacium recens imperio poti-
tum confluxerant) multos homines cepit, armen
ta & greges omnis generis abegit, & multis ma-
nubijs ſuum exercitum locupletauit. Vbi Orien-

Iſaacij ſecunda nuptia & ſordes.

tales gentes cùm alijs pro tēpore muneribus, tùm
annuis tributis placatæ quieuerunt (ſic enim no-
ſtra ætate Romanorum Imperatores cum Barba-
ris agere ſolent, domi inſtar nentium puellarū
deſidentes) vxore defuncta alienigenam ducere
ſtatuit: & per legatos Belæ Hungariæ regis filiam,
nondum decem annos natam, ambit. Sed dum
ex tenacitate nuptias ex fiſci pecunia celebrare
reformidat, & ſumptus illos ab vrbibus & prouin
cijs affatim exigit, cùm alias vrbes præſertim An-
chialo finitimas afflixit, tum Barbaros, Hæmi
montis accolas, ſibi & Romano imperio infeſtiſ-
ſimos reddidit, qui olim Miſi, nunc Blachi nomi-
nantur. Hi enim anguſtijs & caſtellis freti, quæ

Myſorum ſeu Blacorum defectio.

plurima habent præruptis ſaxis inædificata, cùm
prius etiam Romanos parum curarent, tum per
cauſam abacti pecoris & vexationum quas tole-
raſſent, apertè defecerunt. Eius defectionis prin-
cipes & autores fuere duo ex illa gente fratres,
Petrus & Aſan, qui ne ſine cauſa res nouas moli-
ri viderentur, Imperatorem Cypſellis degentem
adeunt, petentes, vt in Romanas legiones refe-
rantur, & ſibi prædium exigui reditus in Hæmo
monte ſitum, aſsignetur. Ea re non impetrata
(nam fatorum vis prudentiam humanam ſupera
bat) ſubmurmurabant, vt contempti, & voti im-
potes, & verbum audacius emiſerunt, quo defe-
ctionem, & ea quæ domum reuerſi acturi eſſent,
innuebant. Aſan præſertim, homo audacior &
crudelior, cui ob impudentiam, Ioannis Sebaſto-
cratoris iuſſu colaphus infringitur. Ita non infe-
cta modo re dimiſsi, ſed contumelijs etiam irri-
tari homines iſti nefarij & conſcelerati, quomo-
do contra Romanos graſſati ſint, quis verbis con-
ſequatur? quæ oratio tantum malorum pelagus
complectatur? Sed nondum de his, ne hiſtoriæ ſe
ries interrumpatur. Comneno Iſaacio Cyprum
adhuc tenente, à qua neq; pecuniæ pollicitatio-
nibus, neq; Imperatoris reuerentia abſtraheba-
tur, neq; de crudelitate erga inſulares quicquam
remittente, ſed ſubinde noua ſupplicia excogi-
tante, claſſem contra eum Imperator mittere ſta-
tuit, & 70. longis nauibus Ioannem Contoſte-

Calamitoſa in Cyprum expeditio.

phanum, hominem ſenem, & Alexium Comne-
num (qui & ſi vir fortis, & integræ ætatis erat, &
Imperatoris nepos, tamen ob effoſſos ab Andro-
nico oculos ad id munus non modò inutilis, ſed
malum omē quoq; ab omnibus iudicabatur) na-
uarchos præponit. Ac nauigatio in Cyprum peri-
culi expers fuit ſecūdis ac lenibus ventis aſpiran-
tibus. Sed vbi in portubus appulerūt, atrociſsimā
tempeſtatem ſunt experti. Nam Iſaacius Cypri ty
rannus eos & vicit & cepit, & potenſsimus pirata
Megarita, qui opem ferebat Iſaacio, clam naues
vacuas, militibus ad terreſtre prælium egreſſus,
occupauit, Itaq; trierarchæ non modò nullum il-
luſtre facinus ediderunt, ſed deniq; etiam in ho-
ſtium manus venerunt, & Megaritæ arbitrio per-
miſsi ab Iſaacio, paulò pòſt ad Siciliæ tyrannum,
ad quem ille vt dominū ſuas actiones referebat,
ſunt perducti. Iſaacius verò poſt victoriam mul-
tos Romanos in ſuas cohortes retulit, multos cru-
delibus pœnis affecit, vt erat tortor inexorabi-
lis,

Rentaceni Baſilij ſupplicium.

lis: atque inter cæteros Rentácenū Baſilium, cui alterum pedem à genu ſecuri reſecuit. Erat is vir bellicoſiſsimus, & vt Achillem Phœnix, ita ipſe olim Iſaacium,& in eloqnentia & in re militari erudierat. Ac tali præmio Iſaacius omnium mortalium maximè iracundus,& in ira lebetis inſtar exæſtuans, ac tremente mento abſurdè loquens, pædagogum ſuum eſt remuneratus. Nauticam verò turbam, quò quiſque vellet, abire ſinit: qoi tanquam ex diuturno naufragio, ſerò domum redierunt: ſi qui ex tribus malis vno, videlicet mari, fame aut morte non perierant. Cum Myſi apertè defeciſſent, ab ijs quos dixi. impulſi: Imperator bellum eis infert. Sed nec illud prætereundum eſt.

Blachi à furioſis & dæmoniacis cõcitati.

Cum Blachi principiò ab eo conatu, ad quem à Petro & Aſane inducebãtur, rei difficultate territi, abborrerent: fratres, vt popularibus ſuis eum metum adimerent, ædem nomine præclari martyris Demetrij ædificarunt: in eamque multos dæmoniacos vtriuſque ſexus coegeruot, qui cruentis & petuerſis pupillis, effuſiſque crinibus cætera omnia exquiſitè exprimebant, quæ id genus bominum propria habet, eoſque docebant, in furore proloqui: Deo viſum eſſe, vt gens Bulgarorum & Blachorum diuturno iugo excuſſo, libertatẽ conſequatur: eaque de cauſa Chriſti martyrem Demetriū, relicta metropoli Theſſalonica & æde, Romanorumque conſuetudine, ad ipſos perueniſſe, adiuturum id opus. Igitur vecordes iſti homines paulum morari, & ſubitò maiore ſpiritu collecto, rurſus alienati, exagitabantur, & clara voce quaſi numine afflati clamitabant: „ Non amplius deſidiæ eſſe locum, ſed arreptis armis Romaoos inuadendos eſſe: & qui io bello caperentut, non conſeruandos aut veodendos, ſed inclementer occidendos eſſe & prece & precio repudiatis, oeq; magis vlla obteſtatione moueri oportere quàm adamantem. Tota igitur gens à talibus vatibus concitata, ad arma concurrit: & vt initia defectionis auſpicata fueruot, magis etiã credidere, Deum libertati ſuæ fauere. nec ea contenti, in oppida & prædia ab Hæmo remota diffunduntur. Alter verò fratrum Petrus, auream corollam imponit capiti & pedibus coccineos calceos inducit. Priſthlabã aggreſsi (vrbs ea Ogygia eſt, tota latericia, & maximum Hæmi ſpacium complexa) vt oppugnationem non eſſe tutam videbant, ea prætenita, ex Hæmo deſcendunt: & Romana oppida ſubitò adorti, multos ingeouos homines, multos boues & iumenta, aliarumqoe pecudum iugeotem oumerum abducunt.

Iſaacius Blachos ſua negligẽtia confirmat.

Iſaacio aduentante, rurſus in anguſtijs & ioacceſsis locis abditi, diu reſtiterunt. Sed caligioe præter expectationem à Deo, cuius latebræ in tenebris ſunt, excitata, & montes, quos Barbari aditu anguſtiarum obſeſſo tuebãtur, inuoluente, Romani eos imprudentes oppreſſerunr: & terrore attonitos ita diſsiparunt, vt mali iſtius autores & duces, cum amicorū cœtu, vt ille porcorum grex in Euangelio in mare, ita ipſi in Iſtrum illapſi ad finitimos Scythas traijcerent. Imperatot verò, cum nemine prorſus prohibẽte, totã Myſiam peruagari, & præſidia in vrbes, quæ pleræque in Hæmo ſunr, ſed plures ſunt. ac potius ferè omoes in præruptis rupibus & altiſsimis tumulis extructæ, iotroducere liceret, neutrum fecit. ſed cumu lis frumenti iocenſis, ſupplicum Blachorum confictis verbis deceptus, ſtatim retrò abijt, relictis illis rebus adhuc planè exulceratis. Vnde factũ, vt Barbari Romanis audacius inſultarent. Nam is quidem in vrbem reuerſus, vt re bene geſta gloriabatur: quidam verò ex ordine iudicum, Monaſteriotes Leo, ſalſe dicebat, Baſilij Bulgaroctoni animam dolere. Qui cum Bulgaros funditùs deleuiſſet, edixerit: Si quando Blachi denuò nouis rebus ſtuduerint, ſuum exemplum imitandum eſſe, & prouinciam, caſtris ioea poſitis, peragrandam ei, qui bellum cum eis geſſerit, eo edicto in Soſthenij monaſterio affixo. Quod nunc fit irritum, quòd Imperator, ea quæ ille multis annis confici iuſſerit, tam exiguo momẽto abſoluerit, vt illi tale nihil in menrem venerit. Aſam verò, maximis auxiliaribus Scytharum copijs ſuo arbitratu delectis, teuerſus, cum Myſiam patriam perputgatam, & Romaoo exercitu vacuam reperiſſet, factus inſolentior & iactantior, Myſiæ ioco lumitate & dominatu oon contentus, maxima Romanis detrimenta inferenda, & Myſorum ac Bolgarorum dominatum, vt olim fuiſſet, omni contentione coniungendum eſſe cenſoit.

Blachicũ bellum ducibus male commiſſum.

Quòd ſi ipſe Imperator, vt prius, iterum ad bellum exiſſet, fortaſſe res bene geſta eſſet. Verum is alacritate ſua in aliud rempus dilata, Ioannem Sebaſtocratorem patruũ ſuum cum imperio ablegauit, qui exercitu non temerè, ſed planè laudabiliter gubernato, & hoſti, qui contractis in vnũ copijs, in planicienı deſcenderat, non paruis cladibus illatis, imperium ob affectati regni ſoſpicionẽ deponere iubetur, & in eius locum Ioannes Cantacuzenus Cæſar, qui Imp. ſororem in matrimonio habebat, ſufficitur.

Cantacuzenũ Ioannis temeritas.

Etatis vir procera ſtatura, forti animo, voce magna, bellicoſus, ſed ob audaciã & artogantiam ferè perpetuò aduerſo Marte pugnabat, inter alios & ipſe ab Andronico excæcatus. Cum autem Barbaros vitata planicie in montibus ſe tenere audiuiſſet. non cogitauit illos reficiẽdarum virium caoſa, & quo tutiores ſint, ibi commorari: ſed id factum timiditatem interpretatus, in medio campo caſtra poſuit, oeq; cuſtodijs neq; excubijs accuratioribus vſus, neq; vallo communito. Itaq; noctu à Barbaris oppreſſus, vix euadit, exercitu varijs modis afflicto. Nam alij iacentes in tentorijs occidebantur, alij inermes in fuga capiebantur. Qui verò vſq; ad Cæſaris taberoaculũ profugerant, maiorẽ eius quàm hoſtium acerbitatẽ ſunt experti, à quo contumelijs vt proditores proſcindebantur. Vt autẽ ſoſceptũ dedecus aboleret, armatus Arabicũ equum conſcẽdit: ſcutoq; in manus ſumpto, in confertos hoſtes eſt inuectus, vociferans: Sequimini me, cùm nec videret, neq; ſciret, quò iret, aut quid in caſtris fieret. Romanis ita victis & fugientibus, omnia tabernacula ſunt direpta, & vexilla capta, & aureæ Cęſaris veſtes ferrugineo colore interpũctæ, quas Petrus & Aſan induerunt, ante exercitũ incedentes, & tabernacula ſua in planicie fixerũt.

Branas Alexius homo ſeditioſus.

Imperio Cantacuzeno Cęſari abrogato, dux totius exercitus declaratus eſt Branas Alexius, breui quidẽ ille ſtatura, ſed magno ingeoio & prudentia vir. atque illa ætate ſummus Imperator. Qui exercitu ſuſcepto, non cnnfideoter. ſed circumſpectè caſtrametabatur, inſtructa progrediens acie, atq; in

ed intentus, vt & hoſtē detrimētis afficeret, & omnes copias periculi expertes conſeruaret. Ita multis anguſtijs ſuperatis, ad locum qui Niger tumulus dicitur, peruenit. Ibi caſtris poſitis, valloq; munito, rei benè gerendæ ſpem hominibus afferebat. Sed cùm regni cupiditate perpetuò æſtuaret, tum animū ſuum declarauit. Nam idem Branas cum primū ab Imp. dux ad bellū Siculum miſſus, auxilia Germanorū quę acceperat, ſatis habere virium ad iuuandos conatus ſuos ratus (nam Romanis legionib. tantū nō fidebat, vt eis cōſilium ſuum aperire auderet) eandē viā & ipſe ingredi ſtatuit, quæ Iſaaciū ad imperium perduxiſſet. Igitur magnum S. Sophię tēplum ingreſſus, in medio ſtans opē introeuntium cōtra iniquā & peruerſam Imp. iram; quē nulla re offendiſſet, neq; quicquā præter mandata & voluntatē eius feciſſet, implorat, & res geſtas ſuas celebrare inſtituit. An ignoratis inqt, viri, quàm fortiter in bellis me geſſerim? vt hoſtes iterū ac tertium induſtria mea ſuperarim? & populū ad ſeditionē concitat. Vt autem ſe nihil proficere videbat, promiſſa ab Imperatore impunitate, cœptis deſtitit, eadē cupiditate nihilominus retenta: cuius tum explēdę occaſione data, cū totius dux exercitus eſſet declaratus, quæ diu animo celarat, in apertum protulit. Cognatiſq; ſuis in cōſilium adhibitis, qui Adrianopolim, vt & ipſe, patriā habebāt, multis & potentibus viris, rubrum calceum induit, atq; inde in patriā digreſſus, & ab omni exercitu Imperator ſalutatus, ad vrbē imperatricē contendit, & caſtris ad exterius Philopatium poſitis, veſperi cum inſtructiſsimis copijs ad mœnia accedit, equo planè nigro inſidēs, niſi qd in fronte albā maculā inſtar lunaris orbis habebat, & Imperatorios milites & ciues, qui ex mœnib. illa ſpectabāt, ſimul & monet, & minis terret. Nam ſi portis apertis vltrò in partes ſuas cōceſſerint, ſeruatorē & benefactorem habituros. Sin per ianuā & nō aliter ingredi cupienti reſtiterint, vtiq;, ſi clàm ingreſſus & imperium latrocinio quodam conſecutus fuerit, ſe cauſam habiturū ſic agendi cum eis, vt immanes feræ, quę pulſis paſtorib. caulas perfregerint. Quę cum iactaſſet, acie velut ad pugnā inſtructa, in caſtra reuertitur. Poſtridie Sole orto, rurſus ad vrbis mœnia accedit, & exercitu, ad terreſtrem portam quæ Charſij dicitur, in dextrum & læuum cornu inſtructo, mediam phalangē ipſe obtinēs, copias vrbe effuſas aggreditur. Imperator enim ſuos milites nō tantum intra portas vrbis collocarat, ſed & partem quā longiſsimè excurrere extra foſſas, & cum hoſtib. cōgredi, & fatigatos hoſtib. vrgentibus ad mœnia refugere, iuſſerat, vt ab ijs qui in turribus ſtarent iuuarentur. Ac vſq; ad meridiem ſagittis & iaculis vtrinq; dimicatum eſt, Branę factione aliquandiu nonnihil ſuperiore ob belli vſum, atq; in ea Latinorum peditatu potiſsimum. Nam qui ex Siculo exercitu adhuc in viuis erāt, eos Imperator cuſtodia & vinculis liberātos, armis datis Branæ ad Hæmum proficiſcenti miſerat, qui primam phalangem pedeſtrem explebant, ſcuto equeſtri, prælongo enſe, & lancea armati. Cùm autē equitum quoq; turmę ijs opem tuliſſent, vrbani vi pelluntur, & quamuis inuiti, foſſa ſuperata, ad mœnia ſe recipiunt, propugnatoribus eos adiutantibus. Tyrannus verò ſuis ad dies 5. recreatis, rurſus eoſdē labores oppugnandi mœnia capeſsit. ſimul vt ſe vrbanis formidabilem præberet, ſimul etiam vt diſsidium inter ciues excitaret: ac partem copiarum ad Septemtrionale latus vrbi obuerſum mittit, qui Boſphorus dicitur. Vnde tractus maris qui vſque ad Blachernium palatium pertinet, apertè cernitur. cæteræque partes vrbis quæ ad Aquilonem vergūt. Ij ergo iuſſa exequentes, vexillis in altum elatis, tumulos occupant. At ſolis radij qui in thoraces & arma militū recens polita & lęnia incidebant, refracti, ignis inſtar relucebant. Itaque vrbanus turmatim in editiores colles vrbis, illius ſpectaculi gratia conuolans, ſumma admiratione afficitur. Deinde Propontidis etiam incolas attraxerunt, nō in re militari, ſed in remis agēdis maximo numero exercitatiſsimos. Ij ſcaphas ad piſciū capturā fabricatas, in naues bellicas mutarunt, craſsis tabulis vtrinq; affixis, alijs fundis, alij arcubus & pharetris armati: atq; ita ex piſcatoribus in Mauortios viros mutati, cum Imperatorijs triremibus fortiter dimicant: quæ vrbē circumeuntes, nocturnas Branæ impreſsiones obſeruabant, ac fretū diligenter tuebantur, ne fortè tyrannus deſperato per terreſtres portas ingreſſu, clàm per littorales ingrederetur. Ac principiò piſcatores inſanire viſi, quòd ægrè in nauiculis fluctuantes, impetum in longas naues facere auderent: vbi ad arma ventū eſt, maximas hoſtium naues cum buccinis & tubis inuectas, tacitè quidem, ſed fortiter adorti, ſuperant, & in vrbana littora compellunt. Nam eæ quia longiſsimæ erant, & tardæ lembis piſcatorum non ſtatim nocere poterant: hi verò quia confertim irruebant, & multi vnam triremē circundabant, à puppi & prora & vtroque latere pugnantes in anguſto freto victoria potiri, illuſtre tropheum erexerunt. Sed Imperatorij claſsiarij, non diu eo dedecore tollerato nauiculas viciſsim fugant: eaſque forſitan igni Græco abſumpſiſſent. niſi Branæ milites ex collibus ad littora digreſsi, ſuppetias illis retuliſſent. Cæterùm vbi ſeditionis auctor animaduertit, ſe neque clàm penetrare, nec aperta vi conſilium ſuum exequi poſſe, alia via rem aggrediendam cenſuit, ac imperatricem vrbem aut fame ad deditionem compellendam, annonæ penuria machina firmiſsima & acerrima admota, (iam enim & Orientales & Occidentales prouinciæ ad eum defecerant, quibus edixerat, ne qua frumentaria nauis Byzantium appelleret) aut cum firmiore & maiore claſſe impetum faciendum: verùm ea voluebat animo, quæ Deus haud conceſſurus erat. Nam Imperator cum vrbanum populum ſibi addictum eſſe, ac Branam adeò aduerſari cerneret, vt etiam execraretur: Dei genitricis imagine, quæ ab Hodegio monaſterio Hodegetria nuncupatur, in mœnia pro vallo inexpugnabili tranſlata, cum ſuapte induſtria ad pugnam incitatus eſt, quòd diuturniam obſidionem è re ſua non eſſe, & aliquid aduerſi nouarumque rerum ſtudium allaturam putabat: tum Conradi Cęſaris hortatu maximè impulſus. Erat is vir genere Lampardus, Montisferrati domini filius, prudentia & fortitudine tantum excellēs, vt non apud Romanos duntaxat eſſet celebris, Manueli præſertim charus, vt ab ipſa natura & inge-

Byzantij obſidio.

Conflictus ante vrbem.

Latini pedites.

Propontis ad Branā deficit.

Piſcatores claſſem vincunt.

Conradus Cæſar Mōtiſferrati Marchio Iſaaciū confirmat.

ingenij & manuum dexteritate luculenter ornatus, ſed apud populares quoque ſuos inclytus. Hic eſt, qui maximis largitionib. à Manuele impulſus, Alemannorum Regi reſtitit, & Moguntinum Epiſcopum Cancellarium Regis ſuperauit, qui cum maximis copijs impreſsioné in Italiam fecerat: eumq; in vincula coniectum, aliter ſe dimiſſurum negauit, niſi à Romanorum Imperatore iuberetur. Tum autem cùm Imperator Iſaacius ad fratré eius Bonifacium legatos miſiſſet, de ſorore Theodora illi deſpoudéda, is verò iam cũ alia nuptias celebraſſet: legati magnæ felicitatis loco habuerunt, quòd hic coniugem amiſiſſet, ac bonum longè maius iudicarunt, quàm ſi id confeciſſent, cuius gratia venerant. & Conradum maximis pollicitationibus impulſum ſecũ adduxerunt. Cùm verò non multo poſt eas nuptias, Branas defecit, is Imperatoris animum erigere, & bona ſpe ſuſtentare iam labaſcentem, & remolleſcentem confirmare non deſtitit: quippe qui ijs monachis qui nudis pedibus incedentes, & humi cubantes, veluti columnis vltra humum efferuntur, in palatium congregatis, Deo ſupplicaret, vt ciuile bellum propulſaret, nec alteri traderet imperium: rem verò bellicam penitus negligeret, omni ſpe ſua in armis ſpiritus collocata.

Iſaacius votis pugnat contra hoſtem.

Cæterùm Conradus eum, vt cancer pinnam, ſubinde vellicabat & excitabat, monens, ne in mendicis iſtis omné fiduciam collocaret, ſed rei militaris etiam rationé haberet, & armatis phalangibus ſeditioſo occurreret, nec dextris duntaxat armis, hoc eſt ſanctorũ virorum interceſsionibus, ſed ſiniſtris etiam, quæ enſe & thorace conſtarét, hoſtes vlciſceretur: neq; parcédum eſſe pecuniæ, ſed ad conſcribendum militem impendendam. Nam præter cognatos Imperatoris, & eos qui in vrbe habitabant, cæteri omnes Branæ ſe ſubmiſerant, neq; foris copię parati poterant. Quibus Cęſaris verbis, velut aſsiduis ſtimulis, torpore illo & ſocordia excuſſa, auxilia contrahere inſtituit. Et quia ſibi pecuniam deeſſe querebatur, vaſa ex Imperatorijs ſcrinijs deprompta, templis quæ aurum habebant, oppignorauit, & pecuniam inde acceptam, ad colligendum exercitum diſtribuit: quamuis poſt victoriam, nec pecuniam reſtituit, & vaſa illa abſtulit. Conradus verò exiguo tempore equites Latinos in vrbe circiter CCL. coegit, omnes viros bellicoſiſsimos, & pedites D. nec pauci ex Iſmaelitis, & Orientalium Iberũ multi qui negociandi cauſa in vrbem venerãt, nomina militiæ dederunt. Ex genere illuſtribus & alioqui palatium frequentare ſolitis, ad mille connumerati ſunt.

Armis dextris & ſiniſtris pugnandum.

Conradi libera vox.

Conradus verò tanta contentione Imperatoris partes tuendas ſuſcepit, vt ab omnibus diuinitùs miſſus eſſe tempore maximè neceſſario crederetur, atq; aliquando ad Imperatorem comedentem ingreſſus, cum ſuſpitio dixit: Vti-
„ nam ita rem bellicam curares, vt alacriter ad cœ-
„ næ lauticias accurris, & animũ in patinis habes.
Eo dicto Imperator erubuit, & prehéſo illius pal-
„ lio, cum riſu coacto dixit: Heus tu, ſuo tempore
„ & cœnabimus & bellabimus.

Oſtenta.

Tum quoq; oſtenta apparuerunt. Nam ſtellæ interdiu ſunt conſpectæ, aër turbulentus fuit, circuli quas areas vocãt, Solem ambiuerunt: vnde lumen eius nõ purum ſed pallidius emicuit. Imperator verò tanto excitu coacto, quantũ res ſinebãt, non diutius cunctandum, & ſub tecto deſidendũ eſſe ratus eſt, ſed viciſsim arma ſeditioſa inferenda. Itaq; thoracatus intra ea mœnia, quibus Manuel Imperator Blacherniũ palatiũ munijt, ſtans, huiuſmodi oratione cognatos, & proximè aſtantes milites confirmauit. Omnino præſtat, Deoque gratius eſt, vt ſubditi pro legitimo Imperatore pugnent, quàm cum ſeditioſo ac ciuilis belli auctore ſe coniungant. Si qui verò ſunt, quorũ animi vacillẽt ac fluctuent, aut omnino ad ſeditioſum magno impetu amoris ferantur: & quem heri, vt mancipia dominum, coluerunt, eum hodie reijciãt: ab ijs impetraram velim rem omnino æquiſsimã, vt domi ſedentes neutri opitulentur, donec prælio diremta fuerit controuerſia, ac tum vt cæteri cum victore ſe coniungant, aut ſtatim ante pugnã ad hoſtem abeant, ac pro eius ſalute dimicent, quo gratiam ab eo victoriã adepto maiorem ineãt. Nam ne quidem labijs honorare, corde verò alteri addictos eſſe, ac omne ſtudiũ deferre: haud ſcio an ab vllo probari, aut Deo placere poſsit, qui æquitatis amãs in animorum receſſus inquirit. Nam ab eo quod his peius eſt, ac omnium impudentiſſimum, animus quoq; abhorret, videlicet, ne qui pugnæ tempore ad tyrannum deficiant, & probatos etiam viros exemplo ſuo corrumpant. Id quod in auibus quæ gregatim volant, cernitur. nam vbi vna ſubuolarit, reliquę omnes vnà auolant: vbi vna conſederit, reliquæ etiã conſident.

Iſaacij concio.

Hæc propterea dicebat, quod Ioannẽ Sebaſtocratorem patruum ſuum ſuſpectũ habebat, vt & veteri neceſsitudine & recenti affinitate cum Brana coniunctum, cuius filiã non ita pridẽ filio ſuo deſponderat. Quibus verbis cùm omnes alij doluerunt, tum Sebaſtocrator, vt omnem ſuſpicionem à ſe amoueret, omné familiã ſuã & ſemetipſum atrociſsimis diris deuouebat, ſi vnquã ad Branam deficere in animo habuiſſet. Neq; enim ſe ita eſſe officij rudẽ, aut ſenio delirare, vt fratris filium Imperatoré, à quo ab alia dignitate ad aliã promotus eſſet, aduenæ ſub dio verſanti, cuius animũ erga ſe inexploratum haberet, ob filij nuptias poſt haberet.

Ioannes Sebaſtocrator Iſaacio ſe purgat.

Cùm Branas ſuos milites in aciem eduxiſſe nunciaretur, & pugnæ tempus eſſe videretur, apertis portis milites erumpunt. Protoſtratore Manuele Camyze, qui Imperatori ad conducendum militem non paruam pecuniam ſuppeditarat, cornu ſiniſtrum obtinẽte. Nam cum Branę inimiciſsimus eſſet, neq; ſpẽ bonã foueret, ſi is vinceret, omnes ſuas opes Imperatori aperuerat: & quantum vellet, inde ſumere permiſerat, melius eſſe ratus, propter Imperatorem amicum & cognatum, omnia ſua bona effundere, eaq; ſi viciſſet, cum gratiarum actione & fœnore recipere, quàm domi aſſeruare homini alieno infeſto & ingrato, in deriſum ſuum & ſummã illius commoditaté. In dextro cornu ipſe Imperator curauit, in quo lectiſsimi quiq; & armis inſignes erãt, Medium Conradus Cæſar cum ſtipẽdiarijs Latinis tam equitibus quã peditib. occupabat. Hoſtilis phalangis medium Branas cum cognatis ſuis & amicis, & nobiliſsimis ac fortiſsimis quibuſq; obtinebat: in vtroq; cornu cum alij duces, tum Elpumes Scytha curabant. Ante meridiem leuia certamina & inſultus ab vtroque exercitu facti

Manuel Camyzes Protoſtrator.

ſunt pedeſtribus copijs pungnā auſpicatis. Cùm verò, ſole iam medium cœli culmē occupante, ſignum pugnæ datū eſſet: Conradus primus cum ſuis, quorum arma purpureū inſigne habebant, impetum in hoſtem facit, ac ſine clypeo tum pugnabat, ſed textū lineū auſtero & ſallito vino probè maceratum, & amplius decies octies complicatum pro thorace indutus erat, ita firmū, vt nullum telū penetraret. Vtriuſq; exercitus interuallo in anguſtum contracto, turſus conſiſtit. Poſtquam pedites vt pugnā credituri lanceas inſtar turris erexerunt (nam clypeus clypeū, galea galeam vrgebat, & ſcuta collidebantur) & equites ſubditis calcaribus equos directis haſtis concitarunt, Imperatoria etiam legione ſubſecuta: Branæ milites ne primo quidem impetu Conradini exercitus rolerato, obuerſis tergis diſſipantur. Deinde ceteræ etiam legiones in fugā vertuntur.

Branas à Conrado occiditur.

Branas verò quanta voce poterat clamitans: State Romani, plures enim cum paucioribus pugnabimus, & primus ergo haſtam in hoſtē vibrabo, idq́; quòd alios monebat exequens, neminē ſanè à fuga reuocauit, ſed telo in Conradū ſine galea pugnantem directo, non lethalem ictū illi intulit: ſed Cæſaris humero perſtricto, telum è manibus amiſit. At ille haſtam ſuam vtraq; manu prehenſam ita in Branæ maxilla defigit, vt oborta vertigine equo præcipitaretur, & à ſatellinbus Cæſaris confoderetur. Aiunt cū primo vulnere accepto mortem deprecaretur: Conradū eum bono animo eſſe iuſsiſſe, neq; enim quicquam grauius quàm capitis truncationem ei metuendam eſſe, idq́; ſtatim accidit. In illa effuſa fuga, proximō quenq; quilibet occidit, idq́; ptincipio fugæ duntaxat factum, non vlterius proceſsit. Nam & Romani cognato ſanguini parcebant, & ij quos perſequebantur, quippè res capitis agebatur, ſumma feſtinatione aufugiebant. Caſtra à victorib. direpta ſunt, nec militibus duntaxat, ſed vrbanæ etiam multitudini prædæ fuerunt.

Conſtantini Stethati aſtrologi interitus.

In hac pugna Conſtātinus Stethatus occubuit, haſta in inguine vulneratus, vir bonus & ſuauis: qui cū Anchiali prouinciæ præeſſet, Branā non ſpōtè ſecutus, nec ipſi vt expectabatur, commodauit. nec ſemetipſum conſeruauit, quo minus ferro interiret, quamuis aſtrologorū eius ætatis princeps. Nimirum ſcrupulo aliquo minutiſsimo deceptus in tentorio manſerat, hoſtē ingruentē nihil timēs. Ferebatur autem Branæ ex artis obſeruatione prædixiſſe, fore vt eo die orbem ingrederetur, & magnò cum ſplendore triumpharet. Quod verum dixerit, necne, affirmare non poſſum. Noui enim, famæ non ſemper in huiuſmodi rumoribus fidē habendam eſſe. Sed ſi illa dixit, quæ feruntur, vates vtriq; deceptus eſt, vt res ipſa declarauit, niſi quis fortè aſtrologię deditus, eum non prorſus aberraſſe, nec artem omninò vanam eſſe propterea contendat, quòd caput eius & dexter pes eo die haſtis affixa, per forum traducta ſunt: vnaq́; caput circumforanei cuiuſdam, qui Poeta dicebatur, non in bello cæſi, ſed poſt illuſtrē illam victoriam iuſſu Imperatoris, haud ſcio quo fine interfecti.

Branæ capiti & vxori inſultatur.

Eo bello hunc exitum ſortito, Imperator conuiuio inſtructo, omnes aulę portas apeuit, vt victor à quibuſuis conſpiceretur: & cum manus epulis admoturus eſſet, ferculum haud ſanè decorum, & ludicrum patum elegans, Branæ caput inferri iuſsit, quod hianti rictu & clauſis oculis humi abiectō, huc atque illuc globi inſtar agitabatur, & iaculis traijciebatur. Deinde coniugi quoq; eius in palatio incluſæ oblatum eſt, quæ rogata, num ſciret cuius eſſet? oculis in miſerabile illud & inexpectatum ſpectaculū coniectis: Nooi, inquit, & me miſeram iudico. Erat enim modeſta mulier, & decoram matronis taciturnitatem maximi faciebat. Quare à patruo Manuele matronale decus, & familiæ ſuæ ornamentum appellabatur.

Fugientium trepidatio.

Exercitus verò qui cum Brana defecerant, laxis habenis quocunq; fugiebant, ac qui pugnæ tempore poſt propugnatores ſteterāt, cum inclinatam eſſe aciem ſenſiſſent, fuga occupata, eos qui à tergo ſequebantur, pro hoſtibus metuentes, curſum intendebant, ne caperētur. Qui verò ſequebantur, antecedentium incitatam fugam, vt rem ſalutarem imitati, & hoſtium perſecutionem veriti, illud vtriq; optabāt, vt equi non vngulis humum pulſarent, ſed tanquam Pegaſus volitarēt, ipſiq́; velut orci galea tecti, à nemine conſpicerentur. Tantus eos terror inuaſerat, qui faciebat vt quiduis & dicerent & optarent. Ac in ponte Daphnutiano plurimi petijſſent, niſi quidam manibus in cœlum extenſis, Deum teſtatus, neminem à tergo inſtare, ſed victores iamdudū à perſequendo deſtitiſſe, eos monuiſſet, impetum fugę moderantes ordine & cautè fornicem illum pertranſirent. Ac tenues & obſcuræ fortunæ homines citra moleſtiam & crimen domum redierunt, ſalubriter obſcuritate ſua tecti, neq; metuentes ne ab vllo inquirerentur.

Iſaacius ſeditioſis ignoſcit.

Qui verò aut genere illuſtres, aut magiſtratibus geſtis inſignes erant, frequentes conuenere, & per legatos veniam ab Imp. petiuerunt, quod hominem ſeditioſum ſecuti defeciſſent. Quòd ſi ab Imperatore noxæ eximerentur, ſe in poſterum bonos & fideles miniſtros fore pollicebātur: & pœnitentiā ſuam re ipſa declaraturos, quòd contra Dominum & Imperatorem arma cepiſſent. Sin is inexpugnabili iracundia arderet, atq; iniuriarum memoriam perpetuò conſeruatā, ac iræ ſcintillas reſuſcitatas vellet, ſe quoque conſpectum eius fugituros, & extremum receptum apud gentes Romanis infeſtas quæſituros, & in Romanos ea commiſſuros, quæ illis deberent, ad quos confugiſſent. Neq; enim eſſe nouum, ſi quis ſuos infenſos experiatur, vt hoſtium amicitiam expetat, eoſq́; pro amicis colat. Quæ cum legati ſubmurmuraſſent, Imperator impunitate omnibus conceſſa, eos qui accedebant benigne ſuſceptos, monebat, vt pœnitentiæ ob violatum iuſiurandum declarandæ caoſa, Patriarcham adirent, ſeq́; anathemate ſolui peterēt, quo à ciuib. cum illorū facinora ex turribus ſpectarēt, obſtricti eſſent. Ac multi quibus religio cordi erat, ita fecerūt:

Iſaacius, vt ſacrificulus, irridetur.

cęteri verò nutu capitis duntaxat admonitioni illi aſſenſi, magni tēpli ingreſſum, & confeſsionem pro nugis habuerunt, ne dicam fuiſſe quoſdā petulātes, qui cùm exijſſent, Imperatorē deriſerint & ſubſannarint: nihil eſſe noui dicētes, ſi is qui ſacrificulus olim fuiſſet (nam id etiā ei crimini dabatur) ipſis etiā ea præſcriberet, quæ à puero didiciſſet. Multi qui ad Aſanē & Petrum ſe contulerāt, paulò pòſt Imperatorijs literis reuocati ſunt. Poſt hęc Imperator (quod haud

ſatis mirari queas) conceſsit omnibus tam ciuibus quã peregrinis, vt vrbe effuſi, omnes eos malè tractarent, qui ad Branam defecerant, ſuburbanos, villicos, & Propontidis incolas, eaque nocte quæ Branæ interitum conſecuta eſt, Grecus ignis ædificijs ad fretum ſitis inijcitur, qui in vaſis occultus, ſubitò fulguris inſtar emicans, omnia quę contigerit, incendit. Qui cum in tabulata inci-

Suburbana ædificia incenduntur & diripiuntur.

diſſet, omnia ædificia tam ſacra quàm profana, tam priuata, quàm publica incendit. Id malum cùm præter expectationem accidiſſet, non ædes modò flamma in altum elata, ſed etiam bona miſerorum abſumebat, cùm nihil eripere aut transferre poſſent, niſi parua quædam. Poſtridiè manè Latina cohors Conradi Cæſaris, & promiſcua & paupercula turba vrbe egreditur. Hi circumiacentia omnia peruagati, partim adhuc armati, partim telis obiter arreptis, quid non rapuerunt? quo ſcelere abſtinuerunt? diruerunt ędes, opes di» ripuerunt, monaſteria ſcrutati, ſuppellectilia ſa» croſancta abſtulerunt, vaſa precioſa profanarũt, venerabilem monachorum ſenectutem non reueriti ſunt: virtutem, quam hoſtis etiam venerari ſolet, neglexerunt: denique, ne ſim prolixior, omne malorum genus quólibet ſecum attulerũt. Multi quod ob direptioné ædium ſuarum murmuraſſent, occiſi ſunt. Ac ea calamitas latius vagata, ac diutius & acerbius graſſata eſſet, niſi quidã graui dolore commoti, eam audaciam Imperatori indicaſſent: eumq; perpuliſſent, vt viris nobilibus & dignitate præſtantibus miſsis, importunorum hominum impetum repreſsiſſet. Hoc modo vaſtatione magnæ partis ſuburbanorum ædificiorum vix tandem finita. & ab hominibus, qui aliorum malis afficiuntur, vix ſatis adhuc deplorata,

Opifices Latinorum ædes direpturi malè tractantur.

opifices vrbani, qui ea, quę iam expoſui, non probarant, non ferendum eſſe rati, quòd Latini non modò liberè & inſolenter iactarent, Branam à ſe debellatum eſſe, ſed etiam in ſuburbanos Romanos intollerabiliter graſſati eſſent, in cohortes & phalanges centuriati, inſtar hyberni torrentis in Latinorũ ædes irruunt. Igitur confuſæ voces non aliter quàm gregibus gruum aut graculorum obſtrepentibus, aut venatoribus latratum canũ incitantibus, aërem implebant, atq; alij alios, tunicis prehenſis, inſtigabant. Nemo ibi audiebatur, qui pacem ſuadebat: omnes, vt aſpides, aures obturabant, ne ſapientem Magum audirent. Eum
» circumforaneæ turbæ concurſum non modo ef» frenata iracundia, ſed etiam alienæ pecuniæ cupi» ditas regebat. Putabant enim ſe, Latinis exiguo labore ædibus expulſis, quicquid in ijs eſſet reconditum, vt ſub Andronico feciſſent, direpturos. Verùm non modò ſpe ſua fruſtrati, ſed etiam contrariũ ſunt experti. Nam aduerſarij animaduerſo plebis contra ſe concitatæ impetu, vias publicas, quæ ad ipſorum ædes ducebant, maximis trabibus obſtruxerunt, & thoracati in munitionibus illis. denſi inter ſeſe, conſtiterunt: ac collecticia turba ſæpe vallum illud tranſcendere conata, non modò nihil profecit, ſed etiam à Latinis malè tractata eſt. Nam cum ſine ferro & nudi, pleriq; etiam vino obruti, cum armatis congrederentur: tum demum quid feciſſent cernebant, & Epimetheum Prometheo ſtultiorem eſſe intelligebant, cum aut ſagittis icti, aut comminus vulnerati, humi procumbebant, ac toto veſperi vſq; in crepuſculum malum id durauit. Mane autẽ cum Romani maiore impetu ad ſecundum prælium ſe pararẽt, plurimis armatis hoſti oppoſitis, cum clari viri ab Imperatore miſsi eos repreſſerũt, tum Latini ſtultis fucum fecerunt, ac multum de feruore illo reſtinxerunt. Romanos enim qui in pu-

Latinorum ſolers commentum.

gna ceciderant, Latinis veſtibus indutos, raſisq; barbis, in ſuarum ædium veſtibulis collocatos pro popularibus ſuis lamentati ſunt: & ijs qui ab Imperatore aderãt, illos monſtrando, rogarunt, ne denuò committi prælium, ſeúe bis ijſdem cladibus, quas cernerent, affici paterentur. Qui cum illa ad opifices perferrent, & monerent vt in mortuos defigerent oculos, ſeque illa probare negarent: vix tandem populi colluuiem emollire potuerunt, vt in officinam quiſque ſuam reuerteretur. Facilius tamen impetratum eſt, vt grauiſsimis pacificatoribus obſecuti, ab armis diſcederent, quòd (vt matutino tempore) nõ conſuetus dux illos armarat, nec magis quàm ferrum acuerat. Nam ſi vino occupati fuiſſent ij qui gallam & acum ſubigunt, quæ oratio, qui eloquentiæ torrens, illum pugnandi ardorem reſtinxiſſet. aut ad quietam aliamúe honeſtam actioné eos impuliſſet? Nam cum alij Byzantinos vt ebrioſos perſtrinxerunt, tum Menander ſic eos arguit:

ByZantium ebrioſos reddit hoſpites, »
Potando noctes perdere integras ſolent. »

Atque hæc ita contigerunt.

NICETÆ CHONIATÆ LIber *ſecundus de Imperio Iſaacij Angeli.*

IMperator verò dolens, quòd prima in Myſiã impreſsione bellum non ritè adminiſtraſſet, ſed inde non aliter digreſſus, quàm ſi hoſtium telis vrgeretur, neq; caſtella Romanis præſidijs occupaſſet, neq; Barbarorum

Expeditio Blachica.

filios obſides ſumpſiſſet. denuò Blachis arma inferre ſtatuit. Ac tum ipſe quidem cum paucis qui obiter reperiebantur, egreditur. Audierat enim, hoſtes non amplius in montib. & collibus verſari: ſed Scythicis auxilijs aſcitis, in agro Agathopolitano caſtra poſuiſſe, & loca illa effuſe vaſtare, & magnis afficere detrimentis. Reliquæ verò legiones interea conuocabantur. Nam & ipſe Imperator ad ſubitum & inexpectatum hoſtium tumultum, expeditionem illam accommodare cogebatur: in quo illa etiã ſpectabat, vt & hoſtiũ impetum reprimeret, & ſuos dicto audientiores haberet, ad ſecundũ illud Blachicũ bellum, ſi ipſe primus in equo bellico armatus cerneretur. Vbi Taurocomũ peruenit (prędium id eſt, quod vicatim incolitur, nõ procul ab Adrianopoli diſsitũ) expectauit, dum copiæ conuenirent, & Conrado Cæſari quoque mandauit, vt citra cunctationem exiret. Is verò cùm Imperatoris erga ſe benignitatem, cum ſuo genere non conſentientem, & ab imperatoria affinitate abhorrenté, haud diſsimulanter ęgrè ferret. & magnificã illam ſpé non aliud afferre cerneret, niſi vt calceis Cæſareis à vulgo diſtinctis vteretur. Eò accedebat, quòd cruce domo ſecum geſtata, Palęſtinam ab Aegy-

ptijs Sarracenis iam occupatam inuiſere conſtituerat, & obiter Imperatoris ſororem duxerat: annuit ille quidem ſe imperatoré conuenturũ, & bellũ vnà adminiſtraturũ. Verùm cum Deus Romanis plures clades per Myſos inferre decreuiſſet, mutato conſilio, naue firmiſſima & noua conſcenſa, in Palæſtinam contendit. Cùm Tyri appuliſſet, à popularibus ſuis veluti numé quoddã ſuſceptus, Sarracenis reſtitit, & Ioppen, quæ nũc Ace dicitur, aliaq; oppida recuperauit. Sed quia illis quoque locis fatalis calamitas impendebat, multi præclari & fortes duces, qui Chriſtianum illud iter vltrò & ſuis ſtipendijs ſuſceperant, perierunt: & ipſe Conradus non multo pòſt, vix edito ſpecimine virtutis & prudentiæ ſuæ, vt Agareuis admirationi eſſet, à Chaſio quodam occiditur.

Conradus Cæſar in Palæſtina occiditur.

Chaſiorũ obſeruantia ſuorum magiſtratuum.

Gens autem Chaſiorum ſuos principes ita vereri & obſeruare, & in iuſſis eorum exequendis adeò alacris eſſe dicitur, vt ſi tantũ ſupercilio magiſtratus innuerit, ſtatim de rupib. ſe præcipitent, in enſes irruãt, in vndas deſiliãt, in ignem ſe conijciãt. & ad eos miſſi, quos eorũ principes occiſos volunt, vt hoſpites, & amici adeũt, &, aut ſe habere q̃d eis dicant, aut legatos venire ſimulantes, ſæpe dominorũ ſuorũ aduerſarios pugionib. occidũt: nulla difficultatis & explorati ſupplicij ratione habita, etiãſi alterũ nõ occiderint. Imperator verò circiter bis mille delectis viris, quibus arma & veloces equos dedit, Taurocomo ad hoſtes contendit: impedimenta omnia, lixas & calones Adrianopolim ire iuſſit. Interea ſpeculatores nunciãt, Blachos loca Lardeæ finitima vaſtare, ac multis occiſis, nec paucioribus captis, cũ maxima præda diſcedere ſtatuiſſet.

Romani à Blachis cæduntur.

Igitur noctu claſſicis canentib. conſcenſo equo, cũ ad Baſternas (loci nomen eſt) perueniſſet, nullo hoſte apparente, quiete refocillauit exercitũ. Triduo pòſt inde digreſſus, mane Berroen verſus iter ingreditur. cũ nõdum IIII. paraſangas proceſſiſſet, mali nũcius adeſt, homo quidã expeditus, qui ſpiritu ex feſtinatione ſubinde interrupto, narrat, hoſtes non procul inde cum præda reuerti, ac pedetentim ſe incedere, quòd & nullũ hoſtẽ inueniſſent, & manubijs onuſti eſſent. Quare ſtatim exercitu inter duces diſtributo, & acie inſtructa, eã viam inſiſtit, qua incedere hoſtes ferebãtur. Quos vbi vidimus, & viciſſim cõſpecti ſumus (nam & ego Imperatoré pro ſcriba comitabar) Scythæ & Blachi, præda cohortib. aliquot ſuorũ tradita, eos compendia itinerũ ſectari, & accelerare, dũ montana attingerent iuſſerunt. Reliqui cõglobati, Romanũ equitatũ intrepidè exceperũt, patrio ritu pugnantes. Nam cũ accederẽt, ſagittas conijciebãt, & haſtis congrediebãtur. Paulò verò pòſt impetu in fugã conuerſo, hoſtib. ad perſequendũ irritatis, rurſus inſtar volucrum ſubitò reuerſi, aduerſa fronte multo fortius dimicabãt. Quo ſæpe facto, cum iam ſuperiores eſſent, omiſſis illis anfractibus, gladios ſtrinxerunt, & horribili clamore ſublato, dicto citius in Romanos irruerunt. & pugnantes & fugientes ex equo occiderũt, ac eo die fortaſſe magnam adepti gloriã contemptiſſimi populi nobis inſultaſſent, niſi Imperator cũ phalange ſua adhuc integra ſuperueniſſet: & incitatus claſſicorum cantus, & clangor tubarum & rictus hiantium draconũ, haſtis ſuſpenſi, & à ventis agitati, hoſtes maioris exercitus opinione terruiſſent.

Scythæ fugiendo pugnãt.

Ac tunc Imperator parua captiuorũ parte velut ex faucibus ferarũ erepta, Inſtituto itinere omiſſo, Adrianopolim peruenit. Sed quia Barbari non quieſcebant, quã viam omiſerat, denuò currere inſtituit: & Berroen profectus, Blachorũ & Scytharũ excurſiones cùm per duces rei bellicę peritos, tum per ſemetipſum repreſſit.

Iſaacius proſpero ſucceſſu cũ Blachis dimicat.

Qui & ſi Romanos verebãtur, & Imperatoris præſentiam formidabãt: tamen iterũ clàm inſidiabantur. ita excurrentes, vt pugnę auidi, & ſubinde expectandi viderẽtur, & aliàs aliò tranſibant, nec vſquam occaſionibus deerant. Cùm Imperator ad eos reprimendos Agathopolim properabat, illi pagos Philippopoli proximos vaſtabant. cum afflictæ parti ſuccurrebat, illi eò irruebãt, vnde ille diſceſſerat. Hæc alter frater Aſan faciebat, homo ingenioſiſſimus, & in rebus dubijs ſolertiſſimus. Itaque Imperator cum denuò Zagoram inuadere, & quantũ liceret, periculũ facere inſtituiſſet, an Myſos ad deditionem compellere poſſet, Philippopoli Triadizam digreſſus eſt. Inde enim Hęmũ facilè adiri poſſe, alicubi etiam planos tramites patêre, item aquæ affatim, & pabulum iumentis ſuppetere audierat, ſi quis eò tempeſtiuè proficiſceretur. Quia verò bruma inſtabat, & flumina (in gelido illo & ſeptemtrionali præſertim climate) congelabant, & denſiſſimæ niues non ſolum terram operiebant, & valles explebant, ſed ædium quoque fores obſtruebãt: eum conatum in vernum tempus diſtulit, & exercitu in illa prouincia hybernare iuſſo, cum expeditis in vrbem reuerſus, ludis Circenſibus & ſpectaculis animũ recreauit. Veris initio rurſus contra Myſos egreſſus, & tribus integris menſibus in obſidione Lobizi caſtelli fruſtra cum maximo labore conſumptis, infecta re domũ redijt. Nã Propõtidis amœnitas, ſuauiſſima diuerſoria, venationes & equitationes, quæ velut cathenis conſtringere ſolent noſtræ ætatis Imperatores, nõ diu eũ ſub dio eſſe ſinebant, ſed veluti clypeo abiecto aufugere cogebant.

Voluptas Imperatoribus officio antiquior.

Et ſi autem & Aſanis vxorem ceperat, & fratrem eius Ioannem obſidem acceperat: nihilo minus tamen res in peius ruebant. Sub hoc tempus Theodorus Mangaphas Philadelphienſis, regnum affectauit: ac primùm eius vrbis frequentiſſimæ plebem audaciſſimam ſibi conciliauit, & iureiurando obſtrinxit: ac paulatim progreſſus, Lydis omnibus ad defectionem impulſis, regium nomẽ vſurpauit. Deinde finitimis quoque prouincijs tentatis, argenteam mõnetam cum ſua imagine percuſſit. Vt autem defectio augebatur, & vt initiò deriſa fuerat, ſic deinde Imperatoris animum grauiter percellebat: nihil cunctandum ratus, Mangapham cognomento Morotheodorum ob parum proſperos ſucceſſus non multo pòſt dictum, Philadelphiæ obſidet. Sed cum vrbem diuturna obſidione ad deditionem compellere non poſſet, ijs conditionibus paciſcitur, vt Theodorus, depoſitis regni inſignibus, priuatam vitam agat vt prius: ciues verò ei pareant, cui prius, & obſidibus ſuo arbitratu acceptis, in magnam vrbem reuertitur. In ea quoque defectione multi viri fortes perierunt. Cæterùm non multo pòſt Baſilius Batazes, obſcuro genere ortus, tamen obductam Imperato-

Morotheodori Mangaphæ defectio.

ris neptem, Domeſticus Orientis & Thraciæ Dux deſignatus, plurimos coniuratos Mangaphæ, largitionibus corrupit: & quanquam hominē comprehendere, & in vincula conijcere non potuit, illud tamen effecit, vt vrbe pelleretur. Quo facto, cum magnum quiddam conſecutus, & Imperatori admodum gratificatus videretur: Mangaphas ad Caicholroen Iconij Sultanum profugus, auxilia contra Romanos non impetrauit, literas tamen obtinuit, quibus concedebatur, vt turcas liberos, qui arcu & pharetra freti, Romanos prædarentur, aſciſceret. Qua ratione cum non paruas copias contraxiſſet, ciuium ſuorum mancipia & iumenta abduxit, & Phryges Laodicenſes innumeris cladibus affecit, vt & populares meos Choniatas: areis eorum æſtiuo tempore incenſis, & obuijs quibuſque hoſtilem in modum tractatis. Nam vt non dicam Turcos ob clementiam infinitimos Chriſtianos ab eo obiurgatos eſſe, & facta in Cariam impreſsione, multos inde captiuos Turcis abducendos eſſe datos: Michaelis quoque archiducis templum, opus maximum & celeberrimum, quod elegantia & longitudine D. Mocij martyris ædem in vrbe imperatrice ſuperabat, incendi paſſus eſt. Vt autem huiuſmodi facinoribus plenus, tandem ad Sultanum redijt, & impetrator ad Iconij principem Caichoſroen, cuius pater nuper defunctus erat, legatos miſit, quòd eū à Mangapha in cogitationes & actiones non bonas induci videbat, & largitionibus impetrauit, vt ille deſertus ac proditus, ad ſe mitteretur: ea tamen conditione, vt defectionem nec capire, nec mutilatione læſioneúe vllius membri lueret. Qua de cauſa, omnis alterius mali expers, ad diuturnum carcerem eſt damnatus. Id factum adeò cæteris Sultani fratribus, qui regnum cum eo diuiſerant, diſplicuit, vt & arma ei illaturi fuerint, quòd hominem profugum & ſupplicem pecuniæ cauſa Romanorū Imperatori prodidiſſet: niſi ſpecioſo reſponſo iracundiam illorum placaſſet. Aiebat enim, ſe pacificationis ergò illum remiſiſſe, nequaquam verò prodidiſſe, & hominem vagum in patriam reſtituiſſe, vt nec ipſe alios, nec ipſum alij porrò perſequerentur. Atque hæc hactenus.

Mangaphas à Sultano proditus in carcerem conijcitur.

Neque verò vllus annus elabi poterat, quin publicè abominandi aliquid afferret, non aliter quàm ſi numinis indignatio illi ætati perpetua bella decreuiſſet. Quaſi enim Barbari circumcirca noſtris ceruicibus imminentes, ad nos caſtigandos non ſatis eſſent, etiam longinquo malo ſumus oppreſſi. Nam Fridericus Alemannorum rex, legatis ad Iſaacium Imperatorem miſsis petijt, vt ſibi cum omnibus copijs Palæſtinam petentibus, per Romanas prouincias pacatè iter facere & commeatum emere liceret: & ſuam ſententiam per proprios legatos ſibi ſignificaret. Mittitur igitur ad eum Dromi Logotheta Ioannes Ducas: fideque data & accepta, regem ſine maleficio tranſiturum, nullā vrbem, nullum oppidum, nullum caſtellum aut pagum violaturum: Romanos commeatum ei abundè ſuppeditaturos, vt eius exercitus nulla re neceſſaria careat, ſed omnia in promptu copioſiſsimè habeat, quæ tam iumentis quàm hominibus vſui ſunt, aliquanto pòſt reuertitur. Iis conditionibus renunciatis, Imperator per prouincias edicit, vt quà rex tranſiturus eſſet, commeatus comportent, ipſius verò in fines Romanos ingreſſu virorum genere & dignitate clarorum literis nunciato, eundem Logothetam denuò mittit, vnaq; cum eo Andronicum Cantacuzenum, qui regis tranſitum commodiorem redderent. Verùm ij ignoratione officij & ſuapte ignauia (etſi enim amici noſtri ſunt, tamen veritas eis eſt præferenda) regē contra Romanos concitarunt, & vt Imperator eum pro hoſte ſuſpectū haberet effecerunt. Ita & iuſiurandum eſt turbatum, & comportatio commeatus ceſſauit, & nos, qui hæc ſcribimus, tum Philippopolitanæ prouinciæ gubernationi & deſcriptioni præfecti, plurimis moleſtijs conflictati ſumus, cum nunc Imperatoris iuſſu Philippopolis mœnia & foſſas, illis anguſtis & periculoſis temporibus, inſtauraremus, nunc alijs literis eadem demoliri iuberemur, ne receptaculum regis eſſent. Qui cum ex curſionibus commeatum pararet, Imperator legatos eius detinebat, & anguſtos tramites ſua opinione intercludebat, altiſsimis arborib. ſucciſis, & ita implexis, vt id ſeptum à rege tranſiri non poſſet: ſed & patruelem ſuum Manuelem Camyzem Protoſtratorem, & Occidentis Domeſticum Alexium Guidum cum exercitu regē ſubſequi, & Alemannos pabulantes ex inſidijs aggredi iuſsit.

Friderici Barbaroſſæ expeditio in Palæſtinam.

Legati vecordes Friderīcum & Iſaacium committunt.

Verùm rex illo arborum vallo ita impeditus eſt, vt ex anguſtijs ſine vllo negotio euaderet: imò quod facetius eſt, alia via Philippopolim penetrauit, ibique vallo munito, Romanis imprudentibus, loca præoccupauit, à quibus prohibebatur, quorumq; cauſa anguſtiæ obſtruebantur. Philippopolim ingreſſus, vrbem pleriſq;, iiſq; nobiliſſimis ciuibus vacuam reperit. Nam ſi quis ibi māſerat, is aut ita pauper erat, vt eius opes in veſtibus quibus tegebatur conſiſterent, aut erat ex Armeniorum numero. Hi enim vni omnium, tranſitum Alemannorum, non hoſtium incurſionem, ſed amicorum aduentum iudicabant. Nam commercia inter ſeſe agitant, & in pleriſq; religionis dogmatibus conſentiunt. Quippe apud Alemannos & Armenios ſacratum imaginum adoratio æquè interdicta eſt, & azymis in ſacris vterique vtuntur, & alia quædam Orthodoxis Chriſtianis improbata, opinionis errore pro legitimis obſeruant. Enimverò rex etiam poſt Philippopolim occupatam, ad Protoſtratorem ſcribere, eiq; ſignificare non deſtitit, Romanos fruſtra ſibi iter includere, & properantem contra officium impedire. Neque enim ſe vel prius, vel nunc quicquam in animo habuiſſe, quod Romanis incommodum aut moleſtiam afferret, & pacta ac conuenta adhuc inuiolata conſeruare. Qui cum eas literas Imperatori ſignificaſſet, & iuſſa eius expectaret, nunquam pacatum ab eo reſponſum accepit, ſubinde ad prælium committendum extimulante & ignauiam ei exprobrante, quòd Alemannorum temerè & ſparſim pabulatum exeuntium cædem & internecionem nondum ſignificaſſet. Hæc impulſu cuiuſdam ſcribebat, qui ex Engaſtrimythi potius afflatu, quàm prophetico ſpiritu affirmabat, regi nunquam in mentem veniſſe Palæſtinæ occupationem, ſed eum nihil aliud cogitare, niſi vrbis imperatricis dominatum, & per Xylocerci portam haud dubiè ingreſſum, ea facturum principio quæ abominanda ſint. Deinde iuſſo

Armeniorū & Alemannorum in religione conſenſio.

Vide Annotationes.

Doſithei monachi falſa diuinatio.

Dei iudicio non pauciora perpeſſurum. Huiuſmodi opinionibus occupatus Imperator, ipſam portam lateribus & cemento obſtruxit: & acutas ſagittas, quas ſæpe manibus geſtabat, ſe in cordib. Alemannorum defixurum eſſe dicebat, monſtrataq; feneſtra Blachernij palatij in eo loco, qui ab altitudine cognomentum habet, vnde patentes campi extra propugnacula in Philopatijs cernuntur, per eam ſe illas in Alemannos excuſſurum, eosq; proſtraturum minabatur, adeò vt ea verba ridicula audientibus viderentur. Is vates erat Doſitheus quidã, Studienſis monachus, Venetijs oriundus, & patre Viticlino, vt ferebatur, natus, qui Iſaacio cui familiaris erat, priuato adhuc Imperium prædixerat. Qua prædictione euentu comprobata, ſummo honore & autoritate apud hunc Imperatorem florens, Hieroſolymorum Patriarcha poſt Leontij viri erudiri & virtute celebris obitum deſignatus eſt. Sed vt Imperatorum impetus & potentia non quieſcere ſolet, niſi diuina humanaque pro ſuo lubito mutarint, principatum adeptus Iſaacius, Baſilio Camatero, quanquam eius ope maximè adiutus, Patriarchatu deiecto (cauſa prætexebatur, quòd, quas nobiles matronas Andronicus in monaſteria inuitas abſtruſiſſet, ijs ipſe nigro veſtitu depoſito, reditum ad priſtinum habitum & vitæ rationem conceſsiſſet) Nicetam Mundanum pro eo patriarcham deſignauit, Eccleſiæ maximæ ſacellarium. Sed ne hunc quidem, hominem natu maximum, in ſacra ſede expirare paſſus, inuitum expulit, ſenium & delirium & leuitatem cauſatus. Cum autem diligentius de gubernatore Eccleſiæ cogitaret, Leontium monachum quendam, magnum paſtorem deſignat: in populi frequentia pro tribunali iureiurando teſtatus, eum virum prius ignotum, ſibi à Dei genitrice noctu eſſe demonſtratum, non forma & virtute eius duntaxat deſcripta, ſed loco etiam oſtenſo in quo habitaret. Verùm eo quoque Dei genetricio, priuſquam annus elaberetur, repudiato, nihil verecundatus, quòd coram tam multis, eum vt diuinum hominem laudibus extuliſſet, mutationem inſtituit, Hieroſolymitanum Doſitheum ad Oecumenicum patriarchatum euecturus. Quod cum Canones non permittere ſciret, Theodotum Balſamum, magnæ Antiochiæ Epiſcopum, virum ea ætate iuriſconſultiſſimum, aſtu circumuenit, & in priuato colloquio indignationem ſimulat, quòd Eccleſia pijs & doctis viris ita deſtituatur, & monaſtica virtus ita obſoleuerit atque euanuerit, vt nemo ſit qui vniuerſalem ſedem, non ſecus ac ſolis irrequietus circuitus orbem terrarum illuſtret, cœtumq; fidelium quàm optimè gubernet. Hæc & id genus alia non ſine dolore præfatus, ſubiunxit, olim fuiſſe ſibi in animo, illum ex Antiochena ſede in Oecumenicam, vt illuſtrem legalis puritatis lucernam transferre. Sed ab ea mutatione veterum canonum & eccleſiaſticarum ſanctionum interdicto deterreri. Si verò ipſe, vt legum & canonum peritiſsimus, tranſlationem, vt olim, ita nunc quoque habere locum, demonſtrare, ac vulgo perſuadere poſsit, ſe omnino id in lucro deputaturum, eumque (modò liceat) incunctanter deſignaturum. Hoc modo tractatus Theodorus, omnia rata fore affirmauit. Poſtridie concilio Pontificum in æde ſacra indicto, & quæſtione illa agitata, tranſlatio ſtatim conceſſa, & literis Imperatorijs confirmata eſt. Ac Antiochenus vt ante fuerat, ita manſit Antiochenus. Doſitheus verò à ſede Hieroſolymitana Conſtantinopolim eſt tranſlatus, cum tam frequenti & ſplendido comitatu, vt haud dubiè regium triumphum æquaret. At primarij ſacerdotes, cæterique facundia inſignes, qui ſe canonibus temerè violatis deceptos videbant, obſtupefacti, cum riſum diutius perferre non poſſent, extraordinaria conciliabula & plebis conuenticula inſtituunt, alienæ eccleſiæ occupator audit Doſitheus, ſecundo honore abrogato, è ſede educitur. Imperator verò ignominiam illam non ferens, omnibus modis aduerſatur, ac nihil non facit, vt approbata illa tranſlatio valeat, nec multo pòſt, abrogatione ſublata, Doſitheumq; denuò confirmatum, per bipenniferos ſatellites, & palatinos proceres in ſacram ædem deducit, populi motum veritus. Erat enim Doſitheus ob ambitionem, & imperatoris intempe[…]iuam pertinaciam, & parum laudatum ſui ſtudium, omnib. inuiſus. Cæterùm rurſus ſede eijcitur, eodemq; modo quo canis Aeſopicus, & pontificatum, quem tenuerat, amittit (nam alius Hieroſolymis electus erat) & maiori ſede excidit, magno vaſorum cuſtode Xiphilino Georgio Patriarcha deſignato. Tum verò, quod vbiq; erat celebre, ex Salomonijs libris futurarum rerum imagines & formas quaſdam, inſtar dæmonum qui ſomnia immittunt, depingendo, non naſo, ſed auribus trahebat Imperatorem. Cuius iuſsis Protoſtrator obſequens, literis regis neglectis, totus in eo erat, vt Alemannis noceret frumentatum exeuntibus & quadam nocte circiter bis mille inſignibus equitibus delectis, ad Philippopolim proficiſci, & inſidijs in collibus illis collocatis, frumentatores manè inuadere inſtituit, ac ei rei intentus, impedimenta ſeruitia militum, & reliquum exercitum, quaſi numine afflatus, nobiſcũ diſcedere iuſsit. Priuſquam enim diluxerat, Alemanni ab Armenijs Pruſeni caſtelli (ibi enim conſtiterat Imperatoris exercitus) de Protoſtratoris conſilio certiores redditi, eadem nocte vltra 5. millia cataphractorum in noſtrum exercitum immittere properabant, noſtris ſpeculatoribus & cuſtodib. deceptis, nec Protoſtratori facti obuiã. Nam is quidem partes montibus vicinas, in quibus prædia erant adhuc commeatu referta, pertranſibat, & tumulos ſubibat, ne ab ijs conſpiceretur, quos venabatur. Alemanni verò confidenter per planiciem ad Romana caſtra pergebant. Sed cum nemine reperto, noſtros pridie ſub cœnæ tempus diſceſsiſſe, delectiſque fortiſsimis ad frumentatores ſuos circumueniendos abijſſe audiuiſſent, ne expectato quidem nuncio, conuerterunt equos, vt ab ijs inuenirentur, à quibus quærebantur. Igitur cum ex eo colle deſcenderent, qui iuxta Pruſenum caſtellum eminet, noſtri verò aſcenderent, ex improuiſo concurrerunt. Vt ad arma ventum eſt, Anali Theodoro Alexij Branæ filio duce, ferè omnes ceciderunt: quippe qui primi & ſoli cum Alemannis pugnarent. Romani verò præcipiti & turpi fugæ ſe mandabant, vix aſpectu hoſtium tolerato, & ipſe Protoſtrator alia

via

Theodoſius Patriarchatu Hieroſolymitano potitur.

Nicetas Mundanus patriarcha.

Leontius monachus patriarcha.

Vide Annotationes.

Theodorus Balſamus Antiochenus ab Iſaacio aſtutè circumuentus.

Doſitheus & Hieroſolymitana & Byzantina ſede excidit.

Protoſtrator Friderico fruſtra inſidiatur.

Romani ab Alemannis fuguntur.

via elapſus, à nobis in tertium vſq; die viſus non eſt, & manib. hoſtium cupidiſsimè euitatis, vix tanquam ex longo mari falſam veluti aquam adhuc expuens, in portum peruectus, rediJt, confuſis Alemannorum vocib. de eo capiendo adhuc aures eius perſonantibus. Multi quoq; ſine armis, ſine equis in caſtra redierunt, ſtractis in illa curſus contentione vehiculis. Ex eo tantũ ab Alemanni ſeiuncti ſumus, vt vltra 50. ſtadia recederemus. Nam illi ad Philippopolim permanebant. Nos circa extremitaris Achridi quieſcebamus, de vita duntaxat conſeruanda ſoliciti: imò & noſtrã prouinciam populabamur, vt commeatus ſuppeteret.

Iſaacij inconſtantia & inſolentia erga Alemannos.

Quæ cum ad Imperatorem perlata eſſent, vix eum mouerunt, vt nonnihil de pertinacia remitteret, & nos etiam paulò pòſt ad eum profecti ſingula diligentius exponebamus, illo adiecto, Alemannos dicere, nihil eſſe aliud quod Imperatorem ad negligenda Occidentalium Chriſtianorum pacta impulerit, niſi quod cum principe Sarracenorum pacem feciſſet, & (vt moris illorũ eſſet in amicitia conſtituenda) vterq; vena in pectore inciſã, ſuum alteri ſanguinem propinaſſet:

Mutus ſanguinis guſtatio.

Sic tandem eius contumaciam ita fregimus, vt conſilio in contrarium mutato, Alemannorum tranſitum in Orientem expeteret. Quem cum regem, ob inſtantem hyemẽ (nam Nouembri menſe hæc acta ſunt) in vernum tempus differre cerneret, rurſus ad ingenium rediJt, & per literas, cõtra decorum Imperatorium, regi vaticinatus eſt, eum ante Paſcha moriturum, & vt alia quæ anteceſſere prætercam (plura enim habent, quæ in dictis & factis autoris culpeotur, quàm quæ laudẽtur) vix adducitur, vt legatos ad illum reuerti patiatur. E quibus vbi is cognouit, Imperatorẽ eos neque conceſſu, neque vllo alio ſingulari honore dignatum eſſe, ſed æquè vt Romanos ſeruiliter aſtare ſiuiſſe, quamuis epiſcopos & cognatos ſuos. indignationem & iracundiã diſsimulare non potuit. Vt autem legati noſtri ad eum venerunt, & ipſos ſibi aſsidere iuſsit, nec miniſtros, coquos, & equiſones eorum aſtare paſſus eſt. Qui cum decere negarent, vt miniſtri regi maximo aſsiderent, ſatis eſſe, quòd ſuis dominis honos is haberetur: non deſtitit, ſed inuitos etiam illis aſsidere coegit, quo facto Romanos ſubſannabat, & innuebat, eos neque virtutis neque generis habere rationem, ſed vt ſubulci porcos omnes ſiue pingues & preciJ maioris, ſiue macilentos, in eandẽ haram compellerent, ita Romanis etiam ſine diſcrimine quoſuis aſtare oportere.

Fridericus Græcorum inſolentiam deridet.

Non multo poſt, commeatus penuria coactus exercitu diuiſo, Oreſtiadem abiJt, filio ſuo cum epiſcopis & iuſtis copijs Philippopoli relictis, quibus dixit: Vobis hic requieſceodum eſt, dum feſſas tibias, & labaſcentia genua ex illa apud Græcum regem ſtatione refocillaueritis. Elapſã hyeme, cum prata iam refloreſcerent, fœdus inter regem & Imperatorem renouatur: ac illius principes & magnates iurant, regem per Romanas prouincias via regia tranſiturum, neq; læua neq; dextra vel in vineas vel in agros euagantem, donec Romanorum fines exceſſerit.

Friderici traiectus in Orientem non aduerſante Iſaacio.

Imperator verò quoſdam cognatos ſuos dedit obſides, & in maximo templo circumforanei & palatini proceres D iurando ſunt adacti, Imperatorem pacta inuiolata conſeruaturum, & Alemannis viæ ductore. & viaticum ſuppeditaturum. Tum etiam quidã ex belli iudicibus, ad regem obſidum loco mittendi, qui à palàm Imperatori teſtagari, tutoq; ſedere domi non poterant, in alienarum ædium angulis, donec rex in Orientem tranſiſſet, ſeſe abdiderunt. Enimuerò Imperatór iratus, iudicum loco tabelliones miſit obſides, & contumacium poſſeſsiones & ædes iJs donauit, quibus voluit, alioſq; iudices deſignauit. Pòſt verò cum id non contumacia, ſed metu non ſuperuacaneo factum eſſe comperiſſet, eis & poſſeſsiones & dignitatem priſtinam reſtituit. Pactione peracta, regi quatuor centenarios argenteæ monetæ, & eximias telas auro intertextas mittit, aliaq; ab illo munera recipit. Inde plurimis nauibus equeſtribus Calliopolim perductis (nam id quoq; conuenerat, vt duabus nauigationibus totus exercitus traiJceret, rege metuente, ne Romani pactis violatis paucos vnà vehentes in traiectu occiderent) Rex diebus non amplius quatuor in orientem peruenit.

Philadelphienſium perfidia.

Vt ad Philadelphiam acceſsit, neq; per vrbẽ tranſiJt, & eius incolæ ſimulata amicitia, in regis diſceſſu, in inimicitias erumpente, partem exercitus per latrocinium ſunt adorti, vt verò res parum ſucceſsit, ſed ferreas ſtatuas aut gigantes ſibi oppugnare videbantur, terga dederunt. Alemanni verò per Aquilæ prædium (loci nomen id eſt) profecti, ad Phrygiæ Laodicæam caſtra poſuerunt, ibiq; humaniſsimè ſuſcepti, & hoſpitalibus quã alibi vſquam tractati, cùm omnes Laodicenſibus fauſtiſsima quæque à Deo ſunt precati: tum rex manibus & oculis in cœlum ſublatis, genibus verò humi flexis, orauit, vt quicquid vitæ prodeſſet, quiquid animis ſalutem afferret, id à gubernatore vniuerſitatis Deo patre illis tribueretur, hac adiecta clauſula: Si Romanæ prouinciæ Chriſtianis huiuſmodi florerent, & adeò benignè Chriſti milites ſuſciperent, ſe & illis opes quas attuliſſent libenter fuiſſe daturos, commeatu pacatè accepto, & fines Romanorum iampridem fuiſſe tranſituros, haſtis nullius Chriſtiani ſanguine contaminatis.

Laodicenſium hoſpitalitas.

Cum altiùs aſcenderent, nec Turcos benignos ſunt experti, ſed & hi apertam pugnam declinantes, latrocinijs eos, vbi poterant, infeſtabant, quanquam æquè vt Romani, pacti, ſi abſque maleficio tranſirent, ſe eis omnia quæ prætereunti exercitui eſſent opus, ſuppeditaturos: ac ſanè eis quoque profuiſſet, ſi pactis ſletiſſent, nunc inani ſpe elati, in apertum bellum eruperunt.

Turci perfidiæ ſuæ Frederico dant pœnas.

Itaque rex ad caſtrum Philomelium prælio cum Iconienſis Sultani liberis commiſſo (quem regno erepto Iconio expulerant, priſtina eius felicitate in ærumnoſam ſenectutem mutata) cùm ipſos facilè profligauit, tum Philomelium euertit atque incendit. Eoſdem etiam ad Cingularium vicit.

Friderici ſtratagema.

Cum enim anguſtiJs occupatis Alemannorum tranſitum obſeruarent, ille conſilio hoſtium intellecto, caſtra in campo poſuit: & copijs ſuis noctu bifariam diuiſis, vnam partem in tentorijs manere iuſsit, alteram diluculo fuga ſimulata viam aliam inſiſtere. Perſæ autem dolum eum rem veram eſſe rati, læti ex anguſtijs in apertum campum effuſi, vallum Alemannorum irrumpunt; ſimul & ſecuri &

læti, vt paratam prædam, magnas opes diriperent.
» Omnes enim Barbarus auarus eſt, & pecuniæ
» cauſa pleraque, ne dicam omnia, & dicit & facit.
» Vt verò & qui fugerant, ſe conuerterunt, & qui in caſtris erant, confidenter concurrerunt: Perſæ circumuenti occidebantur. Neq; verò ex his duo bus duntaxat prælijs res formidabilis euaſit, & apud Orientales gentes celebris, ſed ex eo etiam, quòd Turcos ad ipſum Iconium iiſdem cladibus affecit. Nam ipſe quidē Sultanus ad Taxara profugus, ignorationem excuſabat eorum quæ filij ſui feciſſent, vtpote ab vno ex ijs Copatino regno pulſus. Turci verò hortorum aggeribus & foſsis, quæ crebra ſunt iuxta Iconum, occupatis, & macerijs pro muro obiectis, Alemannorum acceſſum facilè ſe prohibituros putabant, cum omnes ſagittarij optimi eſſent, atq; vno in loco expediti, cum grauis armaturæ equitibus pugnaturi. Sed id quoque conſilium eorum fuit irritum. Nam Alemanni cum Turcos ſepta hortorum ſubire, atque inde velut ex propugnaculis ſagittare viderent, ſic fecerunt. Quiſque pedirem armatum in equi ſui tergum recepit, vt ex eo tanquam ſcala, maceria conſcenſa, comminus cum hoſte congrederetur: & ipſi, quà equis patebat iter, opitulabantur. Itatum quoque Turci plerique, mali malè perierunt: nonnulli etiam diſperſi, fuga ſalutem quæſiuere. Vt autem occiſorum multitudinem, hoſtium teſtimonio confirmemus. Iſmaelita quidam qui ei pugnæ interfuerat, ad Imperatorem profugus, per ſuam religionem iurauit, ſe 200. argenti ſtateres pollinctoribus numeraſſe, vt cadauera ex ſuo duntaxat horto efferrent, Alemanni verò Iconio potiti, vrbem ingredi noluerunt, ſed in tectis ſuburbij fixis tabernaculis, nec vlla re alia, niſi ad vitam tuendam neceſſarijs, inde ablata, cœptum iter ſunt proſecuti. In hac expeditione ferunt Alemannum quendam corpore ingenti, & robore inuicto prææditum, populares ſuos longo interuallo ſecutum, pedetentim inceſsiſſe, equum trahentem ex itinere fatigatum: Iſmaelitas verò circiter 50. viros fortiſsimos, ſuis ſtationibus euagatos, illum vndiq; ſagittis petijſſe: Cæterùm eum lato ſcuto tectum, & firmitate thoracis fretum, alacrem perrexiſſe, nihilo magis barbarorum telis commotum quàm ſi rupes eſſet: Vnum autem cæteris iactantiorem, abiecto inutili arcu, longum enſem ſtrinxiſſe, & concitato equo comminus illum vt promontorium, aut æream columnam gladio percuſsiſſe: Alemannum verò gladio, qui heroicam dextram deceret, ambos anteriores pedes hoſtilis equi tanquam fœnum amputaſſe, qui cum in genua prolapſus, nihilominus ſeſſorem in ſella ſuſtineret, enſem in medium Perſæ caput ita impegiſſe, vt equire in duas partes diſſecto, etiam iumenti tergum, ſella quoque diſſecta, vulneraret. Eoq; ſpectaculo Perſas attonitos, non amplius eſſe auſos vnum eum laceſſere, qui nihil accelerato itinere pedetentim veſperi in caſtra ſuorum peruenerint. Aiunt Iſmaelitas, veritos ne Rex in dirione ipſorum, vt quos deuiciſſet, moraretur, ſimulatione benignitatis eum ſibi placare voluiſſe. Eum verò procerum filijs obſidibus acceptis, & plurimis itinerum ducibus aſſumptis, ita fines eorum ſuperaſſe. Paulo verò pòſt, cum

Friderici pugna ad Iconium.

Alemannicus heros L Turcis reſiſtit.

Armeniæ fines attigiſſet, non paucos ex ijs obtruncaſſe, cæteros domum remiſiſſe. Ab Armenijs honorificè ſuſceptus, & dies complures ibi commoratus, Antiochiam ire in animo habuit, augeſcente in dies eius gloria, & nomine illuſtrato, tum ob prudentiam, tum propter inuictū exercitum, nullo hoſte occurrente. Cū autē ad fluuium quendā perueniſſet (ô inſperatos & inopinatos caſus, vel potius inexplorata hominibus Dei iudicia) vorticibus aquarum ſuffocatur, vir honeſta & perpetua memoria dignus, & iudicio prudentum vel in tali obitu felix, non eo tantum quòd nobili ortus genere, auitum imperium in multas gētes obtinuit: ſed ob illud potius, quod vltra omnes omnium gentium Chriſtianarum principes Chriſti deſiderio flagrans, patria, delicijs regijs, tranquillitate, beata domi ſuperbaq; cum chariſsimis vita deſpectis, cum Chriſtianis Palæſtinæ incolis ærumnas tolerare maluit, & propter Chriſti nomen & vitalis ſepulchri venerationem, exteras terras patriæ prætulit, ab eo inſtituto non tot paraſangis, non tam longinquo & vbiq; difficili itinere, non periculis, quæ à gentibus, per quarum prouincias tranſeundum erat, imminebant, deterritus. Non aquæ penuria, non præfinitus, iſque empticius panis, & alicubi inſidioſus eum ab inſtituto dimouit. Non liberum amplexus cum lachrymis, & extremæ ſalutationes animum eius commouerunt aut effœminarunt, ſed potius inſtar Pauli Apoſtoli, vitam parui æſtimans abijt, non modò vt vinciretur, ſed etiam vt pro Chriſti nomine moreretur. Adeò Apoſtolicus fuit illius viri feruor, & religioſum inſtitutum, nihil eorū ſanctimonia inferius, qui extra communem ſortem poſiti, tota contentione animorum ad vitæ rationem, Euangelicæ celſitudini reſpondentem, feruntur: & totius ætatis curſu eò directo, res humanas pro ſtercoribus deſpexerunt. Ac is quidem, vt mihi perſuaſum eſt, feliciter eſt defunctus. Filius autem eius paterno principatu ſuſcepto: Antiochiam venit, Vnde in vlteriorem Cœleſyriā profectus, Laodiceam ſeditione laborantē, & ad Iſmaelitas inclinantem pacauit. Berytū quoq; nullo labore ſubegit, atque alijs plurimis Syriacis vrbibus, quæ pridem Latinis paruerant, tū verò ad Sarracenos defecerant, potitus, & Tyrū profectus, Acem, quam Iſmaelitæ occuparant, obſedit, & pluribus laboribus pro Chriſti nomine exhauſtis, extremum & ipſe diem ibi clauſit. Exercitus verò reliquus, non conſultum duxit terra domum reuerti, perfidiæ metu earum gentiū, per quas tranſeundum erat. ſed rotundis nauibus popularium ſuorum, quæ Tyrum appulerant, conſcenſis, incolumes ad ſuos redierunt. Hoc tempore non Alemanni duntaxat Sarracenis, qui Palæſtinam occuparant, & Hieroſolyma vaſtarant, arma intulerunt, ſed & Franciæ rex, & bipenniferorum Britannorum princeps, quos nunc Inglinos vocant, plurimis nauibus ex Sicilia & ora Italiæ maritima coactis, & commeatu oneratis, Tyrum petierunt. Nam ea vrbs receptus eorum & quaſi belli arx erat contra Sarracenos, quos cum nec ipſi vrbe ſancta pellere poſſent, infectis rebus domum redierunt. Cæterùm Inglinorum Rex in illo itinere Cyprum occupauit, eiusq; dominum ac potius inhuma-

Friderici ſubmerſio & præclarum elogium.

Friderici quoque filio mortuo, Alemanni rebus infectis domum redeunt.

Francorum & Anglorum expeditio in terram ſanctam.

Angelus capto Iſaacio tyranno, Cyprum Hieroſolymorum regi donat.

inhumanum & implacabilem tyrannum Iſaacium Comnenum principiò in vincula coniecit, & paulo pòſt hominem nefarium inde adductum cuidam ſuo populari pro mancipio donauit. Sed cum in Palæſtinam nanigaret, relicto in Cypro exercitu, inſulam ſibi vendicauit, & nauibus onerarieis eò miſsis, neceſſaria inde afferenda curabat. Ex Palæſtina diſcedens, inſulam pro ſua Hieroſolymitano regi donauit, vt ibi amiſſo regnò habitaret, belli moleſtijs liberatus, & Cypro imperaret, vt à ſe Dominico ſepulchro attributæ, & cum Palæſtinæ finibus coniunctæ, Sed hæc hactenus.

NICETÆ CHONIATÆ LIber tertius de Iſaacij Angeli Imperio.

Iſaacij tres liberi.

ISaacius autem imperator tribus ex priore coniuge liberis ſuſceptis, filiabus duabus, & vno filio: filiam natu maiorem monacham fecit, Ioannizæ ædibus magnis impenſis in muliebre monaſterium mutatis (quod & Xene imperatrix poſt Manuelis mariti obitum inſtituerat) & Deo veluti agnam conſecrauit, alteram Siciliæ regis Tangris filio vxorem miſit, qui poſt Gilielmum regnauit, quem Romanos terra mariq; oppugnaſſe ſuprà narrauimus. Filium verò Alexium in ſpem Imperij educabat, nihil de morte aut iactura poteſtatis adhuc cogitans.

Imaginatio diuturni Imperij.

Pollicebatur enim ſibi abſq; omni dubitatione 32. annos imperij, non ſecus ac ſi diuinam „ voluntatem noſſet, aut ſibi vitæ limites ipſe præ„ſcribere poſſe, quod Deus potentię ſuæ reſeruauit, „ Cæterùm non Branas Alexius & Lydus Theo„dorus duntaxat, inſignia Imperij contra hunc vſurparunt, ſed & alij eius faſtigij titulos ſibi vendicarunt, vt & Alexius quidam, qui cum ſe Manuelis imperatoris filium profiteretur, eam fabulam tanta ſolertia egit, eam perſonam tanta dexteritate repræſentauit, vt & comam eius flaueſcentem & linguæ balbutiem exprimeret.

Pſeudalexij ſeditio.

Natus erat is adoleſcens Conſtantinopoli, & primùm in Mæandrijs vrbibus conſpectus, in oppidulum Armala ſe contulit, & Latino cuidam, in cuius ædibus diuerſabatur, quis eſſet, aperuit. Aiebat (id quod ſuprà expoſuimus) ſe quidem iuſſu Andronici in fundum maris abijciendum fuiſſe, ſed miſericordia miniſtrorum, qui patri ſuo iureiurando obſtricti fuiſſent, eſſe conſeruatum, & cum hoſpite ſuo Iconium profectus, ſenem Sultanum (nondum enim à filio Copatino regno pulſus erat) adit, & vt verus filius Manuelis, non vt impoſtor & erro, alloquitur, ſæpe etiam paterna beneficia exprobrando, immemorem & ingratum vocat & inhumanitatem ei obijcit, quod calamitate amici filij nihil moueretur. Is verò cùm impudentia hominis victus, tum ex lineamentis corporis, apparente patris in eo ſimilitudine, miſericordia motus, eum & muneribus non paucis exhilarat, & ſpe bona fouet. Cum autem aliquando, legato Romano aſtante, & audiente, excellentem ſuam nobilitatem iactaret: Sultanus legatum interrogat, an iſtum Manuelis Imperatoris filium eſſe norit? Qui vbi nihil aliud reſpondit, niſi illum omnino ſubmerſum eſſe, & iſtum res incredibiles ſub falſo defuncti nomine comminiſci, adoleſcens Alexius ira percitus, & bile exæſtuans, parum abfuit quin in legati barbam inuolaret, niſi is & ipſe commotus impetum Pſeudalexij fortiter propulſaſſet, & Sultanus intemperias eius verbis caſtigaſſet. Qui etſi nihilominus crebris adoleſcentis flagitationibus victus, tamen ne tum quidem immenſæ eius petitioni reliquit locum, ſed per Sultanitas duntaxat literas, quas Turci Muſurium vocant, ei conceſſit, vt impunè, quotcunq; Turcas poſſet, ſibi conciliaret. Ille igitur inde digreſſus, ac literis illis apud Turcos oſtenſis, Ameram Arſanem, aliosq; non paucos Romanas prouincias prædari ſolitos contraxit, vt breui tempore cum 8. millibus incederet, ac Mæandrias vrbes partim deditione occuparet, partim reſiſtentes quouis modo vexaret. Halonas tamen inprimis perdidit, vnde Vſthalone, ob crematum id oppidum, cognomentum tulit. Ad hunc adoleſcentem opprimendum multi alij quoq; duces miſsi ſunt: verùm omnes, nullo memorabili facinore edito, infecta re diſcedere cogebantur, metu ſuorum militum, qui ad illum Imperatoris filium & nouitium Imperatorē propenſiores erant, quàm ad obtemperandū Iſaacio. Neque enim vulgo & imperitæ plebi duntaxat, charus atq; in ore erat, & amabilis videbatur, ſed aulicis etiam, qui compertum habebant, Alexiū Manuelis filium iam olim rebus humanis exemptum eſſe, admirationi erat, non quòd verū ignorarent, ſed quia libēter id amplectebantur quod cupiebant. Tandem etiam Imperatoris frater Ale„xius, qui pòſt Imperio potitus eſt, nullam cum eo „ pugnam commiſit, ſed caſtris longiſsimè poſitis, nihil egit aliud, niſi vt loca nondum ab eo occupata in officio contineret, ne ad rediuiuum illum Alexiū deficerent.

Pſeudalexij interitus.

Cæterùm dubijs adhuc rebus, dum & ſeditioſi opes augentur, & Sebaſtocrator colligendo exercitu occupatur: Deus ciuile bellum noua ratione, quam ipſe ſolus nouit, vno momento diſſoluit. Nam cum Pſeudalexius Harmala reuerſus, poſt largiorem compotationem dormiret, à ſacerdote quodam, ſuo gladio iugulatur. Cuius caput Sebaſtocrator comtemplatus, & flauis crinibus equeſtri flagello diſcuſsis, Non omnino ſine cauſa, inquit, vrbes hunc hominem ſecutæ ſunt. Ac is quidem ſuorum ſcelerum has pœnas dedit, tum quod Perſas contra Romanos incitauit, & ex his ipſis quotquot ad eum confluxerant, popularium ſuorum ſanguine contaminauit, tum quòd homo deteſtandus Chonis meis celebre templum Michaelis archiducis cœleſtium copiarum violauit.

Templorum expilatoris pœna.

Perſis in ſanctiſsimum Dei tabernaculum introductis, nec ſpectare dubitauit pernicies humani generis, Chriſti & ſanctorum imagines calculis varij coloris expreſſas, aboleri, & ſacros poſtes ſecuribus & celtibus reuelli, & ſacroſanctam menſam profanari, & humi abijci.

Alterius Pſeudalexij interitus, & crebræ ſeditiones.

Non multis diebus pòſt, alius qui eundem appellationem, eundemq; patrem ſibi vendicabat, in Paphlagonia extitit, & quaſdam prouincias attraxit. Sed eum Sebaſtus Theodorus Chonnus, Chartularius equitum, & prælio vicit, & captum occidit. Poſt hæc Baſilius Chozas, Tarſiæ, quæ Nicomediæ vicina eſt, tyrannidem occupauit, quam cum aliquandiu tenuiſſet, captus effoſsis

oculis

oculis in cuſtodiam datur. Denique ſubinde alij
„ atque alij, penè innumeri, non ſecus ac terrigenæ
„ illi fratres, regno affectato, perinde atque bullæ
„ inanes euanuerunt. Nam & Comnenus Iſaacius, imperatoris Andronici ex fratre nepos, cuſtodia elapſus, & magnum templum ingreſſus, plebem concitare inſtituit. Sed comprehenſus, & grauiter excruciatus, vt conſcios nominaret, inteſtinis corruptis poſtridie interijt. Eſt & Conſtantinus Taticius, homo factioſus, qui clàm in vrbe 500. ſicarios diu aluerat, delatus, & paulò pòſt captus, oculos amiſit. Ob idem crimen Racendyta quidam Comnenij generis, ſtatim comprehenſus, eaſdem pœnas luit. Frequentium illarum ſeditionum cauſa erat, cùm quod Iſaacius imperium ſegniter adminiſtrabat, planè perſuaſus, ſe id & accepiſſe diuinitùs, & à ſolo Deo cuſtodiri, tũ quod homines ambitioſi videbant, quanta facilitate rerum potitus eſſet. Vnde pleriq; inſano conſilio, modò vellent, ſe imperium citra dimicationem armotum occupaturos putabant, eam ingreſſi viam quam ſuo exemplo demõſtrarat Iſaacius: qui cum pridie occiſo Hagiochriſtophorita ſupplex in templum confugiſſet, poſtridie regnare cœpiſſet, peruerſo vtique iudicio, proptereaq; aduerſo euentu. Non enim purpuram, ſed duplicem ignominiam conſequebantur, aliqui etiam occidebantur. Non enim ſolet Deus eadem ſubinde ratione res humanas gubernare, ſed ad varietatem adminiſtrationis vniuerſi declarandam, regna & principatus aliter atque aliter transferre, ne minutiſsimis quidem rebus à ſua cura excluſis. Pharaonem cum equitatu in fundo maris demerſit, alium per formoſam mulierem iugulat, alium ab hoſtibus occidi ſinit. Eſt & qui ex mentis errore pro mortuo habitus, atq; obliuioni traditus, palatio cum deriſu effertur & ſepelitur. Vnde obſcura voce clamans, & lucem deſiderans, non imperium expetens, nihilominus vt vir peſſimus rectè peſſumire & interire ſinitur. Multi leni morte extincti, velut oculis ſomno clauſis hinc demigrãt. Sunt qui per hinnitum equi ad regnum aſcenderint. Alius ab aratro & ſulco ad purpuram eſt vocatus, alius adoleſcens opilio diuinitùs in regem vngitur. Sed quorſum attinet commemorare ſingula, quæ prouidentia in vitæ humanæ ratione pro vtilitate cuiuſq; varijs modis mutat & transfert? Cæterùm hic Imperator pronus ad iram, & magna de ſemetipſo perſuaſione imbutus, non tantum leui de cauſa, ſed etiam ex inani ſuſpitione, & aliquando aliorum impulſu, multos malè tractauit. Nam & Andronicum Comnenum (erat is Alexij filius, nati ex Bryennio Cæſare & Anna filia Alexij, primi ex Comnenia familia Imperatoris) qui Theſſalonicæ præerat, delatum à quodam quaſi regnum affectaret, eaq; de re cum Alexio notho filio Manuelis, pridem Sebaſtocratore, tum Dramæ degente, ſermones conferre, ſtatim comprehendendum cenſet. Ij verò quibus id mandatum erat, cum in Andronicum ad Imperatorem aſcendentem incidiſſent, mandata neglexerunt, feram vltrò Conſtantinopolim tanquam decipulam ingredientem, & ad eum venientem, à quo captaretur, non terrendam eſſe rati. Qui cum in Iſaacij conſpectum veniſſet, ſtatim perfidiæ inſimulatur. Eo crimen id negante, ſpecies quædam iudicij inſtituitur: ſed deinde indicta cauſa comprehenſus Andronicus in carcerem conijcitur, & paulò pòſt excæcatur. Alexius verò qui ei conſcius eſſe dicebatur, in monaſterium quoddam Papycij montis, nobis id miniſterium exequentibus, abſtruditur. De quo cum multa dicere poſſem, pauca duntaxat attingam. Non erat ille procerus duntaxat, & fortis, & cordatiſſimus, vultu patrem planè referens, robuſtis manibus & latis humeris, ſed etiam humaniſsimus & acceſſu facillimus. Quas ob res ærumnoſus ille Andronicus, filiam ei ſuam Irenem deſponderat, nec ab inceſtis nuptijs abhorrens, modo Alexium intima familiaritate ſibi coniungeret. Vnde factum eſt, vt pluris eum faceret, quàm pridem filios ſuos, & imperij ſucceſſorem relinquere in animo haberet, ſed pòſt mutato conſilio filium Ioannem ei prætulit, ſuiſq; familiaribus dixit, Imperium diuino conſilio non ab A in A, ſed in I potius tranſiturum. Ea ſententia mutata, vnà etiam ardorem amoris erga Alexium immutauit. Neq; enim vt prius amabatur, neq; vbiq; Imperatoris lateri adhærebat, ſed vt chariſsimæ filiæ maritus, tantum honore quodam afficiebatur. Verùm aliquanto pòſt, & hunc lumine priuauit, cuius pœnæ cauſam antè diximus. Deinde ab Imperatore Iſaacio reuocatus, & pro Sebaſtocratore Cæſar deſignatus, palatium, quantum potuit, vitauit, priuatæq; vitæ ſe dedidit. Sed ne ſic quidã moleſtias effugit. Tum verò rebus in peius ruentibus, cum ei capillus detondendus eſſet, non panem, ſpongiam & citharam petijt, vt olim quidam fecit, fortunæ iniquitatem expertus: panem, vt corpus diuturna fame exhauſtum recrearet, citharam, vt mala ſua deploraret, ſpongiam, vt lachrymas abſtergeret: ſed caſus illos æquo tulit animo, nihil de Prouidentia queſtus, neque Fortunæ leuitatem & varietatem in rebus humanis permiſcendis inſectatus. Bonorum verò ſuorum ereptionem perinde æſtimauit, vt alius poſſeſsionem. Sed cum Drama, vbi eum cæperamus, Moſynopolim profecti, Papycium montem aſcenſuri eſſemus, vt monaſticis cæremonijs eum initiaremus, tum, vt fert natura humana, triſtior ſolito apparuit, nec id quo animus angebatur, diſsimulare potuit. Me verò vrgente, & ſubitæ mutationis cauſam rogitante: Non habitum, inquit, vir amiciſſime horreo (quid enim veſtis mutatio periculi habeat?) ſed promiſsiones quas ſecum fert habitus, reformido, & illud, quòd ad cœleſte regnum nullo modo aptus eſt is qui manum aratro ſemel admotam per inſaniam retraxerit. His & „
alijs id genus dictis (vt erat homo facundus, & in ſacris literis verſatus) Chriſtianum pallium inuitus induit, & precibus quæ ſuper eo peragebantur, ne ſummis quidem auribus admiſsis, tantum radi ſe, & Athanaſium appellari paſſus eſt. Illud ſanè admirari queas, nec fortuitò accidiſſe ducas, quòd ex omnibus Papycij montis cellis eam delegit, in qua Protoſtrator Alexius à Manuele nulla probabili de cauſa (vt alibi diximus) ſed tantum ob ampliſsimas opes & ſingularem prudentiam, & in rebus gerendis dexteritatem captus, mundanum capillum poſuerat. „
Nam in fatis erat ſcilicet, vt paterna delicta „
in filium redundarent, eumque, vt prouerbio dicitur,

Prouidentia aliter alijs rationibus ad destinatum finem perducit.

Darius.

Andronici Comneni excæcatio.

Alexij Comneni coactus monachatus, & fortunæ varietas.

Patris delictum luit filius.

» dicitur, ſtupor dentium ob acerbas vuas à patre guſtatas, inuaderet.

Iſaacij inconſtantia.

Cæterùm trimeſtri tempore nondum elapſo, Imperator eo inde reuocato, ſe » ea quæ faceret, nulla cum ratione facere, & Eu- » ripo inconſtantiorem eſſe declarauit. Nam Alexium menſæ ſuæ adhibitum, ſubinde carnibus vt Agamemnon Aiacem honorauit, crebrò vt ſine verecundia cibis appoſitis frueretur, hortās.

Conſtantini Aſpietæ excæcatio.

Neque verò Alexium & Andronicum duntaxat ſic tractauit Iſaacius, ſed & Conſtantinum Aſpietam, ob exercitum, cui bello Blachico præerat, » his verbis defenſum: Non poſſe milites cũ duo- » bus grauiſsimis hoſtibus Blachis, & fame dimicare, ſed annua ſtipendia eis perſoluenda eſſe: ſtatim dignitate priuari & excæcati iuſsit, non moderatus iracundię ſuæ, quòd illum per ſpeciem defenſionis concitare milites ſuſpicabatur.

Andronici Comneni filij excæcatio.

At Comneni Andronici filius, de quo modò diximus, haud ſcio an vt paternæ defectionis menſuram impleret, an vt patri opem ferret, nõ multo poſt eius excæcationem in maximũ templum ſeſe recipit, inde à cœtu populi (erat autem dies feſtus) ſe ad imperium abripi cupiens. Sed antequam cauſa ingreſſus eius vulgò innoteſceret, pro ſeditioſo comprehenſus excæcatur: & quia eorum exemplis, qui rem eam fruſtra tentarant, non (vt decuerat) factus erat cautior, ſuo exemplo cæteros omnes à ſimili conatu deterruit.

Iſaacij clades in Blachica expeditione.

Vt autem res Occidentis ſubinde in peius ruebant, & Blachi cum Comanis Romanas prouincias ferro & igni vaſtabant: Imperator iterùm egreſſus, Anchialo præterita, per ambages Hæmum montem adit. Sed cùm nihil ſua præſentia dignum gerere poſſet, bimeſtri tempore eam expeditionem circumſcripſit. Nam caſtella & oppida, nouis mœnibus & turribus adornata, longè munitiora reperit, & propugnatores eorum inſtar ceruorum alta petentes, nec aliter quàm capras in rupibus ſaltantes, pugnam ſtatariam detrectabant. Et quia Scytharum quoque incurſionem timebat (tempus enim id ad traijciendum non erat incommodum) non diu ibi morati licuit. Cùm autem non ea via qua venerat, rediturus, aliam breuiorem conſectaretur, quæ per amœnas conualles Berroen ferret: & maiorem exercitus partem amiſit, & ipſe (niſi diuina ope conſeruatus eſſet) perijſſet. Nam cum ea via, quæ alicubi panderetur, & equitationi eſſet idonea, inſedendum fuiſſet, ille in anguſtas fauces & montium cauernas, vbi torrens exiguus præterfluebat, & ſe & excercitũ intruſit. Præcedebat autem Manuel Camyzes Protoſtrator, & Comnenus Iſaacius, Alexij eius qui pòſt imperauit, gener: agmen claudebat Ioannes Ducas Sebaſtocrator, Imperatoris patruus. Mediam phalangem, quam impediméta & ſeruitia extraordinaria præcedebant, ipſe imperator Iſaacius & eius frater Sebaſtocrator Alexius obtinebant. Barbaros verò, ſe ab vtroque anguſtiarum latere oſtendentes, ſatis apparebat, ſemper malè cogitare. Ac antegreſſæ legiones citra dimicationé è faucibus illis euaſerunt, quòd Blachi nondum eò peruenerát: & è re quoque ſua eſſe iudicarant, vt primis neglectis, mediam phalangem, in qua eſſet Imperator, eiuſq; miniſtri, & reliqua nobilitas, aggrederentur, nec opinione ſua ſunt decepti. Nam vt in faucibus illis, fugæ nullũ ſpacium relinquentibus longè proceſſerat, tumultuoſiſsimá pugná cient. Neq; Romanus peditatus ſegnior, ne circumueniretur, in arduum tẽdens, barbaros cum labore & periculo è cacuminibus deſcendentes reprimebat. Sed cum multitudine telorũ & deuolutis ſaxis vrgerẽtur, fugæ ſe paulatim & quaſi diſsimulanter initiò mandarunt, donec barbaris maiori ſubinde ſucceſſu & impetu irruentibus perturbati, effuſe fugerũt, de ſua quiſque tantum ſalute ſolicitus, & velut pecudes in ſtabulo concluſæ, defendente nemine cæduntur. Imperator verò tanquam in medijs caſsibus irretitus, ſæpe quidem irruentes in ſe barbaros propulſare conatus, præterquam quòd nihil profecit, etiam tegumen capitis, quam Caſin vocant, amiſit. Sed cùm multi fortiſsimi viri circa eum conglobati, multa iumenta & nonnullos etiá, vt ferunt, Romanos milites progreſsioni obſtantes occidiſſent, euadẽdi facultatem habuit: & multis interfectis, ſolus vulnerum expers conſeruatus, cum ad antegreſſos perueniſſet, more Dauidico gratias Deo perſoluit, qui caput ſuũ eo prælio obumbraſſet. Ducas verò Sebaſtocrator, cùm ſe progredi non poſſe videret, bonum ducem nactus, quem miles quidam eius Litoboes ex barbarica cohorte pellexerat, alia via ſine vlla noxa eſt elapſus. Imperator cùm per Crenum Berroen perueniſſet, incolumen exercitum qui anteceſſerat, nihil de ſe boni ſperantem reperit. Ferebatur enim vnà cum copijs perijſſe.

Iſaacius Hannonem imitatur: falſam victoriam iactat.

Ad eum aduerſum tumorem abolendum, paucos dies in illis partibus commoratus, in vrbem imperatricem redijt, infauſta fama alio nũcio abolita, quem ipſe Carthaginenſis Hannonis exemplo, de ſua victoria in vrbibus ſpargendum curarat. Cæterùm neque Hanno diuturnũ fructum ex Muſicarum auium cantu percepit, quas à pueris continenter edoctas Hannonem eſſe Deum, alias aliò dimiſerat, vt volucrũ illa cantilena paſsim audiretur. Nam cùm auolaſſent, deſtiterunt canere, Hannonem eſſe Deum: & veterem ſuam cantilenam repetiuerunt, & Imperator victricis famæ gloriolam citò amiſit. Nam interfectorum multitudo vrbes & agros luctu complebat. Vrbem ingreſſus cladis illius dolore nonnihil de ſupercilio remiſit.

Iſaacij inanes magnarum rerum imaginationes.

Nam ante eam expeditionem, Propheticis illis verbis ad ſe accommodatis, putabat, ſe cum lætitia egreſſurum, & cum gaudio ingreſſurum, & montes ac colles præ expectatione ſui hilariter exultaturos, & omnes ſyluæ arbores ramis ſibi applauſuras: pro gramine cupreſſum, & pro rubo myrtum naſci turam. Nam abſurdis de ſemetipſo opinionibus imbutus, ea quæ in animi penetralibus inſederant, proferebat, non ob publica noſtra peccata, & Dei iudicium ab omnibus derelictum, aurem Domini eſſe obturatam, quo minus nos audiret, & populo ſtulto & barbaro nos flagellandos eſſe datos: ſed pœnas dediſſe defectionis, quòd Branam ſecuti eſſent ij qui hoſtibus prædæ fuiſſent. O diabolicas cogitationes & inſpirationes: Si nonnullis Principibus perſuaſum eſt, multa piorum millia ob qualecunque in eos delictũ ſanguinarijs gentibus ouium inſtar ad cædẽ & internecioné dedi. Quis enim lachrymoſus Hieremias ſatis deploret, eos qui

capiuntur, qui occiduntur, qui in longinquas regiones venduntur, eas præſertim, in quibus Chriſti nomen non inuocatur? Neque illa inſolentia contentus, monarchiam de ſe iactabat, & opes gentium, & Palæſtinæ liberationem, & gloriç Libani adeptionem, & Iſmaelitarum vltra Euphratem fluuium profligationem, & barbararũ gentium vndiq; depulſionem. Adijciebat, quos tum duces habiturus eſſet, eos non fore noſtris ſimiles, ſed ſummam potentiam habituros, & diuitias gentium comeſturos, & pinguedinis eorum medullas exhauſturos, Regibus & Toparchis auctoritate & ſplendore ſimiles. In huiuſmodi ineptias impulſus eſt à vanis hominibus, qui noſtra etiam ætate vigent, & veluti tineæ vanitatibus iſtis ingenium eius nouarum rerum auidum ſubibant, & erodebant: aut potius, vt nutrices infantem in cunis collocant, ita illi ipſum ad ſocordiam & ignauiam ſuis fabulis & commentis impellebant: quaſi verò ipſo dormitante, cum fatalis hora inſtaret, regna in eius poteſtatem vltrò caſura eſſent: quemadmodũ veteres Timotheum pinxerunt dormientem, fortuna interim circumeunte, & vrbes in vnũ rete contractas ei tradente.

Timothei Athenienſis rete.

Et quod magis mireris, aſſeuerabat Andronicum Comnenũ, quem ipſe imperio pulſum miſerabiliter trucidãdum curarat, IX. annos in Imperio exacturũ fuiſſe, niſi à Deo propter improbitatem illius ad triennium contracti eſſent: & ſex illius anni tanquam panni purpuræ, ſuo imperio adiecti, quibus nõ omninò clemẽs & moderatus futurus eſſet, neque beneficentiæ rationem vbique habiturus, quippe cum à maleficis annis Andronici ad illius naturam per vim traheretur.

Andronici ſexennium Iſaacio adiunctum.

Quibus verbis an excuſarit Andronicũ, vt maleficis temporibus imperio potitum, & fati neceſsitatem, vt quidam ex Græcis, probarit: a'ijs iudicandum relinquo. Poſtquam verò ſex anni præterierunt, ſuo exemplo demonſtrauit, non annorum circuitu, ſed animorum impulſu nonnullos ea feciſſe quæ voluerunt. Nam cum maiora bona polliceretur, inſecutis annis nihilo clementius tractauit ſubditos. Enimuerò Blachi crebris victorijs elati, & ex Romanorum ſpolijs magnas opes & omnis generis arma conſecuti, deinceps nullo modo cohiberi potuerunt: nec iam villas & agros paſsim populabantur, ſed munitas etiam vrbes inuadebant.

Blachorum et Schytarum graſſationes.

Anchialum quidem vaſtarunt, Barnam ſubegerũt, & Triadizæ, quæ olim Sardica dicebatur, maiorem partem deleuerunt. Stumpio ciues exegerunt. Niſo quoq; non paruam hominum & pecorum prædam abegerunt. Quamobrem Imperator vndique non aliter quàm fauus ab apibus circumuentus, & quibus prius aut poſterius opem ferret dubitans, exercitus inter duces diſtribuit, Barnam inſtaurauit, Anchialum turribus & præſidio firmauit. Quæ quamuis ab Imperatoria prouidentia non abhorrere viderentur, tamen hoſtes denuò ſuperiores fuerunt. Sed & ipſe poſt equinoctium autumnale in Philippicam prouinciam egreſſus, adductis vnà mulieribus, Blachorum & Scytharum incurſiones pro virili prohibebat. Inuaſit & Seruiorum Zupanum, qui maleficijs non abſtinebat, & * Scopia euertebat. Commiſſo ad flumen Morabum prælio, barbari terga dederunt in eaq́ue fuga non pauci aqua & ferro perierunt.

*Seruiorũ Zupanus victus. * ſpeculæ.*

Niſum quoque prætergreſſus, & ad Sauum fluuium profectus, ſocerum ſuum Belam Hungariæ regem adijt, & complures ibi dies commoratus, Philippopolim reuertitur, atq; inde in magnam vrbem redit, declinato Hæmi tranſitu initaq́ue alia ratione Philippopolitanam prouinciam gubernandi, vt hoſtium graſſationibus maximè obnoxiam: Conſtantinum fratrem patruelem cum imperio ablegat, quem claſsis quoque ducem crearat. Qui etſi adhuc adoleſcẽs, tamen quemadmodum leonum catuli à primo ortu ſupercilium, iubam & vnguium aciem oſtendunt: ſic ille ſtatim animi vigorem & iracundiam præ ſe ferens, ira exercitum ad ſui metum & obedientiam aſſuefecit, vt ad nutum & cogitationem paratus, iuſſa eius facilè exequeretur. Naturalem igitur in regendo milite acrimoniam ſecutus, ſi quando ætatis vitio ab officio deerrabat, errata eius legati corrigebant, monentes, ne vltra limites euagaretur. Proinde Blachi magis eum formidarunt quam ipſum Imperatorem ac Petrus & Aſan ſæpe Philippopolitanum & Berroenum agrum populaturi, Conſtantinum non fefellerunt, tergis ſubinde inhærentem, & Phalangem eorum armis laceſſentem: & minus crebras excurſiones fecerunt.

Conſtantinus Angelus repreſſis Blachis affectat imperium et, excæcatur.

Cùm autem Conſtantino ij ſucceſſus ad patriæ & ſubiectarum vrbium ſalutem referendi eſſent, is contrariã viam ſecutus, & paruis illis dimicationibus ob ætatis leuitatem & temeritatem elatus, duces & milites nobiliores & rei bellicæ peritiores ſibi conciliare inſtituit. Quos cùm dicto audientes, & ad iuuandum inſtitutum ſuum paratos inueniſſet, pro ducis habitu Imperatorium ſumit: & ad tyrannidis occupationem declarandam, purpureum calceum induit, ſororiſque maritum magnum Domeſticum Occidentis, Baſilium Batazem, vt ſecum actum ſit, per literas certiorem facit.

Batazes Conſtantinum caſtigat.

Is verò Adrianopoli tum degens, non modò facinus eius non probabat, nec puerilibus eius actis & inſolentibus literis quicquam mouebatur ſed etiam importunam eius ambitionem deridebat. & vt iamiam periturum deplorabat. Idque e veſtigiò eſt conſecutum. Nam cum eo conſilio Philippopoli diſceſsiſſet, vt Adrianopolim profectus, ſororium Batazem vel inuitum in partes ſuas pertraheret, vbi ad Neuzium peruenit (locus is eſt, qui Philippopolitanam & Adrianopolitanam prouinciam diſterminat,) comprehenditur, & Imperatori ab ijs ipſis proditur, à quibus ad defectionem impulſus, & Imperator ſalutatus fuerat.

Militum erga Conſtantinum perfidia & fucata apud Imperatorem excuſatio.

Qui vt ſuum facinus honeſta ſpecie velarent, ad Imperatorem ſcripſerunt. Se non alio conſilio ſeditioſum hominem ſecutos, niſi vt iniquæ temporum conditioni ſeruirent. Vidiſſe enim ſe, tum minimè fuiſſe tutum Conſtantini voluntati refragari, qui omnes duces iracundia vinceret, & enſem ſtatim in eos ſtringeret, qui iuſsis eius non obſecundarent. Id verò quod nunc per occaſionem fecerint, argumentum eſſe ſuæ inuiolatæ erga Imperatorem fidei. Imperator verò etſi leuium virorum artes & fucatas excuſationes non ignorabat, tamen eo facto, quòd è re ſua eſſet, probato, Conſtantinum excęcauit, adiutorum eius nemine apertè

mul-

mulctato. Blachi verò tantum eo Conſtantini caſu exhilarati ſunt, Petrus & Aſan fratres ita exultarunt, quaſi & ſuæ gentis regnum affectaſſet: neque Imperatorem vllum maius beneficium in Blachos conferre potuiſſe diceret, extra ratione Conſtātini: quibus verbis iracundiæ ſuæ blandiebātur, & rem Romanam ſubinde in deterius ruentem ſubſannabant. Iidemq; Angelicæ familiæ diuturnum imperium precabantur: Deumque orabāt, ne vnquam, ſi fieri poſſet, morerentur, aut vnquam priuatam vitam agerēt: cauſam ſubiungebant homines execrabiles, & veluti oraculum edebant, ijs regnantibus. Blachorum regnum magna incrementa capturum, & amplificandum, alienis prouincijs & vrbibus augēdum, principes ex ipſis, & duces è fœmoribus eorum egreſſuros eſſe: haud ſcio vnde & quomodo erudita hæc edocti. Proinde aut ad caſtellum aliquod vaſtandum, aut ad pagos diripiendos, aut ad vrbes euertendas cum phalange Scythica proficiſcebantur: & obuia quæq; populantes, aliàs Philippopolim inuadebant, aliàs Sardicę inſidiabantur, aliàs Adrianopolim petebant. Romani verò ſegnius cum eis pugnabant: quòd ſi quando in aciem deſcendebant, & pugnam inibant, parum nocebant hoſtibus. Ipſe verò Imperator cùm optimę gubernationis curſum inſtituiſſet, inſtar ignaui curſoris nō procul ab ipſis carceribus deſtitit. Neq; enim multos virtutis circulos abſoluit, ſed veluti fatigatus & eneruatus, de contentione honeſti inſtituti plurimum remiſit, ſumma rerum Theodoro Caſtamonitæ auunculo deniq; mandata. Erat is homo rebus gerendis, præſertim vectigalibus recipiendis, aptiſsimus, & probè eruditus. Quare Logothetam ſecretorum eum deſignarat, & illius arbitratu huc atque illuc inſtar mancipij trahebatur, & quicquid ille vellet, agebat, nuſquā ferè iudicio ſuo interpoſito. Sed quia morbo articulari laborabat Caſtamonites, lectica plerumq; à duobus baiulis, vt vini amphoræ ſolent, ad Imperatorē ferebatur: cum quo ea quæ res poſtulabāt collocutus, ac potius Romanas res exiguo precio cauponatus, rurſus efferebatur, ſequente populo, proceribus item & cognatis Imperatoris pheretrum illud comitantibus & non illū, ſed fortunas ſuas deplorantibus. Nihil enim ſine illo conſtituebatur. neq; quiſquam ex principibus. Caſtamonitæ aſsidebat, ſed omnes ſeruili geſtu aſtabant. Eas res Imperator non ægrè ferebat: nec, cum ſuam gloriam ad alium tranſire & diripi regnum videret, quicquam de abſurditate iſta corrigenda cogitabat, ſed omnia, nulla probabili ratione adductus, approbabat. Denique etiam purpureas phaleras ei, quāquam ex ſacro cœtu eſſet, & ſimile pallium in equitando, eundemque colorem in ſubſcribendis publicis libellis & literis conceſsit. Ita res ad inuſitatum morem deuolutæ, naturæ ſuæ repugnarunt: donec morbus hominum miſertus, affluxu noxiorum humorum articulos eius eliſit, & rationis etiam arcem inuaſit XV. die menſis Auguſti cum faſtu & frequentiſsimo comitatu per forum in Pantanaſſæ templum ad feſtum aſſumptionis Dei genitricis celebrandum, incedens: primùm Dominus & Imperator audiuit (nam eum quoque titulum adulatores & potentiorum aſſentatores vſurpabant) & tùm primùm cordatiorum iudicio ad epilepſiam inclinare viſus eſt, ob eius appellationis inſolentiam. Sed & quidam Beli iudex (cuius nomen de induſtria prætereo) veſte laxata ſutas Logothetæ cingulo ſuo conſtringebat, vt obſtaret, quo minus humores ſurſum ferrentur. Sed is ne ſic quidem à delirio liberabatur: & ille ab omnibus, cùm ob fluxam veſtem, tum propter animi facilitatem ridebatur. Etſi autem tum nonnihil ab acerbitate doloris reſpirauit, rurſus tamen in idem malum incidit, & poſt dies aliquot expirauit, etiam alioqui corpore morbido, & ex morbis circa ſedem fiſtulis excauatus. Enimuerò turpitudo cum pulchritudine comparata, magis eluceſcit. Nam Caſtamonita mortuo, Imperatoris beneuolentia in adoleſcentulum quendam, cui adhuc literatore & tabella erat opus, transfertur. Eo quoque extincto, paruus puer, qui non ita pridem à calamo & atramento diſceſſerat, ſummam rerum adminiſtrabat: nec Imperatorem duntaxat ſuo arbitratu, vt maximum cetum minutiſsimus piſcis qui Propompus dicitur, traducebat & circumferebat: ſed militares etiam catalogos tractabat, non ſecus ac ſi à cunabulis ad maximarum rerum adminiſtrationem eſſet enutritus, aut rerum humanarum ſcientiam ante natalem ſuum habuiſſet: quemadmodum Sibyllam ſimulac è materna aluo prodierit, de fabrica vniuerſitatis rerum diſſeruiſſe ferunt. Igitur is quoque auctoritatem longe maiorem quàm Caſtamonita conſecutus, vt erat in pleriſque rebus acutus, & in tractandis negotijs dexter, Imperatori, quicquid erat libitum. probabat: & ſummum ab eo atque incomparabile bonum iudicabatur, non abſimilis apiculæ aut culici, aurem leonis circumſonanti, aut atro pumilioni maximum terræ pōdus elephantum gubernanti: aut tenui funiculo camelum naſo trahenti: aut potius denſis ſordibus aures Imperatoris, ne quid aliud audirent, obſtruentibus, aut anguſtæ portæ & arcto tramiti ad palatium ducenti. Nam lati olim aditus, penitus obſtructi fuere, per quos qui intrare conabantur, planè fatuis illis virginibus erant ſimiles, quòd nemo erat qui ibi pulſantibus aperiret. Si quis verò per rimas foriium ijs cernebatur, qui pulſare non deſiſtebant, nullum tamen aliud reſponſum accipiebant, niſi vt exiguam & obliquam portulam adirent: ac ne ibi quidem patebat ingreſſus, niſi muneribus aperiretur, etiamſi veſtis vendenda eſſet. Vt autem ſenex iſte puer plurimum ab Imperatore diligeretur, & ſolus ei eſſet inſtar omnium: id tum ſophiſtico & faceto ac prompto ingenio, tū animo occulto & obſcuro conſequebatur, quod hirſuta ſupercilia & iuxta naſum nullo interſtitio diſtincta arguebant. Sed maximè illud ei commodabat, quòd munera ſibi ab alijs oblata Imperatori reſtituebat. Erat etiam adeò mercatorio ingenio, tam inexplebili accipiendi ſame flagrabat, vt non aurum & veſtes duntaxat acciperet, ſed & alia minuta, vſq; ad pepones, & cætera eſculenta, & omnis generis poma. Sed ad inſtitutum redeundum eſt, & multa ex paucis, vt Imperator in vrbe ſe geſſerit, explicanda. Erat igitur in victu ſumptuoſiſsimus, & de ferculis diſtribuebat ijs, qui menſæ

Blachi Constantini interitu læti, Romanos deridens.

Isaacius instadio virtutis facilè defatigatus.

Theodori Castamonitæ potentia & interitus.

Pueri duo Imperatoris, Imperatores.

Isaacij luxus & ineptiæ.

aſtabant. Menſam omnino Salomoniam aut Sybariticam habebat, & nouis vt ille veſtibus quotidie vtebatur: nec erat eius conuiuium aliud, quàm collis pauum, ſaltus ferarũ, piſcium mare, viui Oceanus: alternis diebus lauacris ſe reficiebat. paſtillis & vnguentis omnis generis delibutus, inſtar pauonis ſuperbi ſe oſtentabat: & vt ſponſus è thalamo, aut, vt Sol ab Oriente, ita ipſe è palatio quotidie prodibat. Gaudêbat facetijs & mollibus cantilenis, morionibus, ſcurris, hiſtrionibus, paraſitis. mimis, cantoribus palatij fores patebant, cum quibus rebus & hominibus vtique Bacchi & Veneris intemperantia coniungitur, cæteraque bonum ſani Imperij ſtatum corrumpere ſolita. Cum aliquando in cœna ſibi allia afferri iuſsiſſet, mimorum illius ætatis feſtiuiſsimus, cognomento Calibures, conſpecto cœtu mulierum qui ancillis & cognatis Imperatoris conſtabat: Cognoſcamus prius has, inquit, Imperator, deinde alias adduci iubeto, quod dictum cum omnes & viri & mulieres riſu excepiſſent: ille colore mutato, & vix repreſſa iracundia, morionis licentiam minis caſtigauit. Loca & ſitu & temperie aëris amœna conſectabatur, & ex interuallis in vrbem redibat, & vt Phœnix auis non ſemper conſpiciebatur. In primis verò immenſis ſubſtructionibus delectabatur, & furore quodam ad ea ruebat, quæ deſiderabat, officio in plerìſque neglecto. In vtroque palatio balnea & conclauia ſplendidiſsima, & in Propontide ſumptuoſas ædes ædificauit & inſulas paruas mari aggeribus expleto excitauit. Cùm turrim in Blachernio palatio, cùm munitionis, vt aiebat, tum ſuæ habitationis cauſa extruere ſtatuiſſet & vetera fana, quæ in littore neglecta ſtabant, & multas illuſtres vrbis domos demolitus eſt, quarum fundamenta nunc quoque vix ſine lachrymis ſpectari queunt. ſplendidiſsimum generalis ædificium, quod totum latere coctili conſtabat, ſolo æquauit: & præter alia multa, inclytam Manganiam domum deſtruxit: neque operis elegantiam & magnitudinem veritus, neque victorem martyrem, cui ea dedicata erat reueritus. Aedem D. Michaëlis, cœleſtium copiarum archiducis, in portu ſitam, inſtauraturus, ſi qua in palatio marmorea tabula ſplendore & guttarum varietate illuſtris vel pauimentum tegebat, vel parietes ornabat, eo transferendam curauit. Sed & archangeli pictas & fictas imagines, vel in vrbe, vel alijs locis præſidij cauſa dedicatas, vetuſtæ & admirandæ manus opera, in idem templũ congregabat. Summũ etiam ſtudium adhibuit, vt Monembaſia transferret Chriſtum, qui in cruce trahitur, opus admirabili arte & elegantia. quod cruciatus Domini & Seruatoris noſtri euidentiſsimè repræſentat, nec conquieuit prius quàm eam imaginẽ dolo abſtuliſſet: nam apertè citra periculum id conari haud potuiſſet. Aereas portas latas & altiſsimas, quæ olim magnũ palatium claudebant, & noſtra ætate carcerem, qui inde Chalce dicitur muniebãt, eodem tranſtulit. Celebrem aulę ędem. quod nouum monaſteriũ dicitur, omni ſacro ornatu, vaſis omnibus ſpoliauit. Acq; his rebus gloriabatur & efferebatur magis, quàm quiſquam alius mirabilia opera laudi ſibi duceret. Nam cũ vmbram imagini præferret, ſubtractionem pro additione. & tranſpoſitionem pro appoſitione habebat, quamuis ea nullum beneficentiæ ſimulachrum paruam aut nullã religionis ſpeciem haberet. Neq; verò Deum iraſci, ſed potius gaudere, ſi aliud templum priſtino ſplẽdore priuatum, volucribus nidos, & erinaceis foueas præberet: aliud verò inſtauratũ, peregrinis donarijs & alienis ornamentis ſplendeſceret. Ea quoq; fuit audacia (ne quid dicam grauius) vt ſacra vaſa profanaret, & templis auulſa, menſis ſuis adhiberet. In comeſſationibus quoque ex gemmis precioſis & ſolido auro, calicum inſtar facta donaria, quæ ſupra Imperatorum monimenta pendebãt, manibus verſabat, & peluibus inſuperabilis elegantiæ, quibus ſe Leuitæ & ſacerdotes, cum ſacra myſteria tractãt, mundare ſolent, pro malluuijs vtebatur. Auferebat particulas de venerandis crucibus, item ornatum maximi precij de immortalibus Chriſti oraculis, ijſq; pro monilibus & torquibus vtebatur: ipſos verò codices alijs imperatoris ſtolis quæ nihil haberent admirationis, inuoluebat, & grauiter ſuccenſebat ijs à quibus monebatur. ea facta non expedire religioſo Imperatori, qui pietatem à maioribus accepiſſet, nec aliud eſſe quàm ſacrilegium, eoſq; vt manifeſtè deliros & honeſtatis ignaros arguebat. Licere enim Imperatoribus omnia: & inter Deum & Regem, quod ad terrenarum rerũ gubernationem attineret, nõ eam eſſe repugnantiam, quæ ſit inter negationem & affirmationem, contendebat. Ac vt probaret ſcilicet. ſe eo nomine non eſſe reprehendendum: primi & ſummi inter Chriſtianos Imperatoris Conſtantini exemplũ adducebat, qui alterũ clauũm, quibus glorioſus Dominus ligno maledictionis fuit affixus, freno equi inſeruerit. alterũ galeæ infixerit. Sed cauſam de induſtria diſsimulabat, cur Chriſtianę religionis princeps, eiuſmodi rebus ſe ornarit. vt videlicet gentilibus oſtenderet, prædicationem crucis eſſe diuinam potẽtiam, quam ipſi vt dementiã aſpernabantur. Argenteam monetã adulterauit. neq; pecuniã planè citra reprehenſionem collegit: publicorum vectigaliũ exactiones auxit, quibus ad luxũ eſt abuſus: magiſtratus, vt circũforanei poma, venales habuit, eoſq; non nunquã Apoſtolico more ſine ſacco & crumena in prouincias ablegabat, quos æquitatis rationẽ aliquam habere, nec auro decipi, nec quicquid collegiſſent, domi abſtrudere norat, ſed quod fiſco deberetur, bona fide pẽdere. Tamen liberalitate in templa & monaſteria ſuperiores Imperatores omnes ſuperauit. Nam tempore ruinoſa ſuffulſit, vetuſtate deformata incruſtationibus & picturis illuſtrauit. Dei genitricem tanta veneratione coluit. vt ad eius imagines animo penè linqueretur: ideoque plurimas auro & gẽmis ornatas in ijs fanis adorandi cauſa dedicauit, vbi frequentiſsimus erat piorum hominum concurſus. Domum Iſaacij Sebaſtocratoris in ardua parte Sophiani portus ſitam, in Pandocheum transformauit, vbi centum viri cibum capere, totidem lectis cubare, & totidem equi ſtabulari poſſent. Et qui eò veniebant, ſine pecunia diebus complutibus paſcebantur. Regias ædes quas Andronicus ad ædem S. Quadraginta ſtruxerat, in Noſocomium mutauit.

Calibures ſcurra.

Iſaacius regaliter inſaniẽs diruit, ædificat, mutat, quadrata rotundis.

Iſaaci ſacrilegia & auaritia.

Iſaacius quærit vt abſumat, abſumpta requirere certat. Sic ipſe vitijs ſunt alimenta vices.

Rede.

Redemit & domum quæ Magni Drungarij dicitur, à poſſeſſore: & in ea quoque malè habentes refocillandos curauit, nulla re negata, quæ ſanationem eorum iuuare poſſet. Cùm vrbis pars Septentrionalis conflagraſſet, eos qui vel ædium vel bonorum iacturam fecerant, diſtributione pecuniæ ſubleuauit. Imperio potitus, v. auri centenarios ciuibus diuiſit. Magna hebdomade, qua ſupplicij, quod Deus & homo pro nobis ſubijt, memoria colitur, viduas eleemoſynis, paupercu las virgines dote & ſumptu nuptiarum iuuabat. Neq; verò ſingulos duntaxat homines, domos, familias, munificentia ſua recreabat, ſed interdũ vrbibus integris tributum remittebat. Vt paucis complectar, ita propẽſus erat ad miſericordiam, beneficentiam, & inopum ſubleuationem, vt quicquid vndecunque per vim & iniuriam partum acceperat, id rurſus vtraque manu effunderet. Eaq; de cauſa etſi pecunia à pauperibus exigebatur, in eo errore verſabatur, vt ſe non peccare perſuaſum haberet, quòd hoc modo ijſdem reſtitueretur. Nam immenſi ſumptus efficiebãt, vt in prouincias mitteret homines corruptos, qui magiſtratus auctionarentur. Quæ cauſa erat, vt Reſpublica peſſum iret. Nam pecunia per vim & fraudem quæſita, etiam bene partam vnà corrumpit & abſumit. Quamuis autem pronus in iram eſſet, tamen nec à clementia erat alienus, & ſæuitiam ſubinde moderabatur, & placabilitate hominum ærumnas ſubleuabat. Quæ, aliaque à nobis prætermiſſa cùm faceret, ſe palmæ inſtar ad flumen ſitæ florere, & Imperio ſolidius infixum eſſe quàm ſolem cœlo arbitrabatur, & vt altam cedrum Libani in longas ætates duraturum. Idem & alius iudicaſſet, qui optimã partem elegiſſet & dilexiſſet, nec mundana duntaxat curaſſet, ſed & futurum ſeculũ quotidie præ oculis habuiſſet. Nam bonũ & malum in vniuſcuiuſque poteſtate & iudicio ſitum eſt, vt id deligat & agat, quod Deo gratum eſt. Quod qui facit, in multos annos durabit: quemadmodũ contrà, improborum vitam breuem fore dicimus: Prophetæ auctoritatem ſecuti, qui viros ſanguinarios & doloſos ad dimidium dierum ſuorum peruenturos eſſe negat. Deus verò non ita ſtatuit. Quis verò nouit mentem Domini, aut ab eo in conſilium eſt adhibitus? Cæterùm cum eum ab Imperio remotum eſſet, animũ eius ad res præclaras atque optimas excitauit, vt eo etiam amiſſo, pleriſque charus & optatus eſſet. Nam cum Blachorum cum Scythis incurſiones & latrocinia ferre non poſſet, atque animo percelleretur, quòd Alexius Guido Orientalium, & Batazes Baſilius Occidentalium legionum dux, prope Arcadiopolim cũ hoſtibus congreſsi, non modò rem malè geſsiſſent, verum etiam Guido amiſſa maiore exercitus parte effuſe fugiſſet, alter verò vnà cum ſuis copijs perijſſet: denuò ſuo ductu ſuiſq; auſpicijs arma hoſtibus inferre ſtatuit. Colliguntur & conſcribuntur vbique Romanæ legiones, neq; parua auxilia conducuntur. Implorat & ſoceri ſui Hungariæ regis opem, & facilè impetrat, vt is ſe per Bidynam auxiliares turmas miſſurum polliceatur. Igitur iuſto exercitu munitus, depromptis auri XV. & argenti amplius LX. centenarijs, cæteriſq; rebus idoneis inſtructus, omnibus negotijs ſuis Deo permiſsis, menſe Martio vrbem egreditur, animo contra Barbaros intẽto & obfirmato: reditus verò nõ alio termino præfixo, niſi vbi ea cõfeciſſet, propter quæ expeditionem inſtituiſſet, quòd ſi proſper eſſet euentus, eũ Deo ſe acceptum laturum: ſin aduerſus (quem deprecaretur) & hunc illius iudició permittẽdum, qui ſortem iuſtorum diutius virga peccatorum cædi vellet. Quo animo & conſilio cùm ad ſummum diſcrimen pergeret, Dei manus & poteſtas adhuc excelſa erat, neque numinis ira placata: vt euentus docuit. Blachis victoriam cõtra nos adeptis.

Iſaacij falſa ſpes & Blachica expeditio.

Cùm autem Imperatoris oculi acerbos hoſtes ſpectarent, & cogitatio longè remota proſequeretur: non videbat eum à quo Imperio pellendus erat, propè aſtantem, & ſumma animi conſenſione per omnia coniunctum, & domeſticum offenſaculum vt planè innoxium tranſiliebat. Neque id eſt mirandum. Quoniam mortales vitia iuxta virtutes in propinquo, & in eadem propè ſtirpe naſcentia, cernere aut nolumus, aut nequimus. Vt non dicam, natura nobis quodammodo charitatem erga res noſtras eſſe inſitam, qua deuincti & remolleſcentes, malis affectibus & actionibus tàm noſtris quàm chariſsimorum ſegnius reſiſtamus. Quo fit, vt veluti ſurdis auribus eorum verba prætereamus, qui noſtrorum improba facta commemorãt. Sic Iſaacius quoq; cum è plurimis audiret, fratrem Alexiũ ſuæ & vitæ & Imperio inſidiari, & clandeſtinum odium beneuolentiæ prætextu diſsimulare, ac plures eſſe Alexij quàm Iſaacij amantes: verba illa pro nugis aſpernabatur, nõ adhibito iudicio, vt lapide Herculeo ad adulterina fratris acta depreheudenda. Imò aſper in delatores erat, quaſi charitatem ſuã erga fratrem indelebilem & firmiſsimis nixam radicibus, abolere atq; excindere vellẽt, quem ſolum omnium vaſtator Andronicus nõ læſiſſet.

Iſaacius fruſtra monetur de fratris inſidijs.

Igitur ad Radeſtum maritimam vrbem profectus, maximum & nomini ſuo reſpondẽs reſurrectionis feſtum celebrat, & paſcha myſticum immolat & comedit: ibique Baſilacium conuenit, inuſitatæ vitæ hominem, eamq; opinionem apud omnes conſecutum, quaſi futura præuideret atq; prædiceret. Vnde maxima hominum frequẽtia ad eũ, vt olim ad Hannonis & Amphiarai oraculũ confluebat. Cæterùm nihil veri & perſpicui de rebus futuris loquebatur, ſed verba cõfuſa, inter ſe diſſidẽria & perplexa fundebat: & quamuis ſæpè ridicula qœdã admiſceret, tamen turbam paſtorum, agricolarũ & remigũ ad ſe attrahebat. Nam mulierum ad ſe veniẽtium mammis exploratis, & talis contrectatis, obſcura promebat oracula, & ad pleraſq; quæſtiones nihil reſpondebat, & ſuas diuinationes diſcurſationibus & inſanis geſtibus peragebat. Aſtabant ei quoque cognatæ auiculæ væcordes & inſanæ, quæ conſultoribus explicabant, qui d illi Baſilacij geſtus rerum futurarum deſignarent, & taciturnitatem vt ſapientem orationem interpretebantur. Is igitur homo, vt dixi, vates vulgo habebatur, & futura prædicere putabatur, à mulierculis prẹſertim, quibus turpes quæſtiones, & deformes veſtiũ implexiones pro ludo & ioco, cordi erant. Cordatis verò hominibus ineptus hiſtrio & væcors ſilicernium videbatur. Erant etiam qui eum Pythonico ſpiritũ

Baſilacius fatuus vates Iſaacio excæcationem denunciat.

ritu eſſe prædítum haud abſurdè coniectarent: quorum ego iudicijs maximè aſſentior. Imperatorem, neq; vt tanta potentia præditum excepit, neque ſalutationi eius, quæ erat, Salue pater Baſilaci, reſpondit: neque tacito nutu capitis gratias egit: ſed huc atque illuc inſtar pulli equini aut hominis furioſi ſaltans, accedentibus maledixit, Conſtantino Meſopotamitano in primis, qui tum Iſaacio familiariſsimus erat, nec ipſi denique Imperatori parcens, vix tandem inquietis illis agitationibus omiſsis, ſcipione quem manibus geſtabat, imaginis Imperatoris, quæ in eius oratoriæ cellæ pariete depicta erat, oculis erafis, etiam pileum de capite illius auferre ſtudebat. Quæ cùm feciſſet, Imperator eo vt delyro deſpecto, receſsit. Populus verò qui ea viderat, nihil boni ominabatur. Vt vero etiam euentum non planè ab illis ſignis abhorrere conſtitit, cuiuſque opinio de Baſilacio confirmata eſt, quæ, vt dixi, anceps prius & in pleriſque dubia fuerat. Vt autem Imperator Cypſella peruenit, exercituum partem centuriauit: partem, quæ nondum aduenerat, expectauit. Sed nobilitatis magna pars ægrè ferre ſe ſimulans, quòd longo tempore ab Imperatore neglecta eſſet, quodque reſpublica perperam & temerè adminiſtraretur: cum reuera illud ſpectaret, quòd ex Imperij mutationibus ſe plurima emolumenta percipere animaduertebat, quæ diu cælarat animis, tum in apertum protulit. Cùm autem Imperator conſcenſo equo venatum iturus, fratrem Alexium, vt ſecum exiret, & in herbidis & floridis illis locis vnà oblectaretur, accerſi iuſsiſſet: is deſtinatis exequendis intentus, ægritudine & venæ ſectione ſimulata, comitari eum recuſauit. Sic ille ſolus cœptū iter proſequitur. Alexij verò coniurati, homines leues, conſcelerati, Euripo mutabiliores, fucis & dolis referti, vbi Imperatorem cum ſatellitibus & amicis quorum in adminiſtranda republica & cupiditatibus ſuis explendis opera vtebatur, tria circiter ſtadia à tabernaculo receſsiſſe viderunt, Alexium, inuitum ſcilicet, abreptum, & in Imperatorium tentorium perductum, Imperatorem ſalutarunt. Erant hi. Branas Theodorus, Georgius Palæologus, Raul Conſtantinus, Cantacuzenus Michael, & alij complures improbi & leues homines, Imperatori ſanguine iuncti, & agmen eorum qui mēſam Sebaſtocratoricam conſectabantur, nouis rebus gaudentes. Totus item exercitus illo motu duntaxat audito, turmatim ad Alexiū deficit, domeſtici præterea & miniſtri Iſaacij omnes, & qui ab eo dignitate ſenatoria ornati erant. At Imperator obſcuris principiò vocibus acceptis, deinde in tentorium ſuum concurſu plurimorum viſo, & fratris declaratione audita, nec multo pòſt facinoribus iſtis nunciatis, curſu repreſſo, ſigno crucis ſe munijt, & Chriſti pace implorata, Deum ſæpius orauit, ſe ex illo diſcrimine liberari, & Dei genitricis imaginem ex ſinu prolatam, crebrò amplectens, partim collaudabat, partim ſupplex efflictim orabat, vt imminēs periculum effugere liceret. Cùm autē quoſdam comprehendendi ſui cauſa laxis habenis irruere, nec aliud ſpirare aut ſpectare, niſi captiuitatem ſuam cerneret, fugam arripit, & vorticoſo fluuio qui illic præterfluit, non ſine periculo ſuperato, pergit: quamuis enim nullum tutum receptum cerneret, tamen vt exitium à populi furore ſumma feſtinatione perſequētis imminens euitaret, Stagira peruenit, quæ nunc Macra dicitur: vbi à Panteugeno quodam comprehenſus, & perſequutoribus proditus, ſole poſtremum viſo, paulò pòſt ad Peræ monaſterium ab Imperatoris Andronici patre Iſaacio conditum excæcatur. Vtrum verò numinis vindicta pœnas illas ibi dederit, alijs conſiderandum relinquo. Vult enim prouidentia, quæ omnia optimè gubernat, etiam inimiciſsimorum ſupplicijs moderationem adhiberi, & ſemper in cōſpectu eſſe poteſtatis lubricum, & imperij amiſsionem: ne vt omnium rerum viciſsitudo eſt. quemadmodum quiſque tractarit cæteros: ita & ipſe diuino iudicio ab alijs tractetur. Poſt hanc calamitatem, ob ingentem cruciatum diebus compluribus cibo non guſtato, palatino carceri includitur. Paulò verò pòſt, in alteram vrbis partem, ad Diplocionium transfertur: nec quicquam præter vini & panis demenſum, vt homo plebeius, ruri degēs, accipit. Frater verò eius, Imperio pacato & ſeditionum experte potitur, non aliter ferè quàm Caſtor & Pollux, qui alternis diebus oriri & occidere feruntur. Imperauit Iſaacius annos 9. & menſes 8. fuit flammati facie, ruffo capillo, mediocri ſtatura, robuſto corpore, nondū āños 40. natus, cū regno pelleretur.

Iſaacius à fratre & Imperio & oculis priuatur.

NICETÆ CHONIATÆ LIBER PRIMUS DE
Alexij Comneni Imperio, fratris Iſaacij Angeli.

Commiſeratio fraterni ſceleris.

AC Iſaacius ad hūc modum leui momēto & Imperium & oculos amiſit, eorum ſcelere, de quibus ſummam ſibi charitatē & obſeruantiā pollicebatur. Quid enim fratre, præſertim adeò dilecto coniūctius et ſincerius? Quod ſi aqua fauces ſtrangulat, quid homines bibamus? ſi mēbra contra ſeſe armabūtur, qua tandem compage corpora noſtra conſtabūt? Medicorum quidē ars ex contrarijs rebus ſalutare antidotum cōficit. Quidā verò præclara naturę munera obliti, mutuò ſe exagitāt, & præ improbitate ingenij & maioris gloriæ cupiditate, ſe homines eſſe non meminerunt. Peperit hoc quoq; facinus Romanis apud exteras nationes contemptum, omnibus alijs quæ in mutandis Imperatoribus accidere ſolent, turpius & flagitioſius. Fuerunt & qui ruptis amicitiæ vinculis, veterem familiaritatem dirimerent. Frater fratrem, inquiūt, non liberat: quid faciat alienus? Quibus antè arcana commiſerant, eorum vel colloquium, metu inſidiarū, deuitabant: in illud fraterni ſceleris exem-

plum

plum intuentes. Ipſe verò Imperij occupator Alexius, non cogitans, ſe, fratre euerſo, ſemetipſum euertiſſe: ſtatim Imperatorium ſolium, flagrante adhuc eo delicto, conſcendit: & fratris veſtitu coronaque ornatus, ab omni militari turba, & ſenatorijs viris Imperator Auguſtus conſalutatus, vxorem ſuam & propinquos in vrbe degentes, ea de re certiores facit: & vt eos quorum ope & ſtudio Imperium cõſecutus erat, remuneraretur, & reliquum vulgus, quod libenter & citra ſeditionem acceſsiſſet, in officio retineret, ſine ratione vlla & ordine, ſed pro cuiuſque petitione & libidine pecuniam dilargiri cœpit, quam in militiam Iſaacius aduexerat. Quæ cum immoderata & inæquali diſtributione dilapidata eſſet, prædia fructuoſa & publica vectigalia petentibus donauit. Ijs quoque deficientibus, illuſtribus dignitatibus non pancos, eoſque non claros vicos ornauit, aut ad proximum & conuenientem gradum euexit: ſed quoſuis, qui eum honorum parui æſtimabanc, & primum gradum nondum conſcenderant, in ſummo faſtigio collocauit, vt dignitatum frequentia indignitatem haberet, & omni gratia careret: aliqui etiam ſuo honori derogatum putarent, illo honoris incremento, vt ſerò tandem iure id conſecuti, quod alijs præter meritum ante tempus contigiſſet: dignitate ſecum exæquatis ijs, quibus, quantumuis honore actis, ipſi prorſus neglecti, dignitate præſtare iudicarentur. Neque verò difficilis erat honoris adeptio. Quod enim ſcriptum Imperatore offerres, id eueſtigiò ſubſignabatur, ſiue inepta dictione conſtaret, ſiue vt mare arare, terra nauigare, & montes in medium mare transferre, ſiue (vt eſt in fabulis) vt Athon Olypo imponere liceret, peteres.

Alexij profuſiones.

Dignitates indignis temere collatæ.

Ambitioni poſthabita prouinciarum ſalus.

His rebus omnibus ita perfectis, vel potius confectis, quaſi temporum & rerum conditioni ſeruire coactus, legiones domum abire ſinit: nihil curans, quòd Blachi cum Scythis obuia quæq; vaſtarent, & ipſe non ſtatim in vrbem properat, ſed fratre capto & excæcato, nihil periculi metuens, pedetentim ac per ocium in diuerſorijs commorando, proficiſcitur. Iam enim à ciuibus quoque declaratus Imperator, & à coniuge Euphroſyna ingreſſus ei præparatus erac, & ſenatus, licet non totus, eius ſucceſsibus lætabatur. Neq; plebs ad illius mutationis famam concitata vel nouis rebus ſtuduit, vel iuſta iracundia exarſit, quòd Imperatoris creandi priuilegium à militibus ſibi ereptum eſſet: ſed quieuerunt, & acta comprobarunt omnes.

Alexij Contoſtephani aſtrologi ſeditio facilè compreſſa.

Cæterùm cum coniunx eius Ducisſa Euphroſyna in magnum palatium abiret, tum verò colluuies opificum & turbulentorum hominum, quendam aſtrologum Alexium Contoſtephanum, Imperio iam olim inſidiantem, in foro Imperatorem conſalutat. Negabant enim ſe Comnenorum laturos diutius imperium, quorum pertæſum eſſet. Imperatrice verò ita cum periculo magnum palatium ingreſſa, comitatus nobilium hominũ audacius quàm prudentius in Contoſtephanum facto impetu, factionem illam diſsipat, & Contoſtephanum in carcerem conijcit. Eo populi motu compreſſo, etiam Eccleſiaſtici nouum Imperatorem approbant: & quidam ſacrificulus paucis nummis corruptus, (eodem modo & cum ſeditioſis circumforaneis & pacis ex ordine iudicum, quorum nominibus parco, actum) ſuggeſto conſcenſo, Alexij proclamationem orditur, ſine Patriarchæ conſenſu: qui tamen pauliſper refragatus, ne ſua voluntate coactus videretur, & ipſe in Imperatoris partes cõceſsit. Quo facto, nemo amplius eſt aduerſatus, ſed vniuerſi in magnum palatium tanquam mancipia transfugerunt & priuſquam nouum Imperatorem viderent, aut quid veteri accidiſſet, compertum haberent, eius vxori, qui rerum potiri ferebatur, obediuerunt, & tantum non capita pro ſcabellis ſuppoſuerunt: & catellorum iuſta calceum eius deoſculati, formidantium habitu, coniunctis pedibus & cõplexis manibus, ſoli famæ obtemperantes, aſtiterunt. At Imperatrix callida, & tempori ſeruire edocta mulier, fatuos Byzantios verborum lenocinio demulcebat: qui, vt porci reſupini, quibus ventres fricantur, blanditijs deliniti, nihil nõ eorum quæ acta erant, approbabant.

Alexij ingreſſus in vrbem.

Ingreſſu ad hunc modum ſine ſanguine & publicatione bonorum cuiuſquam præparato, poſt dies aliquot ipſe Alexius in vrbem venit: & recens lotus in aurato lecto, in exteriore Philopatio ſedens, libenter & hilariter aditi ſe patitur, animo propter admiſſum in fratrem ſcelus non conſternato. Quidam verò ex Beli iudicibus, intempeſtiuis iocis, quos adulatio ſuggerebat, riſui ſe expoſuerunt. Erant etiam qui id ſpectaculum ſuſpirijs proſequerentur, cum veſtes, quas ſibi confecerat Iſaacius, fratrem eius induiſſe viderent, & indignum id facinus deplorarẽt, & eam principatus mutationem breui malorum fore principium augurarentur: Oſiridis & Typhonis recordati, à quibus afflicta eſſet Aegyptus.

Omnia infelicis Imperij.

Celeberrimum & maximum Dei Sapientiæ templum ingreſſus, vt de more inauguraret, & imperij inſignia aſſumeret, primùm fidei ſymbolum Imperatorio colore tardius perſcribit. Deinde ad ſpecioſam templi portam diutius commoratur, expectans, dum ingredi iuberetur ab ijs, qui opportunam horam in eo loco, vbi Catechumeni inſtituuntur, obſeruabant. Templo egreſſus, cum ſublimem equum Arabicum à Protoſtratore adductum conſcenſurus eſſet, res memoratu digna accidit. Equus enim ſeſſorem non admittit: ſed oculis ſanguine ſuffuſis, auribus arrectis, crebrò ſolum pulſans, & anterioribus vngulis cum fremitu ſublatis, eum ferociſsimè auerſatur quaſi tergo recipere dedignaretur: atque ita ſæpius in poſteriores pedes arrectus, & auerſis oculis Alexium repellit. Vt autem poſt multos poppyſmos & ceruicis palpationes placatus, & crebros illos gyros & calcitrationes omiſſurus videbatur, Imperator in eum inſilijt, & habenas prehendit. Is verò vt deceptus, ſeſſore quem nollet recepto, æquè ac prius ferocit, cum claro hinnitu pedes attollit: nec prius importunè ſaltare deſiſtit, quàm gemmata corona capite eius excuſſa, & ex parte comminuta, ipſum quoque deieciſſet. Alio equo adducto, fracta corona in auſpicatum omen viſa eſt Imperij cladium non expertis, & imminentis ruinæ & noxæ hoſtilis. Comitabantur eum in equis duo generi, Contoſtephanus Andronicus, & Iſaacius Comnenus, & patruus eius Ioannes Ducas, vir prouecta ætate, cui in ea pompa

mirum quiddam accidit. Nam cum multa eius à nemine exterrita eſſet, corona Sebaſtocratorica ſponte de eius vertice humi cecidit. Vnde populus caluitio eius, quod inſtar plenæ lunæ relucebat, nudato, cũ riſu exclamauit. Ducas verò, qui etiam alioqui non facilè rebus aduerſis commoueretur, neceſsitate in iocum & feſtiuum ludum conuerſa, hilaritatem populi adeò non indignè tulit. vt etiam vnà lætari videretur. Imperator verò Angeli cognomento, ſiue vt humiliore repudiato, ſiue vt vnà cum fratre abolendo, Commenus appellari voluit. Cum autẽ omnes putarent, eum poſt declarationem, rebus pacatis, ſtatim in armis fore, nec vrgentia duntaxat mala depulſurum, ſed ſuperiorum etiam temporũ delicta fraterna correcturum, clades præſertim à Barbaris propterea illatas, quòd eis nemo reſtitiſſet, aut rerum curam ſuſcepiſſet: ille contrà, vt iam votorum omnium & vnici ac diuturni deſiderij cõpos factus, corolla inſignis, ignauiæ ſeſe dedidit, quaſi non legitimam hominum curationem ſortitus, ſed deliciàrum & ocij facultatem eſſe impetium opinaretur. Igitur abiecta reipublicæ cura, vt gubernator, fluctibus defatigatus, in aureo veſtitu ſe oſtentabat, & apertis auribus, omnium eorum petitionibus annuebat, quos adipiſcendi Imperij adiutores habuerat, & vtraque manu pecuniam ab Iſaacio collectam profundebat, non conſiderans, cum quanta difficultate poſtea recolligenda eſſet, & quàm temerè nunc diſsiparetur. Cum igitur inſtar palearum aut æſtiui pulueris celeriter diſiecta, & in vẽtres ignauos, quos ne norat quidem, inſumpta eſſet: temerè munificus Imperator, ipſe tandem profuſionem ſuam damnare cœpit, cùm pecunia egeret. Eius verò vxor, virili animo mulier, & ab ipſa natura dicendi ſuauitate & lepore ornata, nec ad præſentia duntaxat optimè adminiſtranda, ſed & ad futura prouidenda ſolertiſsima, alijs rebus teterrima peſtis fuit. Neque nunc de acquiſito ornatu & luxu regio loquor, neque de eo quòd ingenij felicitate in mutando recepto ſtatu & rebus nouandis maritum ſuperabat: (nam hæc, etſi non decora mulieribus, reginis præſertim, tamen prętereunda cenſeo) ſed de impudicitiæ probro atque infamia, qua maritum dehoneſtabat. Qui cũ initio id dedecus ſcire, & diſsimulare ab omnibus putaretur: tamen ea facinora ſe ignoraſſe, poſtea cum publicata eſſent, declarauit, vt ſuo tẽpore narrabimus. Cùm igitur imperatrix limites tranſsiliret, & ſuperiorum Auguſtarum inſtituta contemneret, Imperium planè in duos principatus eſt diuiſum. Neq; enim Imperator duntaxat, quicquid erat libitum mandabat: ſed illa etiam pari autoritate, quæ viſa erant, peragebat, imò aliquando pro ſua libidine illius iuſsis intercedebat. Etiam cũ maximę legationes audiendæ erant, duo precioſa ſolia coniungebantur, & illa marito cum magno ſplendore, ac pileolo gemmis & perſpicuis margaritis ornato aſsidebat, & torques precioſiſsimos de collo ſuſpendebat. Aliquando etiam in alijs palatijs ſeiuncti, per vices adorabantur, ſubditis ab Imperatore ad illam ſalutandam tranſeuntibus, & genua ſubmiſsius flectentibus. Nonnulli etiam Imperatoris conſanguinei, qui ſummos magiſtratus gerebant, imperatticis ſplendidas & altas lecticas humeris tanquam mancipia ſubibant. Verùm trimeſtri nondum elapſo, fama non fallax affertur, Cilicem quendam, aſſumpto Alexij filij Manuelis nomine, ad Ancyræ vrbis ſatrapam ſe contuliſſe, ab eoq; vt verum Manuelis filium ſuſcepturum eſſe, non vt eius poſtulatis annueret (nouerat enim & ipſe Imperatorem Alexium ab Andronico ſtrangulatum eſſe) ſed vt Imperator bellis diſtineretur, dum ſeditioſis reſiſteret: & ipſe aliquid emolumenti inde perciperet, amicitia ſua Romanis vendita. Poſtquam autem Pſeudalexius iſte Perſarum opibus adiutus, Acyræ vicina Romana oppida populabatur, eunuchus quidam cognomento Eonopolita, nuper ab Imperatore Accubitoris dignitate ornatus, ad eum reprimendũ mittitur. Qui cum rem malè gereret, Imperator ipſi ſibi exeundum eſſe cenſuit, eademque opera de fœdere Perſico agendum: haud ignarus, impoſtorem illum ea ratione facilimè debellari poſſe. Verùm Perſa occaſione vſus, pacificationem ſe nulla alia ratione admiſſurum affirmauit, niſi argenti ſignati cẽtenarij 5. in primis, & deinceps quotannis terni, & quadragenæ veſtes ſericæ, quæ Thebis Bœoticis Imperatori pendi ſolerent, ſibi donarentur. Vbi ad Melangia oppidum peruenit, ab illius loci incolis Imperator Auguſtus ſalutatur: ſed parum alacriter contra ſeditioſum adiuuatur. Qamuis enim eum, pro Romanorum imperatore colerent, tamen nec Pſeudalexium planè contemnebant, & dum vtrumque colunt, minimè præ ſe ferunt vtri prorſus ſint addicti. Vnde quiuis conijcere poterat, eos duabus ſedere ſellis, & in præſentia neutri opem laturos, ſed per occaſionem in partes victoris conceſſuros. Imò etiam quoties Imperatorem adibant, Alexium extollere non deſiſtebant, ſubinde interijcientes, ipſi etiam miraculo eum fore, ſi videret, vt ruffo & promiſſo capillo eſſet ornatus, non ſecus ac ſi auri bracteæ eſſent: vt eſſet procerus, vt robuſtus eques, quaſi fibulis ſellæ affixus. Ad quæ cum Imperator aliquando reſpondiſſet, Manuelis filium ab Andronico iam olim ſublatum: eum verò qui nunc illius nomen vſurpet, erronem eſſe, & à Comnenia familia alienum. Et vt ille viueret, atque is ipſe eſſet qui arma inferret, ſe tamen meliore iure imperare, qui nunc ſceptrum teneat, illi eius oratione interpellata, & ex tempore refutata, reſponderunt: Vides ergo Imperator, te quoque de illo dubitare, & mortem eius incertam exiſtimare? Quare noli ſuccenſere ijs qui adoleſcentis miſerentur, cui regnum proauitum debetur, quo tamen vnà cum patria per iniuriam eſt priuatus. Itaque videns Imperator ſe nihil ſua præſentia proficere, caſtellis præteritis, quorum alia ab Alexio dimouit, alia incendit, vt ſeditioſo addicta: in vrbem redijt, expeditione duobus menſibus terminata, & Ciliciæ rebus Manueli Cantacuzeno mandatis. Sed cum ne is quidem apertè illi bellum inferret, quamuis Perſæ auxilijs ſubinde creſcenti, & à caſtellis Ancyræ finitimis omnibus, aut ſaltem pluribus tributa exigenti, diuturnis vtique malis Romanos affecturus ille fuit, niſi Deo noua hic quoque ratione noſtri miſerto, in caſtello Zungra noctu iugulatus à quodam fuiſſet.

Alexius Angeli cognomentum repudiat, & Sardanapalum agit.

Euphroſyna imperatrix virago, ſed ſuperba, luxurioſa & impudica.

Pſeudalexij Cicilis ſeditio.

Cilicum ambigui animi.

Pſeudalexij interitus.

Sic

Sic fulguris inſtar ſubitò & emicuit & euanuit: aut vt flatus vehemens ex antro Corycio erumpens, in paulò pòſt in partem Romani imperij conturbatam ſæuire deſijt. Hoc malum e veſtigiò aliud peſsimum eſt conſecutum: & cum exaruiſſe viſum eſſet, inſtar lethiferi aconiti refloruit. Nã

Iſaacij Comneni in apparatu ſeditionis interitus.

Comnenes Iſaacius, à quo vaſtatam eſſe Cyprum ſuprà memorauimus, captus quidem fuit à rege Angliæ in Palæſtinam nauigante, & pro verberone ſeruo cuidam populari eius donatus: fama vbique ſparſa, malum hominem malè perijſſe. Sed, vt res poſtea declarauit, ſola fama mortuus, reuixit, & vi oculis & carcere (quod vtinam factum non eſſet) liberatus, priſtinam Imperij cupiditatem renouat. Qui cũ Imperatricis Euphroſynæ impulſu, quam propinqua cognatione attingebat, crebris Alexij literis reuocaretur: illam conditionem eum indignatione protſus reſpuebat, ſe imperare, non parere didiciſſe, & ducem, non militem agere nouiſſe, affirmans. Proinde frequentes literas ad Aſianos proceres mittit, quæ nihil non vetitum ſuadebant, nihil non à maioribus inſtitutum abrogabant, nihil non obtemperantibus promittebant, ſi quo modo imperij titulum conſequeretur. Verùm vt olim ea ſectabatur, quæ aſſequi non poterat: & ea fruſtra moliebatur, quæ in fatis non erant: ita tam etiam irritos conatus eius, euentus coarguit. Neq; enim Perſa poſtulatis eius annuit (cupiebat autem eũ Romanis bellum inferentem, cum omnibus copijs ſuis ſequi, & eius iuſsis omnibus obtemperare) neque quiſquam eorum, ad quos clàm ſcribebat, benignas aures ei præbuit. Quis enim belluam ſanguinariam paulò pòſt in faciem inuaſuram & laceraturam ſequeretur? aut cum venenato ſerpente amicitiam conſtitueret, qui, ſiue amplecterere, lethale virus euomeret: ſiue in ſinu foueres, peſtiferos dentes infigeret? Enimuerò & hic paulò pòſt mortuus, ad cæteros tyrannos Dei nutu ſublatos abijt. mirabiliter quidem, ſed non ſine inſtrumentis ſalutem afferre ſolitis. Ferebatur autem non naturaliter, ſed veneno per pincernam magnis largitionibus ab ipſu Imperatore corruptum, propinato, interijſſe.

Blachi pacis conditiones aſpernantur.

Cæterùm Alexius potitus Imperio, miſsis ad Petrum & Aſanẽ legatis, pacem cum Blachis facere ſtuduit, ſed fruſtra is conatus fuit, ob ſuperbum & ferox Barbarorum reſponſum, & conditiones Romanis inhoneſtas & intolerabilas. Dum autem Imperator in Oriente verſatur. in Bulgaricum agrum iuxta Serras incurſione facta, victaque legione Romana, tum alios plurimos malè tractarunt, tum ipſum Ducam Alexium Aſpitem ceperunt, multaque caſtella expugnarunt: quibus firmatis, cum innumerabili præda domum redierunt. Imperator verò vt caueret, ne quid ſimile in poſterum accideret, Iſaacium Sebaſtocratorem generum ſuum, cum iuſtis copijs ablegat. Qua de cauſa cum Blachi à quibuſdam monerentur, ne temerè & confidenter in Romanos irruerent, ſed militaris etiam ſolertię & doli meminiſſent (nam

Aſanis de fama & imperatore Alexio diſputatio.

audire ſe, imperare virum bellicoſum, & fratre longè præſtantiorem) Aſan inſolenter reſpondit: Non ſemper famæ præbendas eſſe aures, nec ſi quem ea pro viro forti celebret, eum ſtatim vt talem eſſe formidandum: nec ſi quis pro timido & ignauo tradocatur, ſpernendum & reijciẽdum eſſe. Sed famam, vt non omnino vanam, præſertim tam celebrem, non quidem planè contemnendam, ſed ad res geſtas eorum qui vel malè vel bene audiant, tanquam ad Lydium lapidem exigendam: ſæpe etiam oculo iudicium permittendum, & ſic eam vel vt veram probandam, vel vt falſam repudiandam. Aures enim non videre ipſam rem, ſed alienarum linguarum & ſæpe aduerſarum ſtrepitum conſeruare. Viſum verò certum eſſe rerum arbitrum: & pluris eſſe, vt ait Comicus. vnum oculatum teſtem, quàm auritos decem, qui non alieno teſtimonio, ſed ſuo experimento nitatur. Non igitur eos moueri oportere, quòd hic Romanorum Imperator, vir fortis perhibeatur: ſed an talis ſit, ex anteacta eius vita coniecturam capiendam. Quam ſi accuratius intueantur, nihil vnquam ab eo eſſe geſtum laude dignum. Neque enim bellis & prælijs pro Romana Republica geſtis interfuiſſe, neque vnà cum fratre labores & pericula adijſſe, quod ipſe quidem ſciret, qui hoſtilem agrum perpetuò infeſtarit, & victorias victorijs, triumphos triumphis cumularit. Neque illi purpuram & diadema laborum præmium eſſe data, ſed fortunæ ludibrio contigiſſe. Is ergo, qui nunqam in pugna viſus ſit, qui non voce, non manu, non conſilio res Myſorum vnquam labefecerit: qua ratione ſubitò mutatus ſit in contrarium, ſe planè non intelligere. Vt autem, inquit, virum illum, quantum licet, ſimilitudine depingam, & genus eius declarem: Videtis fila diuerſi coloris, etſi noń diuerſæ telæ, de haſta mea pendentia? hæc vna eademque materia conſtant, ab vno textore confecta ſunt. Sed quia coloribus diſcrepant, ex alia materia & ab alio artifice confecta putantur: cúm res aliter ſeſe habeat. Eodem modo Iſaacius & Alexius fratres, quorum alter imperio deiectus eſt, alter purpura & diademate inſignis conſpicitur: eundem patrem habuerunt, eodem vtero ſunt editi, eadem terra nati, omnia eadem ſunt conſecuti, quamuis Alexius ſit natu maior. Quare, mea quidem ſententia, nec in re militari quicquam inter eos intererit, idque re ipſa omnes cognoſcemus. Itaque rationem belli priſtinam ſequendam eſſe nobis affirmo, cum iiſdem arma inferenda ſint, quos prius oppugnauimus, ne deterioribus dicã. Nam Romanorum animi crebris cladibus fracti & eneruati ſunt, & crebrò à nobis in fugam verſi, ne ſemel quidem vires ſuas recuperare potuerunt. Nec illud prætereundum, eos iram Dei contra ſe concitaſſe, Iſaacio, cuius opera graui Andronice tyrannide liberati fuere, legitimo imperio pulſo. Nam qui Seruatores ſuos ita tractarunt, primo quoque tempore ab inimicis, vt homines perfidi occidentur. Huiuſmodi ſententijs Barbarus ſuorum animis excitatis, prouincias iuxta Strymonem & Amphipulim maiore ſæuitia inuaſit. Cum autem Sebaſtocrator homo adoleſcens, & recenti clade Blachorum elatus, hoſtes Serranum agrum incurſare audiuiſſet, non prius exploratis eorum viribus, ſtatim ſigno tuba dato, primus in armis equo conſcenſo haſtam in hoſtes vibrauit, quaſi ad paratam ceruorum venationem aut ludicrum aliquod exiret. Cum igitur laxis habenis circiter 30. ſtadia proceſsiſſet,

ſet: & equitatum & peditatum ita fatigauit, vt pugnæ tempore inutiles eſſent. Vt propius hoſtium caſtra ventum eſt, maxima, & potiſsima pars copiatum Aſanis, in inſidias diſtributa eſt. Quo ſtrategemate & dolo Iſaacius non animaduerſo, certa ſpe victoriæ concepta, inſano impetu eos inuaſit. Cùm autem illi ex inſidijs conſurrexiſſent, vt medijs caſsibus irretitus, multis ſuorum amiſſis, tandem & ipſe à Scythis capitur. Vnde Barbari ad incurſiones & rapinas more leoum in armenta irruentium animoſiores facti ſunt: quippe cum nemo Romanorum eis occurrere auderet, ſed omnes territi laxis habenis in vrbem Serras confugerent, qui in illa clade non occubuerant.

Iſaacius Sebaſtocrator ab Aſane capitur.

Scytha verò Sebaſtocratorem à ſe captum quouis modo celare conatus eſt, ne id Aſan reſciſceret, ſpe maximæ pecuniæ, eius redimendi cauſa accipiendæ, concepta, ſi hominem in Scythiam abducere liceret. Sed cum fama captum eſſe ducem hoſtium vulgaſſet, inquiſitione diligenti compertus, ad Aſanem perducitur. Hic illius expeditionis exitus fuit. Tum etiam quidam captiuus ſacerdos, Blachicæ linguæ peritus, cum in Hæmum abduceretur, Aſanem miſerabili oratione obteſtatus, vt ſe dimitteret, vbi id ille renuit, neque enim ſibi propoſitum eſſe Romanos dimittere, ſed perdere, idque Deo etiam probari: ille cum alto ſuſpirio & lachrymis ſubieciſſe fertur: Nec ipſi reliquam eſſe Dei miſericordiam, quòd viri pauperis, Deo ob ſacerdotium fami- » liaris, non ſirmiſertus, ac inſtare ei cruentum vi- » tæ exitum, quali homines ſanguinarij plerunq; » perire ſoleant. Nec feſellit ea ſacrificuli diuinatio.

Aſani à ſacrificulo prædictus interitus.

Nam paulò pòſt in Myſiam reuerſus, à familiarium ſuorum quodam occiditur, idq; hoc modo factum eſt. Quidam natura & moribus ei ſimilis, & intima familiaritate coniunctus, nomine Ibancus (ſic Ioannes à Blachis dicitur) clàm cum vxoris eius ſorore conſueuerat. Quo ſtupro comperto, principiò vxorem accuſabat, & propter eius facinoris diſsimulationem capitis damnabat. A quo crudeli propoſito cum alijs verbis vxoris ſuæ deterritus, tum eo, quòd affirmabat, ipſum quoque eius rei probè gnarum eſſe: iram à muliere in Ibancum transfert, eumque nulla mora interpoſita, intempeſta nocte accerſit. Is verò ſe alieno tempore non ſine graui cauſa & crimine vocari ratus, aduentum ſuum in craſtinum differt. Sed illo rurſus inſtante, & procraſtinationem ſui contemptum interpretante: Ibancus vix tandem cauſa, cur vocaretur, intellecta, cum amicis & cognatis deliberat. Ij monent, vt longo gladio ſub veſte occultato accinctus, ingrediatur, quòd ſi Aſan eum modicè obiurget, & iracundiæ impetum conuicijs terminet, ſine cruciatu corporis, & fortiter ferat, & culpam deprecetur. Sin enſem poſtulet, tum & ipſe virum ſe præbeat, & operam det, vt anteuertat hominũ impudentem & ſanguinarium, nec vllum ictum niſi lethalem, ei inſerat. Id conſilium Ibancus ſtatim exequitur. Nam cum Barbarus nihil moderati in eum cogitaret, ſed ad primum eius conſpectum efferatus, enſem quæreret, ille facinus occupat, & enſe in inguine defixo, Aſanem occidit. Inde elapſus, ſtatim ad conſcios ſe recipit: ac cæde indicata, cum eis conſilium defectionis init.

Aſanis cædes.

Neque enim fratres, cognatos & amicos interfecti, quieturos. Quòd ſi rex ex ſententia ſucceſſerit, ſe regioni illi & toti Myſiæ iuſtius & æquius quàm Aſanem dominaturos, neque vt ille fecerit, ferro graſſaturos in omnes: & quicquid iracundia ſuaſerit, perpetraturos. Sin res aliter ceciderit, nec euentus conſilijs reſponderit, aliam rationem inituros & ſalutem ſuam Romanorum imperatori commiſſuros. Hæc nocturno adhuc tempore non modò decreuerunt, ſed multos etiam in ſuas partes pertraxerunt: & Ternobo occupata (ea eſt omnium Hæmi vrbium munitiſsima & præſtantiſsima, in montis vertice ſita, firmis circundata mœnibus, quam & amnis perfluit) Petro reſtituerunt. Nam vt primùm diluxerat fama cædem Aſanis non Ternobi duntaxat, ſed in locis etiam remotioribus diuulgauit. Sed cum nec Petrus Ibancum expugnari, nec Ibancus Petro ſe reſiſtere facile poſſe cerneret, ille hunc obſidionis mora domandum, hic ad Romanorum imperatorem confugiendum, & eius ope hoſtibus reſiſtendum eſſe cenſuit. Ferebatur autem Ibancus etiam Iſaacij Sebaſtocratoris impulſu Aſanem occidiſſe, cùm alijs plurimis pollicitationibus, tum ſpe nuptiarũ filiæ eius Theodoræ adductus. Cæterùm Iſaacius ante Aſanis cædem in vinculis expirauit. Ibancus verò Imperatorem ſtatu rerum expoſito hortatus eſt, vt aliquos cum copijs mitteret, qui & Ternobum acciperent, & ſe adiutore totam Myſiam vendicarent. Ac Romanis forſitan aliquid ſalutare actum eſſet, ſi Imperator ſtatim ſine mora gerendæ rei animum intendiſſet. Nam Ternobo occupata, facilè totus Myſiæ potitus eſſet. Verùm ipſe per ſtultitiam vt cochlea teſtam repetens, in palatio abditus, Manuelem Camyzem Protoſtratorem cum imperio mittit.

Ibancus à Romano exercitu nihil adiuuatur.

Is cum ſuis copijs Philippopoli profectus, & Myſiæ limites vix ingreſſus, præter expectationem retrò abit. Milites enim mota ſeditione, quò ſe duceret, & cum quibus pugnãdum eſſet, rogitabant: An non ſæpe, inquiunt, montana iſta tranſiuimus, atq; adeò nihil confecimus, vt penè omnes interierimus? Reuertere igitur, reuertere, noſque domum reducito. Propterea inopinato metu conſternati, quaſi hoſtes à tergo inſtarent, & omnis generis tela conijcerent, effuſe fugerunt. Imperatore idem opus cum exercitu maiore iterum tentante, ſubinde res ſucceſſu caruit. Quare Ibancus cum nemo Romanorum cum barbaris vellet congredi, inualeſcentibus Petri opibus, & maioribus ei copijs affluentibus deſperatis rebus Ternobo clàm profugus, Imperatorem adit. Ita Petrus ſumma rerum denuò potitur. Sed nec ipſe naturali morte obit, ſed paulo pòſt eo quoq; à popularium quodam miſerabiliter confoſſo, principatus ad Ioannem tertium eius fratrem tranſit, quem tum Petrus adiutorem laborum & regni participem aſſumpſerat. Is non paruo tempore apud Romanos obſes fuerat, cum Imperator Iſaacium ſecundùm Myſis arma intuliſſet: ſed fuga elapſus domum redierat, nihilo fratre Aſane Romanis ſpoliandis & infeſtandis mitior. E noſtro autem exercitu nemo reſiſtere Petro potuit: ſed hoſtibus per tot annos, tot & tantas victorias adeptis, eo malo Romanam Remp. perpetuò turbante: nunquam

vlla

vlla victoria vllum rei bène gerendæ ſimulacrum noſtris arriſit. Hanc numinis iudiguationem, & noſtri deſtiturionē nemo ex ſũmmis & honoratiſsimis ſacerdotibus, nemo ex religioſiſsimis monachis conſiderauit, vllóue modo placare docuit, aut liberius apud Imperatorem diſſerendo, quicquam Romanis ſalutare conatus eſt: ſed quaſi omnes à via deerranres & inutiles facti, quid rei eſſet non animaduerterunt, quodammodo flagellis Dei aduerſantes, Græci quidem cauſa peſtilentiæ ex Calchante vare cognita, offenſi numinis iram placarunt, neglecta ſummi & potentiſsimi Imperatoris indignatione.

Ira Dei placanda in rebus aduerſis.

Ibancus Romanis vtilem operam nauat.

Ibancus verò cum ad imperatorem ſe contuliſſet, benignè ſuſceptus, Romanis multis in rebus vtilem nauauit operam: homo proceræ ſtaturæ, præſtanti ingenio & robuſtiſsimo corpore, ſed iracundia & contumacia animi è vultu relucens, crudelitatem eius abundè reſtabarur, quare tametſi inrer Romanos viueret, tamen mores ſuos ad facilitatem & æquabilitatem minimè componebat. Nihilominus Imperator eum, ſponſalibus à Sebaſtocratore promiſsis, non indignum ratus, nuptias in legitimum tempus diſtulit, ob puellæ teneros annos: ipſum verò in numerum cognatorum ſuorum potentiſsimorum hominum recepit, ſumma potentia & maximis opibus donatum.

Ibancus matrem filiæ præfert.

Is verò ſponſæ ſuæ immatura ætate conſiderata, & matris eius Annæ viduæ adhuc elegantia curioſius inſpecta, nuptijs amplioribus inhians: Quid, inquit, mihi rei eſt cum lactante adhuc agna, cum oue indigena ad coitum apta? Ac vir ille in partibus Philippopoli vicinis plurimum laborauit, & veluti vallum popularibus ſuis & auxiliaribus Scythis obuia quæque vaſtantibus opponebatur. aliquando etiam Imperatorem in expeditiones ſequens, ſtrenuam operam præ cæteris nauare videbatur. Quis verò Scytharum & Blachorum incurſiones & nefaria facinora enumerare queat? Vaſtitas regionum Hæmo vicinarum, Macedoniæ & Thraciæ direptiones vtique omnibus ſtatuis & tabulis clarius, & quauis hiſtoria dilucidius oſtendunt, quid actum ſit. Neq; verò à Septentrionalibus duntaxat barbaris Romani perpetuò premebantur, ſed in Oriente Perſis etiam prædæ erant. Nam cum Imperator cum Perſa Galaticæ Ancyræ domino pacem non feciſſet, ſed partim amicitiam eius, vt qui Romanis nocere non poſſet aſpernatus eſſet: partim pecuniæ, quæ pro pace poſtulabatur, parceret: vnum annum & ſex menſes bellum continenter cum eo geſsit. Qua de cauſa Cilix Alexius, ea quæ retulimus, illius adiutus opibus, confecit, & vrbs Dadibra à Perſis occupata eſt.

Dadibra vrbs à Perſis occupata.

Nam cum is omnibus ſuis copijs adductis, ſe non inde receſſurum confirmaret, niſi illam expugnaſſet, obſidio quatuor menſes durauit, Dadibrenis nemine opem ferente. Nam Imperator etſi eos per nuncios ad fortiter reſiſtendum hortabatur, & auxilia pollicebatur: ſubinde tamen rem procraſtinabat, & finitimi Paphlagones propius accedere, & opem eis ferre non audebant. Neque verò hoſtem latebat, eos omni auxilio deſtitutos, & fame premi, & à machinis grauiſsimè affligi. Nam cum ſaxa, calx: & quicquid hominum vitæ inſidiatur, ex collibus in mediam vrbem conijcerentur, ædes diruebantur, & putei inficiebantur. Non multo pòſt miſsis ab Imperatore auxilijs, quæ in Baba monte caſtra habebant, tribus adoleſcentibus ducibus, Branaſto Theodoro, Andronico Catacalone, & Cazane Theodoro: Perſæ ea re comperta ex inſidijs eos ante lucem adorti, & tergis fugientium inhærentes, alios occiderunt, alios ceperunt, & duos duces inter cæteros, quos Perſa manibus poſt tergum reuinctis vndiq; circumductos, ijs qui in mœnibus erant, oſtendebat, monens, vt vrbem priuſquam belli fluctibus obrueretur, ſibi gubernandam traderent. Neq; enim ſpem ſalutis vllam eis ſupereſſe, neq; ſe inde receſſurum, niſi vrbe expugnata. His ſpectaculis & ſermonibus Dadibreni fracti, ad pactiones deſcendunt, iniquas quidem illas, ſed quas temporis anguſtiæ & durum telum neceſsitas flagitabant. Annuunt, ſe vrbem penitus deſerturos, vt cuiq; cum ſuis chariſſimis & ſupellectilibus incolumi abire liceret, quò vellet. Neq; enim barbarus eos in patria manere, & tributa penſitare pati voluit. His conditionibus iureiurando firmatis, Perſa vrbem ſuis popularibus incolendam dedit, ciues in alias atque alias regiones & vrbes ſunt diſperſi, quidam etiã, Perſæ conceſſu, tuguriolis in proximo ſtructis, amore patriæ, ſeruitutis iugum ſubierunt. Ac cũ vrbe Dadibra hoc modo actum eſt. Imperator autem paulò pòſt, pace cum Perſa facta, libenter ei, deterſo pudore, ea dedit, quæ ante illius vrbis deditionem poſtularat. Vix Romanum imperium ab hoc malo reſpirarat, cum alij nuncij grauiores afferuntur, & futura maiorem dolorem afferunt quàm præſentia. Nam hæc quidem, quamuis ex parte moleſtiam haberent, tamen libertatis nonnullis reliquis blandiebantur. Quę autem ab Occidentalibus gentibus imminebant, ea ſeruitutem vniuerſam & perpetuã minitabantur. Nam Alemannorum rex Ammerigus, Friderici filius, qui in expeditione Palæſtina ſubmerſus eſt, vt in Iſaacij Angeli Imperio diximus, paterno principatu ſuſcepto, Sicilia & Italia ſubactis, Romanos ipſos laceſſebat, nouarum rerum importunè cupidus, & graſſator ineuitabilis. Neq; tamen ſtatim Romanos inuaſit, rei difficultate deterritus, poſitis adhuc ob oculos noſtrorum contra Siculos fortibus facinoribus, cum pridem in prouincias noſtras impetum feciſſent, & à veteris Romæ Papa ab inſtituto retraheretur. Miſsis igitur ad Iſaacium legatis (nondum enim is imperio exciderat) cauſam diſſenſionis inanem quæritans, Romanas prouincias omnes ab Epidamno vſque ad inclytam vrbem Theſſalonicam, ſibi vt Siciliæ regi vendicabat, vt belli iure nuper à Siculo exercitu ſubactas.

Ammerigi legatio ad Græcos.

Nam quòd is tandem à Romanis profligatus eſſet, id fraude factum aſſerebat, in ſuis cupiditatibus fucandis fabulator inſignis. Commemorabat etiam, & iniquis lancibus ponderabat paternas offenſas: nec eas recentes duntaxat, ſed veteres etiam Manuelis ſolertia veteris Romæ Papa contra illum concitato, cuius Manuelis opera etiam Italia exactus eſſet pater. Ita obſoletis criminibus perfricta fronte renouandis, Romanis aut pacem maxima pecunia redimendum, aut bellum ſtatim tolerandum arbitrabatur. Præterea tanquam rex regum & Imperator imperatorum poſtulabat, vt Romani ſuis

in Pa-

in Palæſtina popnlaribus nauali auxilia mitterent. Ad quæ cum Imperator reſcripſiſſet, & virum non obſcurum ad eum ablegaſſet: legati ab eo venerunt, quorum alter homo ſuperciliosſus erat, & eo nomine ſuperbus, quod regis in pueritia curam geſsiſſet. Eius legationis ſumma erat: plurimorum talenrorũ poſtulatio, arrogantia & inſolentia verba, rerum ab Alemannis geſtarum glorioſa commemoratio, quibus auditores decipi ſolent. Imperator igitur (potiebatur autem rerum is, cuius nunc hiſtoriam conteximus) cum legatos infecta re dimittere non poſſet, annuit ſe pacem pecunia redempturum, quæ res ad id vſq; tempus facta non erat, & vt Imperij Romani opes oſtentaret atq; exaggeraret, rem aggreſſus eſt temporibus minimè conſentaneam, ſed ab officio & decoro alieniſsimam, & Romanis propè ridiculam. Nam in feſto natalis Chriſti & ipſe gemmatam veſtem induit, & reliquas omnes auratas & laticlaui veſtes induere iuſsit.

Alexij oſtentatio ab Alemannis deridetur.

Quo ſpectaculo Alemanni adeò non obſtupuerunt, vt eorum cupiditas illo ſplendore Romanorum magis etiam inflammaretur, & Græcos vt ignauos homines & ſeruilibus delicijs deditos, quàm primum oppugnandi occaſionem optarent. Cum autem aſtantes Romani eos hortarentur, vt gemmarum ſplendorem, quibus Imperator inſtar prati nitebat, aſpicerent, & media bruma veris ſuauitatem oculis perciperent, negabant, Alemannos talia ſpectacula deſiderare, neq; muliebria ornamenta admirari ſolere, quæ fucis, flammeis, inauribus radiantibus viris impenſe placere ſtudeant, ac vt Romanis terrorem incuterēt, nunc tempus inſtare aiunt, vt muliebribus ornamentis ſepoſitis, aurum ferro commutent. Nam ſi legatio foret irrita, nec Imperator regis ſui & domini poſtulatis annueret, neceſſe eos habituros pugnare cum hominibus qui non gemmis vt prata niteant, neque rotundis margaritis intumeſcant, aut amethyſtis purpuræ & auro intertextis pauonis inſtar glorientur, ſed qui Martis alumni, iræ flamma oculos ſuffuſi non ſecus quàm gemmæ radient, & totos dies ſudorem fundant, margaritis ſplendidiorem. Recenſebant etiam pecuniam quę pro pace poſtularetur, eſſe auri centenarios L. quotannis pendendos.

Sedecim auri talenta Alemannis penſitanda.

Quam ſummam cum ſe Imperator ſoluere poſſe diffideret, Eumathium Philocalem præfectum vrbis, legatum ad regem mittit: qui cum opibus cæteros ſuperaret, vltrò id munus ſubijt, Imperatore exorato, vt ſibi cum præfecturæ inſignibus legationem obire concederetur. Imperator verò viatico quantum poſtularat libenter dato, ſuis eum ſumptibus propoſitum iter conficere paſſus eſt. Ita ille inſolitus ac potius inſolens legatus, non modo non maiore quàm cæteri honore affectus eſt, ſed deriſus etiam ob veſtitus inuſitati nouitatem. Cæterùm pecunia quę pacis cauſa danda eſſet, ad 16. auri talenta redacta: Philocales in Sicilia, vbi regem conuenerat, expectabat, dum ea mitterentur. Imperator verò pecuniæ inopiam cauſatus, à prouincijs tributum exigebat, quod Alemannicum appellatur, tum primùm inſtitutum, & vrbano populo, ſenatu & cœtu Eccleſiaſtico, opificibus item & artificibus omnis generis conuocatis, petebat, vt quiſque de facultatibus ſuis partem aliquam ſtipis nomine conferret.

Alemannicũ tributum.

Sed cum ſe nihil proficere ac fruſtra talibus rebus niti, & inania verba fundere cerneret: pleriſque etiam vociferantibus & tumultuantibus ob inuſitata iſta & iniqua tributa, nonnullis verò cenſoriam ei notam inurentibus, quòd Remp. per luxum perderet, inter cognatos prouincias partitus, qui extinctis oculis omnes eſſent inutiles, ab eo quidem inſtituto toto impetu reſilijt, ac propemodum eam poſtulationem à ſe profectam eſſe negauit, & aliam ingreſſus viam, aurea & argētea donaria, quæ extra ſacrarium eſſent, neq; corpori & ſanguini Chriſti ſuſcipiendo ſeruirent, poſtulauit. Ab ea quoq; petitione multis abhorrentibus, quaſi ſacra prophanaturus eſſet, ſurda & muta Imperatorum monumenta, quæ nullum aduocatum haberent, inuadenda eſſe cenſuit.

Alexius Imperatorum ſepulchra ſpoliat.

Itaque ſepulchra effodiuntur, nec vllis Romanorum imperatoribus, quantumuis ob res geſtas claris, quicquam præter ſaxeas tunicas, frigidum & extremum illud propugnaculum relinquitur, omni precioſo ornatu ſpoliatis. Ac ne magni quidem Conſtantini loculus intactus & inuiolatus manſiſſet, niſi fures imperatoris decretum anteuertiſſent, & aurea illius ornamenta abſtuliſſent. Vnde cum ad 70. cenrenarios argenti, & auri nonnihil corraſiſſet, conflari ea tanquam profanam materiam iuſsit. Eius muneris miniſtri duo paulò pòſt obierunt, alter ardenti febre, alter aqua intercute ſublatus.

NICETÆ CHONIATÆ DE *rebus geſtis Alexij Angeli ſecundus liber.*

Ammerigi morti inſultat Græcalus.

SEd quis Domini potentiam pro dignitate celebret, aut laudes eius diuulget? Antequam pecunia mitteretur, Alemanniæ rex moritur, cuius obitus non Romanis duntaxat optatiſsimus, ſed Occidentalibus etiam gentibus gratiſsimus fuit, tũ ijs quas vi magis quàm beneuolentia ſecum coniunxerat, tum ijs quas inuadere decreuerat, ſemper ſolicitus, & omnium voluptatum contemptor, vt monarchiam conſtitueret, & circumiacentibus regnis omnibus dominaretur: Antonios & Auguſtos Cæſares ſubinde ſomnians, & ad eorum principatum cupiditatem extendens, & tantum non vt Alexander dictitans, Et hæc & illa mea ſunt. Pallidus & ſeuerus. Cnm autem ſerò cibum caperet, & moneretur, cauendum eſſe ne ea re valetudinem læderet, reſpondit, Homini priuato quoduis tempus ad cibum capiendnm eſſe idoneum, id præſertim cui aſſueuerit. Regi verò, tot curis diſtracto, ſi nomini ſuo reſpondere vellet, ſatis eſſe, ſi veſperi curare corpus liceret. Verùm quod dixi, regis Alemanniæ mors cùm omnibus alijs gentibus optata fuerit, tum Siculi ea tanto magis ſunt exhilarati, quod inſula capta grauiſsimis ab eo malis affecti fuerant, quæ vix ſatis deſcribi poſſunt. Non enim tanrum cædibus, rapinis, exilijs, cruciatibus intolerabilibus & morte grauioribus afflicti fuerant, ſed multæ etiam vrbes euerſæ, multa opportuna caſtella diruta erant. Metuebat enim rebellionem eorum, & quò liberta-

Ammerigi in Siculos crudelitas.

tis

tis cupiditatem opprimeret, omnem fortunę melioris ſpem quam vel pecunia vel currus & equi vel munitæ vrbes, vel viri nobiles, vel tuta caſtella ſuppeditare queunt, eis ademit. Dum autem fututum periculum tanquam iam vrgens reformidat, & id quod nondum aderat, propulſat, quorundam inſidijs eſt appetitus: quorum conatus cum anteuertiſſet, inſidiatores non gladio puniuit, ſed varijs modis miſerabiliter excruciatos interfecit. Nam alium feruenti aqua excoctum in caniſtro, pro miſſu ad ſuos remiſit: alium in ingentem rogum coniecit, alium culeo inſutum in fundum maris abiecit. Factionis verò principem & regem delectum, grauiori ſupplicio deſtinauit. Iuſsit enim coronam æneam fieri cum quatuor foraminibus, quam eius capiti totidem magnis clauis affixit, atque ita hominem abire iuſsit, his verbis: Habes homo coronam quam venatus es: nemo tibi inuidet: fruere vſque adeò deſiderata re. Is verò vertigine oborta humi prolapſus, paulò pòſt in miſerabili illo diademate expirauit. Capta Sicilia vnà cum cæteris, Irene Iſaacij imperatoris filia captiua eſt abducta, & deſponſa notho fratri regis Alemaniæ Philippo, amiſſo priore coniuge, qui poſt obitum Tancredi patris Siciliæ imperarat. Cæterùm hoc quoque malo maximo, à quo omnes prouinciæ Romanæ peſsima quæque timebant, diuinitùs ſublato: aliud infortunium è mari extitit. Nam Gennenſis quidam nomine Caphures, biremibus & triremibus fabricatis, rotundis etiam nauibus inſtructus, maritimas vrbes & inſulas Aegæi maris vexauit. Sed & Adramytio acta præda, immenſis opibus eſt potitus. Vt verò ijs quibus talia curæ eſſe debebant, tandem veternus excuſſus eſt, Ioannes Styriones cum XXX. nauibus contra illum mittitur. Fuerat is Styriones pirata ſæuiſsimus, è Calabria oriundus: ſed ab Imperatore Iſaacio maximis muneribus aſcitus, Romanis ſæpiſsimè in naualibus bellis commodarat. Is contra Caphuram profectus, præter expectationem aduerſa fortuna vtitur. Nam cum viribus aduerſario inferior, illum arte ſuperare contēderet, ab eo victus eſt, id perpeſſus, quod perpetuò facere deſtinarat. Caphures enim, Romanas naues circa Seſtum clàm adortus, cum ſub meridiem ad Sigum flumen claſsiarijs vacuas reperiſſet, vniuerſas cum armis & commeatu capit. Ex eo inſulis & locis maritimis quæ impune paſsim populabatur, tributa pro ſua libidine imperabat & exigebat. Quare Imperator inops conſilij, pacem cum pirata faciendam cenſuit, & quibuſdam Gennenſibus illi familiaribus ad eum miſsis (ſæpe enim negociandi gratia Byzantium appulerat: & quod faciebat, ea de cauſa faciebat, quòd à Michaele Stryphno claſsis pręfecto pecunia mulctatus fuerat) quamuis verba de pace faceret, nihilominus etiam ad bellum ſe parabat, alijs triremibus comparatis, & rurſus Stirioni traditis. Sed vt inter eos conuenit, & Imperator ſe ei VI. auri centenarios miſſurum, & Romanum agrum aſsignaturum, qui ſeptuplo plures milites poſſet alere, quàm ipſe haberet, ille contra ſe Imperatori dicto audientem fore eſt pollicitus: Stiriones cum ſuis, Piſanis copijs pace adhuc ambigua ex improuiſo Caphurem adoritur, commiſſaque pugna captum occidit, & eius nauibus quatuor exceptis, potitur, in quibus conſobrinus eius erat. His quoque malis amotis, Palatinæ turbæ oriuntur, quæ Imperatorem & probro & diuturnis moleſtijs affecerunt. Qua de re dicturo mihi, ad principium eſt recurrendum, vt narratio fiat apertior. Imperator Alexius, vt ſuprà innui, antequam rerum potiretur, à pleriſque non pacificus, ſed admodum bellicoſus habebatur. Vnde omnes augurabantur, eum non modo Romanorum hoſtes bello petiturum, ſed nec in ſubditos omnino clementem futurum. Verùm planè contrarium euenit, decepta omnium opinione: & vt pleraque omittam (ne vituperationem potius quam hiſtoriam ſcribere videar) initiò principatus proclamari iuſsit, ſe magiſtratus non venditurum, ſed delectu ex optimis habito, gratuitò mandaturum, atque id conſilium liberale & pręclarum erat, & optimæ gubernationis firmiſsimum fundamentum. Neque quiſquam eſt noſtro tempore, qui id exemplum vel imitatione conſequi, vel accedere propiùs poſsit. Verùm eius cognati, omnes auari homines, & crebris Imperatorum mutationibus nihil aliud edocti niſi furari, rapere, publica tributa depeculari, & cumulare diuitias, ſi ab aliquibus vt apud Imperatorem gratioſi, adibantur, eos ſpoliabant, & coactam pecuniam in ſuam rem conuertebant: quæ tanta erat, vt priuatorum hominum conditionem ſuperaret. Vnde cum alijs in rebus ita peccatum eſt, vt in nullo alio imperio, tum Romana Reſpublica funditus interijt, & magiſtratus peius quàm prius venales extiterunt. Cuiuis licebat præeſſe prouinciæ, & ſummum apud Romanos dignitatis gradum conſequi. Ita factum vt non modò triuiales & circumforanei homines, nummularij & inſtitores, ſed Scythæ etiam & Syri, excuſſo veterem dominorum iugo, Auguſti crearentur. Harum rerum omnium, vt dictum eſt, primaria cauſa fuit Imperatoris facilitas, ne leuitas dicam, & ingenium imperio ineptum. Eò accedebat familiarium eius ingluuies, & quorundam inexplebilis auaritia. Itaque mulieribus & cognatis eius Reſpublica ludibrio erat. Ipſe verò quid rerum gereretur, non magis norat, quàm qui in extrema Thule habitant. Hinc & ipſe gubernator peſsimè apud omnes audiebat, & proretæ ac nautæ omnes ab eo delecti, atrociſsimis diris deuouebantur. Imperatrix verò, quæ eas res non ferendas duceret, neque enim diligentiam & auaritiam eius latēre poterant) non diu ſibi quieſcendum rata, aut magiſtratus ex edicto Imperatoris non nundinandos, aut collectam pecuniam in fiſcum eſſe referendam cenſuit. Ac principiò eius inſtituti miniſtrum deligit Meſopotamitanum Conſtantinum, cuius apud Iſaacium ſummam fuiſſe auctoritatem diximus. Deinde eum marito, cui & ante principatum inuiſus, & poſt eum quoque parum gratus erat, quòd plurima in Romana Republica nouaſſet & labefactaſſet, & conturbare omnia non deſtitiſſet, reconciliat. Igitur ſumma rerum denuò ad illum deuoluta, cæterorum auctoritas elanguit, & lumen potentię cognatorum Imperatoris eſt obſcuratum. Qui

Caphures Gennenſis pirata à Ioanne Stirione oppreſſus.

Alexius expectationem hominum de ſeſe fruſtratus.

Imperatoris cognati omnia vendūt.

Euphroſyna Conſtantinū Meſopotamitanū euehit.

verò dudum ab Imperatore pro nihilo putabatur, tum omnia poterat, & vnus erat inſtar omnium, vnus omnia rectè ſtatuere, vnus omnium moribus ſe accõmodare, omnia omnibus pro dignitate poſſe tribuere putabatur, & ab Imperatoris latere nunquam diſcedebat. Eam inexpectatam mutationem, cùm alij qui priori potentia exciderant, & vt pyrilampides orto ſole ſplendere deſierant, ægrè tulerunt, tum Imperatricis cognatis Andronico Contoſtephano, cui Irene illius filia nupta erat, & fratri eius Camatero Baſilio penè ilia tumpebãtur. Proinde omiſſo Conſtantino, qui vt lapillus contra ipſos coniectus erat, totum curſum contra dominam, quæ eum coniecerat, intenderunt, & bilem ſuam euomuerunt, vltionis occaſionem quæritantes, & poſt diuturnam deliberationem & ſummam cautionem, Imperatorem adeunt, in Occidentem abiturum, & huiuſmodi orationem habent: Etſi natura fert, vt cognatis maior charitas & honos tribuatur: nos tamen ij ſumus, qui Imperatorem & Alexium plus diligamus, quàm Euphroſynam. Nam ſi is ab humana manu inuiolatus permanſerit, imperium eſſe ſaluum, cùm publicè omnibus ſalutare, tum priuatim nobis eſt conducibile. Sin te caſus aliquis inopinatus oppreſſerit, nos in communi omnium naufragio, etiam priuatim periclitabimur, iactura earum rerum omnium facta, quas te Imperatore tenemus. Hac inſinuatione vſi, argumenti ſummam ſubiecerũt, & Imperatorem velut in furorem impulerunt, eumque multo maiorem, quàm Timothei moduli Alexandrum. Aiunt coniugem tuam, domine, citra vllam verecundiam in turpiſsima facinora delabi, & adulterijs thalamum tuum inquinare. Quare veremur, ne paulò pòſt nouis rebus ſtudeat. Nam cum quo impudẽter concumbit, & ſuas voluptates explet, eum probabile eſt, eam etiam ad imperium euectum velle, & in eam rem omnes ſuos neruos intendere. Eſt igitur potentia mulieris & opulentia reſtringenda: amator verò eius, quem tute adoptaſti, illa verò inceſto concubitu ſibi iunxit, ſine vlla mora ſtatim è medio tollendus, ne poſthac ſimile piaculum admittatur. Cæterùm iniquæ coniugis pœna in id tempus differenda eſt, quo, Deo fortunante, ab inſtituto itinere Conſtantinopolim reuerſus fueris. Hæc cùm dixiſſent, & monuiſſent, viri omnium optimi ſunt iudicati, quales & pauci inueniantur, & ſummo honore afficiendi ſint. Imperator verò grauiter indignatus, talem ſibi pro ſummis meritis referri gratiam, Batazen ſtatim per ſatellitem nomine Baſtralitem occidendum curat, qui adhuc in Bithyniæ partibus agebat, Alexio Cilice adhuc rebellante. Baſtralita verò illò profectus, eum vt arcani aliquid ab Imperatore nunciaturus, longius à caſtris abducat, & ſtricto enſe cùm ipſe in eum irruit, tum ij qui ad cædem ſubornati erant eius miniſtri, membratim adoleſcentem tanquã pecudem diſſecuerũt. Id factum & crudele ſpectaculum totus exercitus ægrè tulit. Baſtralita verò caput eius capſulæ impoſitum, celeriter ad Imperatorem pertulit. Is cùm in id ante pedes ſuos proiectum calcibus inſiliiſſet, ac diu contemplatus eſſet, ſermonem habuit quem hiſtoriæ inſeri non decet. Deinde

Euphroſyna à fratre & genero adulterij accuſatur.

inſtitutũ iter perſequens, Cypſella abijt, vt Thracijs vrbibus opem ferret, quas Blachi & Scythæ populabantur, & Chryſum etiam comprehenderet, aut ſaltem excurſiones eius prohiberet, quas clàm in Serranum agrum faciebat. Erat is Chryſus genere Blachus, paruæ ſtaturæ homo, qui in Petri & Aſanis defectionem à Romanis non conſenſerat, ac potius fœdere cum Romanis icto, cum ſuis D. militibus arma eis inferebat. Sed non multo pòſt captus, vt ad populares ſuos inclinans quòd perpetuò progrederetur, & principatum ſibi parare niteretur, in cuſtodiam datur. Deinde ſolutus, & ad Strummizam tuendam miſſus, Imperatoris ſpem fefellit: eoq; oppido ſibi vendicato, finitimos Romanos grauiter afflixit. Contra eum igitur profectus Imperator, & iuſto exercitu Cypſella conuocato, paulò pòſt domum redire cupit. Ita & exercitus fruſtrà eò conuenit, & ipſe fruſtrà eam expeditionem ſuſcepit, eoque ſtatu Occidentis relicto, qui prius fuerat, ne duos quidem menſes foris commoratus, Byzantium redijt, & in palatio Aphamiano diuerſatus, inde in Philopatium tranſijt. Imperatrix verò Euphroſyne cum animo ſuo reputãs, vt apud maritum delata eſſet, eumque metuens, miſerabili geſtu manus ad omnes extendebat, obteſtans eos, quibus fidebat Imperator, vt ſui patrocinium ſuſciperent, ſuamque cauſam pro virili defenderent. Periculum enim eſſe, non modò ne per ignominiam palatio eijceretur, ſed etiam ne occideretur. Itaque plerique eius miſerti, partim ſuadere Imperatori, vt crimina vxori obiecta negligeret, & delatores eius criminari, vt moroſos, mendaces & calumniatores: partim monere, vt quod decreuiſſet, ſummo ſtudio exequeretur, ne poſtmodum argui poſſet, eam recepiſſe, quam hodie pro adultera repudiaſſet, & ipſe ſuum dedecus per totum orbem terrarum diuulgaret, ijs animantibus ſimilis, quæ cornua vibrarent, ſed non ferirent eos à quibus fœmellas ſuas iniri viderẽt. Poſthæc Blachernium palatium ingreſſus, non ſtatim ſuam iram declarauit, ſed vxorem ſuæ menſæ adhibuit, quamuis tum quoque perturbationem animi tetrico vultu, & auerſo aſpectu præ ſe tulit, & ira æſtuans, quam tamen ſubinde reprimebat, non amplius eius conſuetudine vti, nec concœnare inſtituit. Tum illa iudicium de ſe fieri flagitare, quiduis perpeti non recuſare, ſi conuicta eſſet: Imperatorem orare, vt non eloquentia & cognatione delatorum, ſed veritate & certitudine rei moueretur. Is verò ad nullam huiuſmodi rem ſe demiſit: ſed quæſtionibus de nonnullis cubicularijs mulieribus habitis, eunuchis etiam illius diligenter interrogatis, poſt dies aliquot eam, omnibus ornamentis & principatus inſignibus ademptis palatio educi iubet. Educitur illa per deſcenſum quendam vulgo ignotum, vili veſtitu, quali vtuntur mercenariæ muliérculæ, cum duabus Barbaris ancillis, ſermonis noſtri non ſatis peritis: & in cymbam coniecta, in Nemataræum muliebre monaſterium circa Ponti fauces ſitum, abducitur. Domina ſic amota, delatores eius caſum illum non prorſus ſine dolore tulerũt. Nam eadem cauſa illam detulerant, vt autoritatem eius imminuerent, non, vt ipſam imperio deijcerent, aut,

Alexij irrita contra Blachos expeditio.

Chryſus Blachus.

Euphroſyne ab Imp. in monaſteriũ abſtruditur.

Delatores Euphroſynæ reuocãdæ autores fiunt.

aut à fundamentis euerterent, neque vnquam
hoc Imperatorem commiſſurum crediderant,
cuius mollitiem, & animum quauis aura impelli
ſolitum non ignorarent. Eos igitur facti pœnite-
bat, etſi non tantum, quantum conueniebat: ſed
vulgi dicterijs & conuicijs admodum morde-
bantur. Abſuit Euphroſina VI. menſes à pala-
tio, ac prorſus abiecta, & perpetuò neglecta eſ-
ſet, niſi ij qui vulnerant, eam ſanaſſent (non eo
quidem animo quo Telephum Achilles, ſed pu-
blico populi odio impulſi, quòd nulla neceſsita-
te coacti, eam ignominia affeciſſent, à qua ipſi
honoribus affecti eſſent,) & Panaceam ad eius
reſtitutionem inueniſſent. Nam cùm omnes Im-
peratoris cognati conſenſiſſent, & Meſopotami-
ta Conſtantinus omnem, quod aiunt, lapidem
mouiſſet, ab Imperatore reuocata, maiorem e-
tiam potentiam quam prius obtinuit, nec tamen
delatores vel aperta vi, vel occulta fraude vlta
eſt: inſigni moderationis exemplo. Maritum ve-
rò iampridem à ſe abalienatum, tum verò eius
conſuetudine prorſus abſtinentem miris artibus
& blanditijs reconciliauit, vt in ipſius poteſtate
eſſet, omniaque ferè imperij negotia ſuo arbitra-
tu adminiſtrauit. Atque hæc hactenus. Conſtan-
Meſopotami tanus & ſacrificus & aulicus.
tinus autem Meſopotamiranus, (plurima enim
de Vertumno ætatis noſtræ, & homine callidiſsi-
mo ac verſutiſsimo dicenda ſunt,) elato ſuperci-
lio inſolenter incedebat ob dominæ reditum,
eaque de cauſa opinor non contentus, quòd a-
pud Imperatorem poſſet omnia, Caniclij offi-
cium, quod Iſaacio imperante obtinuerat, ac rur
ſus offerebatur, vt ſuo faſtigio inferius, renuit,
ſed ex Lectore Diaconum creari ſe voluit: non
ferendum ratus, niſi ſacras etiam dignitates con-
trectaret. Continuò quodlibitum eſt impetrat,
ab Imperatore in inclytum Blachernium tem-
plum mittitur, à Patriarcha ſtatim ex Lectore
Diaconus creatur, ſtationem & gradum princi-
pem conſequitur. Hoc confecto negotio, ſe reli-
cturum palatium, & Imperatori non amplius o-
„ peram nauaturum ſimulat. Neque enim permit
„ tere Canones, eundem & Deo ſacra facere, & ci-
„ uilibus rebus vllo modo implicari. Diſtare illa
„ inter ſeſe, neque coniungi poſſe, quemadmo-
„ dum ſeruire Deo & ſeruire Mammonæ, ex dia-
metro pugnent. Imperator verò eum vt hedera
vitem complexus, ſtatim Patriarcham Xiphili-
num priuilegio concedere cogitur, vt Meſopo-
tamitano, ſimul & Deo & Imperatori, & templo
& palatio, ſine fraude canonum, qui acerbas pœ-
nas in iſtos ambidextros ſtatuunt, inſeruire lice-
Meſopotami tani auaritia & ambitio.
at. Hoc quoque peracto, non multo pòſt Theſſa-
lonicæ pontifex deſignatur. Tantam gloriam
adeptus, homo fortaſſe non contemnendus
„ fuiſſet, nec ea mala, in quæ pòſt incidit, ipſe ſibi
„ ex parte accerſiſſet. ſi planè palatio exceſsiſſet, &
„ cupiditati ſuæ tandem modum aliquem ſtatuiſ-
„ ſet, aut de curioſitate ingenij & rerum gerenda-
„ rum cupiditate aliquid remiſiſſet. Nunc multo-
„ rum & maximorum honorũ, eorumq; inter ſe-
„ ſe diſsimiliũ inſana & infinita affectatione, etiã
„ humiliore ſtatu eſt excuſſus, vt diuina in eo pro-
„ uidentia & celſitudinis immoderatæ, & humili-
„ tatis immenſæ exemplum ſtatueret: & ad cœlos
vſque elatũ, inſigni rerum viciſsitudine ad infe-
ros deprimeret. Nam cum vitam ſibi acerbam eſ-
ſe duceret, niſi læua templum, dextra palatium
teneret, & vtraſq; dignitates, vt lapis angularis
bina ædificij latera complecteretur, à priſtino in-
ſtituto non recedebat, & ne quid ſine ſua auctori
tate gereretur, fratres ſuos tanquam clauos & ve-
ctes inſerebat, ac potius velut in aures de vtraq;
Imperatoris auricula ſuſpendebat: vt ſi quando
eccleſiaſticis conuentibus intereſſet, nullum di-
ctum aut factũ ignoraret, nec quiſquam locum
ſuum ſe imprudente occuparet. Theſſalonicam
verò profectus, & vix tantiſper ibi commoratus,
dum in ſolio collocaretur, ſumma cum feſtina-
tione Byzantium redijt. Ac ea ipſa de cauſa con-
temptor omnium euaſit, quòd vno digito rege-
bat omnia, præſertim cum Imperatore rurſus con
tra Chryſum profecto, ſuo conſilio, induſtria &
opera, omnibus rebus contra ſeditioſum quam
optimè adminiſtratis, magnam ingenij laudem
eſſet conſecutus. Vnde quemadmodum Hippo- „
crates optimam corporis habitudinem, quòd diu „
in eodẽ ſtatu permanere non poſsit, periculoſam „
eſſe affirmat, ita etiam Meſopotamitano accidit, „
qui dum ſemper creſcere ſtudet, dum nullũ glo- „
riolæ modum ſtatuit, inſtar culicis illius, vt fa- „
Meſopotami tanus ſublatus in altum caſu grauiore ruit.
bola narrat, poſt leonem oppugnatum, exiguo
araneæ filo implicatus, omnem gloriam ami-
ſit, & dum in pauperes imperium exercet, in-
clinatus concidit, vt eſt in Pſalmis Dauidicis.
Nam ij quorum capitibus vt Comicus ille pu-
lex inſultarat, & quibus veluti mãcipijs tantum
non colaphos infregerat: non paruo cœtu coa-
cto, & criminibus parum ſanis cõcinnatis, Impe-
ratorem adierunt, & eius facilitate ac leuitate
(nam quouis verbo flectebatur) ad rei odium
abuſi, acriter hominem inſectati ſunt. Ex eo non
modò vt paruus globus robuſta machina palatio
facilè excuſſus eſt, ſed pontificatu etiam deie-
ctus, vno ventroſo ab omnibus accuſatore dele-
cto. Michaelem Stryphnum claſsis præfectum in
telligo, cui vt omniũ auariſsimo peculatori, &
publicam pecuniam hiãtibus faucibus deuoran-
ti, in primis Meſopotamitanus aduerſatus fue-
rat. Verùm hoc quanquam graue, non tamen a-
deo graue eſt, aliquẽ incomperto crimine, cùm
alio munere, tum verò ſacerdotio re maxima pro
pter improbæ linguæ ſuſurros deijci: illud verò
nullam prorſus habet excuſationem & inſignem
ſtulticiam arguit. Nam cum alius Theſſalonicæ
pontifex creandus eſſet, deliberatio de Meſopota
mitani abſentis abrogatione in quæſtionem vo-
catur, & cum in ea criminatione quædam capita
claudicare, nec ſatis firma eſſe ad pontificatus ab
rogationem viderentur, Patriarcha ſiue iuſſu Im
peratoris, ſiue Meſopotamitani odio, ſiue alia de
cauſa mihi ignota, temerè, & contra officium ali-
quot primarij ſacerdotibus ſecum adductis, &
in iudicum numerum, quibuſdam malè feriatis
hominibus relatis, qui beneuolentiam Impera-
toris per fas & neſas captabant, abrogationem de
cernit, & prætermiſsis antè quibuſdam crimini-
bus, quæ vtique conuictum omni ſacro miniſte-
rio pellerent inſertis, id decretum in chartophy-
lacium refert, dato exemplo eius Chryſantho,
cui Theſſalonicæ gubernatio cõmiſſa erat. Quæ
acta cum ſummũ dedecus haberent, tamen erant

matis, & maioribus dolotibus ſubſecutis, medici non ſingulatim, ſed omnes ſimul cõuocati ſunt, cognatis eius metuentibus, ne decurſus humotum ad crura impeditus, principali aliquo membro inſeſſo, necem illi ſubitò inferret, & imperium præter expectationem ad alium transferretur. Ac medici pharmaca ei præbere decreuetũt, vt commotio ſimul & redundantia humorum egeſtionibus ſiſteretur. Itaque medicamenta ſingulis ferè diebus temperabãtur, neq; ſane fruſtra erant. At Imperatrix Euphroſyna, quãquam de valetudine mariti, vt par erat, ſolicita: tamen cum ijs quibus arcana ſua committebat, de ſucceſſore imperij magis deliberabat, ne is ſibi inimicus & infenſus eſſet, ſed potius amicus. Nam Imperator filium non habebat, ſed duas duntaxat filias, eaſque viduas. Nam Irenes maritus Andronicus Contoſtephanus obierat. Auna verò vt natu minor, ita forma præſtantior, Iſaacio Comneno nupta fuerat, qui in Myſia in vinculis obijt, vt ſuprà narrauimus. Igitur alij atque alij Imperatores nominantur, ſed omnes qui ijs opportuni eſſent, à quibus nominabantut. De eo verò deligendo, qui Rempublicam optimè & è dignitate Romanotum adminiſtraret, nemini quicquam in mentem veniebat. Vnde vecordes homines, etiam infantes in cunis adhuc vagientes deſignabãt. Ex nobilitate & opibus claris Manuel Camyzes Protoſtrator, auunculo ſuo Ioanni Sebaſtocratori aduerſabatur. Is verò viciſſim illũ impediebat. Tres verò Imperatotis fratres ab Andronico excæcati, & eorum ſororius Ioannes Cantacuzenus, & ipſe orbus oculis, filijs ſuis fauebant. Erant etiam qui Ponticarum nucum, & ſuillarum carnium reliquias adhuc in déribus geſtantes, imperium haud diſsimulanter & amarent & ambirent, & curioſos in id oculos defigerent, ſeu pronubis ſeu leonibus vtentes hominibus circumforaneis, qui ventri ſeruiebant, & pecunia facilè corrumpebantur. Quanto deterius eſt ſuffragium multorum quàm vnius? O celebre Romanorum imperium, & omnibus geutibus admiranda & adoranda Maieſtas? quales tyrannos pertuliſti? quibus iniurijs exagitata es? quales amatores in te inſanierunt? quales homines es amplexa? qualibus te ſubſtrauiſti, & oſcula præbuiſti? quales corona & diademate, & purpureo calceo exornaſti? Grauiora vtique ab illis pertuliſti, quàm Penelope à procorum frequentia. Nimirum ab omni parte ſimilis es regiæ matronæ feliciſsimæ, forma venerabili, iuſta magnitudine, vultu venuſto: ſed captæ impudentium armatorum manibus, quos cordati homines vix centuſſe liceantur, qui magnificẽtiam illius æſtimare nequeant, celſitudinem non reuereantur, nobilitate nihil moueãtur, aliquãdo etiam eam per contumeliam in nefarium cubile pertrahãt. Hei dedecus, hei flagitium, qualia perpeſſa es? qualis viſa es? facies meretricis, ô inclyta & celebris Maieſtas, cõtigit tibi. Euanuit naturalis illa tua pulchritudo, & vultus verecũdia, & frugi pridem & modeſta vitæ ratio. Nunc facies tua luxu & fucis eſt corrupta, ad delicias exorbitaſti, ad mores diſſolutos deflexiſti. Nam qui tibi vim fecerunt pridem citra curam formoſæ, vultu admirabili & amabili præditæ, ad meretricium habitum te redegerunt. Quando iſtam deformem formam exues? quando accerſitum aſpectum & greſſum mutabis? Quis te à tyrannicis iſtis amplexibus per vim vindicabit, & ad veterem caſtimoniam & libertatem reducet? Nam nunc quidem parũ abeſt, quin te rideamus potius quàm miſeremur, eorum vtentem conſuetudine qui te dedecent, atque id opprobriũ intuẽtes, vereamur, ne prorſus delearis, & ad extremũ corruas.

Imperatricis deliberationes de ſucceſſore Imperij.

Deploratio Rom. Imperij.

Sed ad inſtitutum redeamus. Imperator nõdum planè recuperata valetudine, cùm pedibus nondum inſiſtere poſſet, Cypſella abit, rebus ad bellum gerendum neceſſarijs inſtructus. Verùm illo adhuc malè affecto, Scythæ cum cohorte Blachotum Iſtro traiecto, Thracia oppida Meſenæ & Zurulo finitima in ipſo D. Georgij martyris feſto ſubita incurſione populantur. Ac decreuiſſe Barbari, & eam teſſeram à ducibus accepiſſe ferebantur, vt Cuperij conuenirent. Locus is eſt non procul Zurulo diſsitus, vbi tum feſtum martyris magna hominum frequentia celebrabatur, ſed manè humili nebula orta, maxima Barbarotum pars in alia loca eſt delata, & vſque ad maritimam Radæſtum deſcendit. Pars tamen eotum quædam in Cupetium irrupit. Cæterùm multitudo quæ ad feſtum conuenerat, potius rata vim propulſare, quàm tolerare, curribus templum vallauit, & primæ Barbarorum incurſioni aditum facilè interclusit: cum Scythæ pagos oppugnare non ſolerent, & nunc etiam vrbium munitiones declinent, vt qui turbinis inſtar primo duntaxat impetu obuijs quibuſque vaſtatis domum ſeſe recipiant. Eos tamen, qui omiſſo templo Zutulum perebant, omnes interceperunt. Verùm vniuerſi malorum expertes fuiſſent, niſi perditiſsimus Racendytes, qui colligendi vectigalis ergò venerat, Branæ Theodori, qui ei prouinciæ præerat, monita ſpreuiſſet. Edixerat autem, ne populus ad feſtum conueniret, & Scytharum incurſionem indicaret: optione data, vtrum dicto audientes & incolumes eſſe, an ſpretis ſuis monitis perire mallent. Nunc is, qui mũdo prorſus renunciarat, qui planè à terrenis rebus auulſus erat, Chriſtiano pallio vltrò induto, veritus ne ſibi æreus ſtater diſperſo populo elaberetur, literas eas in ſinu abdidit, & in nigra veſte tanquam in tenebris occultauit, & populo prædixit, quaſi vates eſſet, homo corradendi nummos & nundinandi peritior, eos nihil mali paſſuros: famam ſæpe veritatem opprimere, neq; certi quicquam afferre. Scythas autem cum magna præda recedentes, Romanus exercitus qui Bizam tuebatur, aggreditur, cædit, in fugam conijcit, maximam prædæ partem recuperat, eam tamẽ non diu tenet. Nam Romanotum naturalis & inſana & in rebus minimè conuenientibus contumax auatitia, victoriam corrupit, qui cùm toti in eo eſſent, vt Scythis prædam ex agro Romano receptam extorquerẽt, eos qui fugiebãt in ſe conuerterunt, & viciſſim fugati ſunt.

Schytarum in Thraciam irruptio.

Racendytes monachus auarus.

NICETÆ CHONIATÆ LIber tertius, *de rebus geſtis Alexij Angeli, in quo clades vrbis etiam referuntur.*

Alexij cõtra Chryſum expeditio. Proſacum caſtellum.

HIs ita geſtis, Imperator Cypſellis Theſſalonicam proficiſcitur, inde contra Cbryſum iter intendit, qui Strumiza ſibi venditata, caſtellum quoq; Proſacum & natura & opere munitiſsimũ, pro regia occupauit. Sunt eoim ſolidæ rupes biſidæ, inter ſe contiguæ, in quas vnus patet aditus anguſtus, difficilis & præceps, reliquus ambitus rupium vel capreolis inacceſſus eſt, & Axius profundus amnis eas, quod mirere, circumfluit. Deinde ars æmula naturę, penè inexpugnabiles eas fecit, & firmiſsimis mœnibus in aditu ſtructis mirabile propugnaculũ abſoluit. Id caſtellum Romani olim nihil de Bulgaris ſoliciti, deſertũ & neglectum iacere paſsi ſunt. Chryſus verò domicilium ibi tutiſsimum conſtituit, præſidio veteranorum impoſito, tormentis in circuitu diſpoſitis, & cómeatu abundè importato, greges & armenta in verticibus montium vagari & paſci ſiuit. Neq; enim caſtelli ambitus facilè comprehendi poteſt, qui longè lateq; patet, ſaltibus etiam & nemoribus floret. Vno tamen bono, eoq; ſummè neceſſario & præſtantiſsimo caret, quòd ne vna quidem aquæ gutta ibi ſtaturit, nec foſsiles putei ſunt, ſed ad flumen deſtendendum, & hydrijs aqua haurienda eſt. Chryſus igitur tali caſtello potitus, Imperatoris contra ſe expeditione nihil territus, ad reſiſtendum ſe parauit.

Deliberatio de Proſaci oppugnatione.

Romani verò rei militaris periti (ſi qui fortè ſupererant) & ſitus locorũ non ignari, monebãt Imperatorem, vt pręterito Proſaco, reliqua oppida & pagos Chryſi inuaderet, & ijs expugnatis demũ ad illud caſtellũ accederet. Sic enim & exercitum fore fidentiorem victoria, & pręda ex minus firmis caſtellis parta, & ipſum Chryſum vi belli vrgente, aut conſilium mutaturum, remiſſa pertinacia, aut de rebus ſuis deſperaturum. Cęterùm in arcem inexpognabilẽ principiò facere impetũ, & cũ pręruptis petris dimicare, cùm vanum eſſe, tum cruentis ſudoribus & multis ęrumnis & cędib. plenũ. His ſpadones Georgius Oenęotes in primis & imberbes adoleſcentuli acriter aduerſati, Imperatori perſuaſerũt, vt rectà ad Proſacum adduceret exercitum, quo capto, oihil deinceps poſſe reſiſtere, præſertim cum nihil impediret, quo minus arcẽ belli inuaderet: nec quicquam eſſet, quod hoſtẽ per ambages quærere cogeret. Præterea neminẽ eſſe qui in barbaritis & fœdis illis locis diutius commorari ſuſtineat, nullo aut exiguo cum fructu, ficuum & peponũ tempore ioſtante, & cæteris pomis matureſcentibus,

Propontidis amœnitas.

quibus Propontis vt Paradiſus Dei manibus conſitus abuodet. Vtinam (inquiũt) in Rbegij planicie eſſemus, & Aphameam cerneremus, vt ſacra Conſtantinopoli ſalutata, in Propontidis amœnitates nauigaremus, quà lenes & fœcundæ Aquilonis aurę iugiter perflant, vbi piſces recentes palpitant, vbi delphines iucundiſsimè ſaltant, vbi lauacra paſsim arridẽt, vbi limpidorum riuulorum flexus ſpectatorem exhilarãt, vbi auribus obambulantium, garritus hirundinum, & cantus luſciniarum, cæterarumq; auium blandiuntur. Igitur imperator laxis habenis ad Proſacum fertur, quã ſi oculis ea vſurpaſſet, quæ auribus acceperat: obiter tamen caſtella quædã euerſa ſunt, & horrea & ſegetes incenſæ: & à Perſis, quos Ancyranus ſatrapa Imperatori auxilio miſerat Blachi aliquot capti. Tum orthodoxæ fidei cultores Imperatorem obteſtati ſunt, ne à Turcis, homines qui eundem Deum colant, quèm nos veneraremur, abduci vllo modo pateretur, ne religionẽ abiurare coacti, Deum contra eos à quibus dediti eſſent, inſtigarent: ſed Blachis in Romanorũ ſeruitia diſtributis, Perſæ qui eos cæpiſſent, alijs largitionibus placarẽtur.

Captiui Turcis dediti.

Verùm ille planè renuit, & caſtris ad Proſacum poſitis, ſtatim oppugnationem tentare inſtituit.

Proſaci oppugnatio.

Ac Romani opera edebãt præmio & admiratione digna, ſpem omnẽ alacritate ſuperantes. Nam alij clypeis & ſtrictis enſibus muniti, alij arcus & ſagittas geſtantes, in arduos caſtelli tumulos arrepebant: & mœnium defenſores, facti propiores impetebant. Deniq; poſt fatigationẽ & cædem multam, barbaros munitione recens portis obducta depulerunt: erant etiam qui per præcipites tramites funibus ſeſe attollẽtes, & in rupibus inſtar caprearum hæſitantes, mœnia tranſcendere, & in ipſam arcẽ euadere niterentur. Sed cùm propugnatoribus profligatis, & in caſtellũ compulſis, ſe rem ſalutarem & pulcherrimam confeciſſe putarent, tum demũ laboris ſui vanitatẽ intellexerunt. Nam cũ ligones ad mœnia diruenda poſtulaſſent, nemo fuit qui ea inſtrumẽta ſuppeditaret. Cæterùm nihilominus in opere perſeuerantes, fabrûm pręfecto ſuccẽſebant, & manibus ac gladijs pro ligonibus vſi, ſaxa è compagibus eruebant, & pinnas aſsiliẽdo reuellebãt. Sed cùm res tardius procederet, & ipſi ex ſuperiore loco malè tractarentur, vix tandẽ armamentario præfectus ſpado ligones in vnũ faſcem colligatos attulit. Cùm autẽ homo execrandus ſtatim ſubmergendus fuiſſet, aut ſaltẽ grauiter obiurgandus, vt milites pugna, labore, & æſtu ex ardore ſolis afflicti, nonnihil recrearentur: Imperator propè inuito ſimilis, murmure labiorum duntaxat ſimulata iracundia, animos fortiũ illorum virorũ deiecit. Deinde ſcalæ etiam ad ſumma mœnia cõſcendenda flagitãtibus vix tandẽ datæ ſunt. Itaq; inani labore ſe cõfitere nolẽtes non ſpontè inde receſſerunt. Alioqui caſtellũ, vt Blachi obſeſsi poſtmodum affirmarũt, citra controuerſiã expugnatum, & Chryſus ipſe captus eſſet, & Romani magnam laudẽ conſecuti, multis poſtea laboribus caruiſſent, ſi inſtrumenta ad diruendũ murũ idonea ſtatim in promptu fuiſſent. Nunc vel officij neglectus, vel Deus ipſe (is verò veniã concedat, „ in ſua iudicia temerè inquirẽti) ijs hominib. offenſus, „ illis conatibus obſtitit. At eo die Romani „ ſic à pugna diſceſſerunt, qua poſtridie renouata, Barbaros fortiter & inſolẽter ob heſternũ caſum pugnãtes reperẽrũt, nec pauci ex noſtris tormentorũ ſaxis icti, ex ſuperiore loco ſolerter emiſsis, ceciderũt. Nam qui eas machinas inſtruebat, ſolertiſsimus artifex principio Romanis mercede inſeruierat, tũ verò ob non ſolutũ ſtipendium ad Chryſum defecerat. Neq; verò globis duntaxat machinarũ, ſed ſaxis etiã ſupernè deuolutis, noſtri affligebãtur. Ea quoq; ſaxa quę primo impetu corpora nõ attingebãt, cũ eminentib. rupibus

alliſa,

allisa, in plurima fruſta diſsilirent, liucatque illuc ſparſa lethiſerum erant malum: & Barbari noctu clàm è caſtello egreſsi, machinas quas Romaui in tumulis diſpoſuerant, deiecerunt: & excubias territas ad Protoueſtiarij Ioannis tentorium fugientes adepti ſunt, vt is quoque ſomno excuſſus, ſtatim è lecto ſurgeret, & trepidus fugeret. Prædam in eius tabernaculo repertam partiti, in qua etiam virides calcei erant, inſigne dignitatis illius, per totam eam noctem res Romanas deriſerunt & ſubſannarunt. Præterea vacua dolia demittẽdo, ſonitu exercitum, quid rei eſſet in tenebris ignarum, perterrefaciebant. Quamobrem cum Imperatot non ſuccedere inſtitutum ſuum cerneret, nec alioqui diutius immorari cõſtituiſſet, per pactiones Chryſo Strummiza & Proſaco finitimiſq; regionibus cedit: & quamuis vxorem habenti, quandam ex cognatione ſua ſe ei deſponſurum promittit. Byzantium reuerſus, Protoſtratoris filiam à marito ſeiunctam, Chryſo per Sebaſtum Conſtannnum Rhadenum mittit. Sponſalibus peractis & nuptiali conuiuio appoſito, Chryſus ſtrenuè potabat & comedebat. Vxor verò eius obſeruata ſponſarum conſuetudine, nihil attingebat: & cum ab eo veſci iuſſa, non ſtatim paruiſſet, ira inflammatus, & multis barbaris verbis per indignationem obmurmuratis, tandem per contemptum græcè dixit. Neque edito, neque bibito. Sub id tempus Scythæ in quatuor exercitus diuiſi, maiori cum terrore quã vnquam prius per totam Macedoniã ſunt graſſati: munitis etiam vrbibus, & montium cacuminibus tentatis, ac monte Gano perueſtigato, multa monaſteria diripuerunt, multos monachos occiderunt, nemine cum eis ob multitudinem eorum ex periculi metu congredi auſo. Imperator verò cum filias ſuas ob adoleſcentiam & formam ſecundas nuptias deſiderare videret, delectu ex omnibus gentibus Chriſtianis habito, eos principes præferebat cæteris quos metuebat. Tandem eo conſilio omiſſo, Romanis eas deſpondit, Irenem Alexio Palæologo, cum prius formoſam vxorẽ repudiaſſet: Annã Theodoro Laſcari, adoleſcẽti animoſo & bellicoſiſsimo. Eæ nuptiæ cum ſub Carniſpriuium celebrarentur, Imperator qui decurſionibus equeſtribus ſuperſedere ſtatuiſſet, ſponſis ſpectacula flagitantibus, vt & ſibi ipſi, & generis morem gereret, nec magnum palatium, nec ſtadium ingreditur, ſed curribus in Blachernium palatium translatis, theatrum ex tempore inſtituit, organa Muſica in fornicibus diſponit: præfecti vrbis perſonam ſuſtinere iubet Eunuchum quendam, opulentiſsimum & ſummis magiſtratibus præditum, ordinis ſenatorij hominem, cuius nomine libens parco. Is fabrica, quæ vulgò Ligneus aſinus dicitur, auratō & picturato ſago tecta ſuccinctus, extemporale illud theatrum ingreditur: ac eundem equitem magnificè incedentem, & equum leniter progredientem, & hinnientẽ: & paulò pòſt, vt olim hiſtriones, depoſita equeſtris pręfecti perſona, peditem videres. Qui gymnicos ludos frequentabant, nõ erant homines circumforanei & triuiales, ſed adoleſcentes patricij. Ea ſcenica & ridicula ludicra, Imperator & imperatrix ſpectabant, vnà cum cognatis & honoratioribus miniſtris, cæteris omnibus excluſis. Cùm tempus currendi adeſſet, eunnchus medium locum tenens, manibus ad cubitos vſque nudatis, & argenteo tegmine capiti impoſito, tertiùm adoleſcentes ad curſum prouocabat. Quidam verò nobilis & dignitate illuſtri præditus adoleſcens à tergo eius ſtans, totius eius nates & femora planta pedis clarè feriebat, quoties ille confidens certaminis ſignum dabat. His puerilibus ludicris nondum abſolutis, triſtis nuncius Philippopoli affertur, de Ibanci defectione. Is vt ſuprà diximus, nomine in Alexium mutato, deſponſaque nepte Imperatoris, maiorem quàm decuit autoritatem nactus, & cohortibus præfectus quæ blàchis ad Philippopolim reſidebant, ac potius locorum illorum dominus factus, ſuo arbitratu regebat omnia: quippe homo callidus & ſtrenuus, facilè quicquid animo deſtinaſſet exequens: & populares ſuos liberalibus donatiuis ſaginatos, & armis exornatos ad bellum exercebat, & loca monti Hæmo finitima firmis caſtellis ita muniebat, vt ea hoſtes penè inuadere non auderent. Quamobtem ab Imperatore collaudabatur, & magni fiebat, multis ampliſsimis muneribus afficiebatur, audiebatur libẽter: quicquid petijſſet, impetrabat. Aulici verò, illius viri facta, egregia & vtilia quidem eſſe fatebantur, ſed ad Romanorum vtilitatem referri negabant, & Imperatori authores erant adimendi ei magiſtratus. Neque enim hominem Barbarum, paulo ante Romanis infeſtiſsimum, vſque adeò ſubitò mutatum eſſe, tantamque beneuolentiam concepiſſe, vt noua caſtella & oppida in opportunis locis extruat. Neque eum cohortes Blachicàs auctutum, Romanis imminutis, & aliquando etiã vt inutilibus à pugna remotis, niſi regni cupiditatem aleret. Neque enim omnes ea quæ pectore lateant, ore proferre: ſed ipſa facta ſæpenumero omni oratione euidentius animi receſſus declarare. Verùm ſurdo (vt aiũt) fabula narrabatur, Imperator enim neptis ſuæ Theodoræ ſponſalia ſatis firmos quaſi obſides ratus, de integritate & fide Alexij nihil dubitabat: malefica quapiam vi hic quoque, vt opinor, mentis oculos perſtringente, cuius impulſu res Romana ſubinde ruit in peius. Vt autem non multo pòſt id euenit, quod timebatur, eo inopinato nuncio attonitus, & inops conſilij, ob difficilem exercitus conuocationem, ad ſeditioſum ſtatim ſpadonem quendã ei familiariſsimum mittit, qui pacta & conuenta in memoriam ei reuocaret: & quod nihil vnquã ex eo tempore, quo ſe ad Romanos contuliſſet, moleſti aut ſpei ſuæ contrarium perpeſſus eſſet, admoneret, neque enim de eo reconciliando deſperabat. Eum nõ longo interuallo ſecuti ſunt, Imperatoris generi, cum omni miniſtrorum & cognatorum comitatu. & militibus qui in palatio reperiebantur. Sed nefarius ſpado ad eum profectus, non modò nihil quod ad rem pertineret confecit: ſed illum ſua præſentia vt cœpta perſequeretur, magis confirmauit, cum temerè effudiſſet Romanos eueſtigiò illum inuaſuros: & monuiſſet, vt campeſtribus relictis, ſalutem ſuam & populatium montanis locis committeret. Imperatoris verò generi, & Protoſtrator Manuel Camyzes, alacritate & æmulatione mira ſeditioſum perſecuti ſunt; ſed opportunitate ob prædã

Chryſus ex hoſte fit affinis.

Scytharum incurſio in Macedoniam.

Alexius Palæologus, & Theodorus Laſcaris, generi Alexij.

Ibanci defectio.

Expeditio contra Ibancum.

fugatam amiſſa, contentionem remiſerunt. Ac feruidioribus ſic etiam placabat perſequi, & in montibus quærere Alexium. Prudentiores autẽ haud conſultum putabant, aquilæ veſtigia montes & rupes peruolantis conſectari, aut volumina ſerpentis in ſaxo quæritare, aut aprum dentatum, qui pectus ſæpe iaculis obtulerit, ad pugnam irritare, ſed oppida ab Alexio inſtaurata & condita recuperanda eſſe. Quo conſilio prælato, caſtellum, in loco qui Crizimus dicitur, ab Alexio conditum oppugnauit: vbi Romani promptiſsimè & fortiſsimè dimicantes, multos viros fortes, quorum princeps erat Georgius Palæologus, in admouendis ad mœnia ſcalis, amiſerunt. Tandem eo expugnato, etiam alia quædam oppida deinceps, alia ſanguine profuſo, alia deditione ceperunt. Alexius verò callidus homo & ſolers bellator, cùm alia plurima diſciplinæ militaris ſpecimina edidit, tum vno inſigni ſtratagemate præter alios, ipſum etiam Protoſtratorem cepit. Nam plurimis pecoribus ex ſpeculis in cãpos agi, & à popularibus ſuis cum parte Romanorum captiuorum in Hæmum ad Ioannem Zagotæ principem, cum quo fœdus contra Romanos inierat, muneris loco & grati animi ergò ducis iuſsis, Romanis inſidias collocauit, rapacitatis & auaritiæ eorum & charitatis erga ſuos non ignarus, præ quibus etiam ſalutem ſuam neglecturi eſſent. Nec eum fefellit opinio. Nam paulo pòſt Protoſtrator eo nuncio accepto, Bratrachocaſtro, vbi ſtatiua habebat, Bactunium profectus, ſpecie rei decipitur: & non animaduerſo Alexij dolo, exercitum ea quæ in cõſpectu eſſent, ſpoliare iubet: ipſe equo non bellico circumiens, ſpectatorem agit. Tum verò ex inſidijs conſurgit Alexius, & Protoſtratorem circumuentum, diductaque ſuorum acie veluti caſsibus implicatum capit. Hoc deſertotis commento Romani exercitus reliquiæ prorſus eneruatæ: ij verò qui defecerunt elati ſunt. Neque iam Romani eum laceſſere aut aggredi audebant: ſed iuxta Philippopolim verſantes, bene ſecum agi putabant, ſi vrbem defendere poſſent. Verùm Alexius, oppidis & caſtellis, quæ in altiſsimis montibus eregionè Hæmi ſita, nec minus impeditis itineribus firma ſunt, ſuo arbitratu conſtitutis, nec cætera quidẽ tranquilla eſſe patiebatur, ſed quæ ad Moſynopolim vergunt, ad ipſam vſque Xanthiam, Pangæum montem, & Abdera, ad defectionem impulit, & Smolenorum prouinciam ſubegit: & finitima quæque inſtar contagioſi morbi depaſcendo, Romanos partim cepit, partim ſuſtulit, partim precio dimiſit: populares verò ſuos vltrò deditionem facientes, priſtinas tenere ſedes paſſus eſt. Cum ita ſubinde creſceret, prioribus hoſtibus longè peior & crudelior extitit, ad eam progreſſus immanitatem, quam Barbari pleriq; fortitudinem eſſe cenſent, vt in compotationibus captiuos Romanos membratim diſſecaret. Imperator verò factis ſuis declarans, ſe Protoſtratoris captiuitatem ſingulare fortunæ beneficium iudicare: maximis eius opibus, ac planè regijs direptis, nec vlla re imperueſtigata relicta, vxore quoque & filio eius in vincula neſcio quo conſilio coniectis, Cypſella proficiſcitur. Eodem tempore dogma de diuinis myſterijs vulgatum, Chriſtianos in factiones diuiſit. Vnde in foro & triuijs res veneratione & ſilentio dignæ, palàm contemnebantur. Nam Georgio Xiphilino 7. annis patriarchatu functo, Ioannes Camaterus ſucceſsit: qui cum opinio quæ ſub Xiphilino pullularat, radicitùs extirpanda, & eius autor, nequam monachus Sicidites, vt hæreſiarcha & homo ſeditioſus condemnandus fuiſſet, & alijs ipſius exemplo ſilentium imperandum, vt myſterium rurſus eſſet myſterium: diſſerendi arte & demonſtrationibus quæ aduerſarium conuincerent, in rebus ingenij humani captum excedentibus, & artificium reſpuentibus, vſus eſt. Compoſuit etiã orationes Catechiſticas, quæ dies ieiuniorum inſtare nunciarent, & ſacerdotes ad id certamen exhortarentur: mentione inſerta, quem dogma illud ortum habuerit, & quid ſentiat ipſe expoſuit: aduerſariorum verò dicta planè ſilentio diſſimulauit, refutationem, vt arbitror, verius: & ea tribuit aduerſarijs, quæ neque norant, neque vnquam cogitarãt. Nam cum in quæſtione eſſet, vtrum Chriſti corpus poſt perceptionem incorruptibile ſit, quale poſt paſsionem & reſurrectionem fuit, an corruptibile vt ante paſsionem: alij dicebant, incorruptibile eſſe, quòd diuinorum myſteriorum perceptio confeſsio ſit, & recordatio quædam Domini propter nos mortui & rediuiui, vt magnus in Theologia Cyrillus tradit: quam partem quiſq; acceperit, ab eo Chriſtum integrum percipi, quem Thomas palparit eumq; comedi poſt reſurrectionem, vt Ioannes Chryſoſtomus affirmat, his verbis: O rem miram. Qui ad dexteram patris ſedet, in noſtrum peccatorum manibus inuenitur. Item, Quamcunq; partem acceperis, eum totum accipis, qui à Thoma palpatus eſt: & alio loco: Floruit in lege, adoleuit in prophetis, maturuit in cruce, comeditur poſt reſurrectionem. Neque enim aliud id eſt quod percipitur, quàm illud corpus, quod morte ſuperata vitam noſtram auſpicatum eſt. Vt enim parum fermenti totam maſſam fermentat, & ſibi ſimilem & parem reddit, vt D. Apoſtolus ait: ſic immortale factum Dei corpus, cum in noſtro corpore fuerit, totum id in ſe commutat & transfert. Ait & magnus Eutychius: Totum igitur ſacroſanctum corpus & precioſum ſanguinem Domini accipit homo, etſi horum partem aliquam acceperit. Diſtribuitur enim impartibiliter inter omnes propter immiſtionem, vt vnum ſigillum omnes imagines ſuas omni materiæ imprimit, & vnum manet etiam poſt communicationem, non imminutum, non mutatum in ea, in quibus expreſſum eſt, & ſi numero plura fuerint: eodemque modo vna vox ab aliquo prolata & in aere diffuſa, in eo qui eam protulit tota manet, & per aerem tota ad aures perfertur, nemine auditorum plus minuſue percipiente: ſed tota eſt indiuiſibilis, & integra apud omnes, & ſi 10. milliũ numerum ſuperent, quamuis ipſa corpus ſit. Neque enim aliud eſt vox quàm aer ictus. Nemo igitur ambigat, quin incorruptibile poſt myſticum ſacrificium & ſanctam & immortalem reſurrectionem, ſanctum & viuificum corpus & ſanguis Domini per ſacrificia in res ſolidas impoſitus minus, quàm commemorata exempla ſuas vires minuens, exprimatur, & totus in totis inue-

Protoſtrator Ibancis ſtratagemate captus.

Protoſtratoris opes direptæ.

Controuerſia de Eucharistiæ eſſentia.

Chryſoſtomus Eutychius & Cyrillus de Eucharistia.

inueniatur. His ergo hæc proferentibus, & alia plurima teſtimonia Eccleſiæ citantibus: alteros, id myſterium non confeſsionem reſurrectionis, ſed ſacrificium duntaxat eſſe, & proinde corruptibile & amens & inanime. ad quod qui accidat non totum Chriſtum percipiat, ſed partem, vt qui partem percipiat. Nam, ſi, inquiunt, incorruptibile eſſet, etiam mentis eſſet particeps, & animatum, & intactile & inaſpectabile, neque dentibus ſcinderetur & moleretur, & in ſcindendo nullam omnino moleſtiam aut dolorem ſentiret. Præſertim cum ſacrificus dicat. Qui comedit me, viuet. Quemadmodum miſit me pater, & ego viuo propter patrem. Quaſi cum malo animo & voluntate tantam ignorantiam & vecordiam ſe coniunxiſſe faterentur. Nam baptiſma pro ſimilitudine mortis Chriſti, ſepultura eſt & emerſio. Quicunque enim in Chriſtum baptiſati ſumus, Chriſtum induimus, & in mortem eius baptizati ſumus. & diuinorum myſteriorum efficacia per Dei adorationem & inuocationem & gratiæ cœleſtis deſcenſum perficitur. Quæ & id genus alia improborum hominum verba, vt impia & inutilia prætermiſimus. Nam quaſi etiam corporum reſuſcitationem improbarent dicebant: ipſi viderint, quomodo nos poſt reſurrectionem nullo modo ſub tactum, aſpectum, & figuram humanam caſuros affirment, ſed incorporeas vmbras volaturos: & Chriſti per clauſam ianuam ingreſſum, nō miraculum, ſed aliquid cognatum & aptum reſurgentibus ex mortis eſſe aſſerebant. Ac tale nihil prorſus in ſcriptis reperitur, ſed agitatio impudens, & nullis nixa teſtibus quaſi dicerent, ex ipſa vnione & communione dominicum hominē incorruptibilem eſſe factum, propterea q; ſentirent. id etiam quod perciperetur, eſſe incorruptibile.

Hæc vetuſtus codex interſerit.

Ibancus periurio Alexij capitur.

Cæterum Imperator meliori aſſenſus parti, Cypſella, vt dixi, profectus, & congregato ibi exercitu aſſumpto, Oreſtiadem contendit: ibiq; complures dies commoratus, inops conſilij erat. Nam deſertorem oppugnatu difficillimum eſſe: exercitum ſuum timore perculſum, audita duntaxat voce hoſtium emori: Imperatoris aduentum vulgo ridiculum haberi, nomen ſine vllis ſucceſsibus, & Barbari audaciam retrocedendo magis inualeſcere videbat. Tamen temporum difficultates vtcunque leniendo, Alexium per fideliſsimos ſuos tabellarios ad pactiones inuitat: aliquando etiam per dolum necem ei machinatur, neq; à bello penitus recedit. Itaq; cum exercitu in Philippopolitanum prouinciam profectus, circa Stenimacum caſtellum, quò multi Barbari confugerant, caſtrametatur. Quo legionibus circundato, & vi expugnato, captiuos in ſeruitutem redegit. Deſertor verò nec ipſe ad Imperatorem venire, nec aliter de Pace quicquā audire voluit, niſi Imperator dato diplomate vrbibus & agris ei cederet, quas ante occupaſſet, & deſponſam Theodoram cum imperatorijs inſignibus mitteret. Pactionibus & iureiurando vix tandem de Alexij ſententia confectis, Imperator conſilium init haud ſcio an ducibus & Imperatoribus dignum, quibus iuriſiurandi religionem cæteris rebus omnibus antiquiorem eſſe decet. Nam Alexium, ſacroſancto Euangelio miſſo per generum natu maiorem Alexium ad ſe pellectum, dato, vt dixi, vtrinq; iureiurando, in vincula coniicit: Dauidica illa ſententia, Cum ſancto ſanctus, & cum peruerſo peruerſus eris, abuſus. Inde vrbibus & caſtellis citra laborem potitus, fratrem eius Mitatum in exilium mittit.

Euphroſyna Contoſtephano oppreſſo, magiæ dedita.

His peractis, Byzantium reuerſus, coniugem Euphroſynam, non ocioſam deſediſſe domi reperit, ſed homines factioſos & peculatores vitiliter vitam, cuiuſdam Contoſtephani conatus oppreſsiſſe, nō contemnendum ſanè facinus, ſed (vt mulieris) potius admiratione dignum, ſi is ſexus intra certos quaſi officij limites ſe cohibere ſciret. Nunc immodica ſuperbia, & curioſitas præceps, & rei bene geſtæ opinio, rectè facta vt ſolem nubes obſcurarunt. Nam cum futura cognoſcere vellet, in neſarias diuinationes incumbebat, & multa illicita peragebat. Itaque æuei apri Calydonij roſtrum præcidit, qui ſetis horrentibus & exertis dentibus leonem in Hippico inuadit: & inclytum Herculem, pulcherrimum Lyſimachi opus, qui Leoninæ pelli incumbens, capite in manum inclinato ſuas fortunas deplorat, multis verberibus afficere inſtituit. O rem abſurdam: ô facinus, heros illuſtris & magnanime, contra te ſuſceptum, Quis vnquam Euryſtheus tale certamen tibi mandauit? Quæ Omphale, exercitata meretrix, & malefica muliercula, tam ſuperbè tecum egit? Neque hac impudentia contenta, aliarum quoque ſtatuarum partes aliquas mutilabat, nonnullis capita malleis contundebat. Vrbana verò multitudo, quibus obſcœnis verbis abſtinuit, quibus conuicijs eam non proſcidit? Quidā etiam ex circumforaneis, aues humanarum vocum imitatrices ſedulò edocuerunt, vt in triuijs & angiportis vulgari voce canerent, Politica iuſtitiam. Eadem aurata chirotheca accipitrem ſuſtinebat, cum magno venatorum & aucupum comitatu.

Caichoſroës Iconienſis Sultani familia.

Non multo pòſt Caichoſroes Iconij ſatrapes Imperatorem adit tyaram capite geſtans, veſte auro interpuncta amictus. Verùm vbi pauca de Perſæ huius familia diſſeruero, hiſtoriæ ſeriem proſequar. Clyzaſthlani Iconienſi, qui ſuperioribus temporibus potentiſsimus fuit, & multa cum Manuele Imperatore bella geſsit, multas victorias adeptus eſt, filij plures fuerunt. Amaſiam, Ancyram, Dorylæum, & alias beatas vrbes Ponticas Maſuto aſsignauit. Melytenen, Cæſariā & Coloniam, quæ nunc Taxara dicitur, Coppatinus gubernabat. Aminſo, Docea, & alijs maritimis vrbibus Rucratinus potiebatur: hic verò Caichoſroes Iconium tenebat. Item Lycaoniam & Pamphyliam, & quæ ad Cottyanium vſque pertinent.

Caichoſroes à fratre Rucratino Iconio pellitur.

Coppatino mortuo, de eius ſatrapia Dociæ princeps Rucratinus, & Maſutus Ancyranus certant. Sed Rucratinus ingenio & rei bellicæ peritia ſuperior, auctis ea victoria opibus Maſuto cedenti & amicitiam offerenti, Toparchiæ parte adempta, reliqua vt prius tenenda conceſsit. Sed in Caichoſroen magno cum furore impetum fecit, iampridem Iconij, vt paternæ ſedis, potiundi cupidus: & illum vt matre Chriſtiana genitum, odio proſequens. Per legatos igitur fratrem monet, vt ſibi Iconio cedat, & toto principatu excedat, ſi & ſaluti ſuæ, & ſubiectarum ciuitatum incolumitati conſultum velit. Tantus erat faſtus, tam immanis arrogantia Barbari

bari, & ſupercilium ſupra nubes arrectum: ita veluti exitiale venenum latè diffundebatur. Quare Caichoſroes factis inducijs, patrem ſuum imitatus, Imperatorem adit. Nam is quoq; mutuis iniurijs cum fratribus ſuis certans, poſt Maſuri patris obitum, ad Imperatorem Manuelem, vt ſacrã anchoram, & ſalutare præſidium cõfugit. Verùm illum ſpes ſua adeò non fruſtrata eſt, vt etiam ſpe ampliora fuerit conſecutus: Caichoſroes verò paruam benignitatẽ, & infinito interuallo expectatione ſua minorem expertus, nec impetratis contra fratrem auxilijs, domum redijt. Sed vix dum Iconium ingreſſus, à Rucratino opprimitur: & patria pulſus, ad Lebunem in Armeniam confugit: vbi humaniter & ſplendidè eſt ſuſceptus. » Etſi » enim multa bella inter ſe geſſerant: tamen ſolent » homines non tantum cognatos & populares afflictos, ſed hoſtes etiam ſupplices benignè tractare. Cæterùm eum in integrum reſtituere prorſus noluit Lebunes, quòd ſibi fœdus cum Rucratino intercedere affirmabat, nec incruentum fore auxilium cerneret. Quapropter Caichoſroes denuò ad Imperatorem abit ſpe principatus, eius ope recuperãdi concepta. Sed iterum fruſtratus, apud Romanos vixit minori ſplẽdore, quàm pro nobilitate generis.

Comani à Roſsis repreſsi.

Sequenti anno Blachi cum Comanis impreſsione in Thraciam facta & optimis quibuſque prouinciæ partibus vaſtatis, incolumes receſſerunt: ac forſitan ad terreſtrem imperatricis vrbis portam acceſsiſſent, niſi Roſsi, Chriſtianiſsima gens eorumq; principes, partim ſua ſponte, partim ſui põtificis precibus adducti, admirabili ſtudio pro Romanis propugnaſſent, Chriſtiani populi miſerti, qui à Barbaris male tractabatur, & indignati, eum ſæpius eodem anno abduci, & gentibus à Chriſtiana religione alienis venundari.

Romanus Calizæ princeps.

Vnde Calizæ princeps Romanus, magno & forti exercitu ſubitò coacto, in Comanorũ agrum irrupit, & ſine vllo negotio diripuit & vaſtauit omnia: eoq; ſæpius in gloriam & amplificationem inculpatæ Chriſtianæ fidei, cuius minima pars, & grano ſinapis par montes tranſponit, ſublimia transfert benignè facto, Comanorũ incurſiones repreſsit, & Romanis in excidij periculo cõſtitutis, auxilium tulit, inopinatum prorſus & improuiſum, diuinitùs omnino procuratum per eiuſdem religionis populum. Cæterùm eo anno hi Tauroſcythæ quoq; ſeditione conflictati

Ruricas Ciabæ princeps.

ſunt, & Romanus hic & Ciabæ princeps Ruricas, cæde popularium ſuorum enſes imbuerunt. Sed Romanus homo robuſtus & ſtrenuus, tum quoq; multos Comanos cecidit, qui optima & fortiſsima phalange Ruricæ opem tulerant. Sed nec hoc ſilentio prætereundum eſt.

Calomodius diues negotiator caſſes tyrannis euadit.

Fuit numularius quidam Calomodius nomine, qui longinquis & difficilib. negotiationib. maximam pecuniam acquiſierat, homo auarus & ſordidus, tantum non indormiens marſupio, & pecuniæ poſtponens omnia. Qui cum proditiſsimo celebraretur, & nõ vt hortus Alcinoi ficum ſuper ficũ, & pyrum ſuper pyrum, ferre, ſed aurum auro, argentũ argento cumulatum gignere diceretur, auarorum principũ inſidijs eſt appetitus ſæpè. Sed erat idem omnino arbor cognitionis in foro & vrbis angiportis, tanquam in Edem, plantata. Vt igitur pomi elegantia quondam primos parentes noſtros in ſeruitutem redegit, ſic tum auri nitor aulicos ad rapinã inuitauit. Sed ſimul & Calomodio manus iniecerunt, & ſeditionem in vrbe excitarunt, maiorẽ quàm maiores noſtri calamitatem perpeſsi. Nam illi non ſolo aſpectu contenti, ſed decerpto & guſtato fructu, iure pœnas dederunt: hi verò nondũ viſo auro fruſtra inhiarũt: & Tantaleam ſitim perpeſsi, cum fontẽ haberent, bibere non potuerunt: ſed crebrò haurire conati, aurum ex manibus amiſerunt. Nam circumforanei, Calomodij captiuitate & cauſa eius cognita veſperi, manè tributim conuenerunt: & Dei templum ingreſsi, Patriarcham Camaterum Ioannem circuuſteterunt, tantum non diſcerpturos eum aut de feneſtra præcipitaturos comminati, niſi literis ad Imperatorem datis, Calomodium vt ouẽ perditam, aut aberrantem à grege, reuocaret. Is populi tumultu ægrè ſopito, facundia ſua & commiſeratione, eum quem quærebant, vt agnum reduxit, non auro pro pelle abrepto à lupis, neq; lana direpta. Atq; hic motus citra ſanguinem deſijt, & ex principio triſti & tragico, in comicum ludum feſtiuamq; fabulam eſt mutatus, fletu in riſum conuerſo.

Lagi ſeditio.

Non multis diebus pòſt, aliud malum erupit, quod ad ſanguinis effuſionem eſt progreſſum. Nam Ioannes quidã cognomento Lagus, prætorij cuſtodiæ ab Imperatore præfectus, inde & ſibi & ſuis pecuniam comparare inſtituit. O ſordidum ingeniũ, nec enim hiſtoriæ lex me plura dicere ſinit: & ſtipe quam homines pij vltrò conferebant, in ſuam rem conuerſa noctu celebres fures vinculis liberatos carcere educebat: qui ædibus clàm perluſtratis, furta ad illum conferebant. Vnde præmio furibus diſtributo, reliqua homo facinoroſus malè collocabat, fideli miniſtro ſimulato, cum omnibus in rebus Deo perfidus eſſet. Hunc Lagum multi apud Imperatorem ſacrilegij detulerunt: qui correctione promiſſa, rem ſubinde differebat, quaſi viribus deſtitueretur. Vnde Lagus ob ſcelera minimè trepidans, ſed tanquam libro magiſtratu fungens, apertè facinora Deo inuiſa perpetrabat. Quodam verò tempore, circumforaneo quodam multis verberibus affecto & taſo, audaciorem populi turbam & eiuſdem opificij ad ſeditionem incitauit. Statim igitur orto tumultu, non parua opificum pars Lagi capiendi cauſa ad prætorium conuolat. Sed cum is quouis lepore velocius euanuiſſet, populus nihilominus confluens, magnum templum occupare, & alium Imperatorem creare voluit. Sed quia ædem ſacram bipenniferi, præſidij cauſa eò miſsi iam occuparant, non digreſsi à prætorio, verbis indecoris Imperatorem inſectati ſunt. Qui Chriſopoli tum agens, partem ſatellitum ad prætorium occupandum mittit: eodemq; præfectus vrbis Conſtantinus Tornicius venit. Ad cuius ſolum conſpectum exaſperati, lapidibus hominem petunt & ſatellites profligant: & prætorij foribus effractis, & captiuis emiſsis, Chriſtianam illius loci ædem ſpoliant, Sarracenorum verò conuenticulum à fundamentis euertunt. Quæ cum ſine vlla ratione feciſſent, ad caſtellum quæ Chalce dicitur, eodem modo graſſari voluerunt: Sed cum Imperatoris gener Alexius Palæologus, exercitum in vrbem reduxiſſet, furore nonnihil repreſſo, cœptis non planè deſtiterunt; ſed principiò nudis corporibus,

deinde

deinde paucis armatis aſcitis, cum legionibus ferro vndiq; fulgentibus congrediuntur, nullo cum fructu & gloria morituri. Erant etiam qui tectis conſcenſis tegulas deijcerent, & lapides quantos vola capit iacularentur: alij ſagittas in Imperatorium exercitum torquebant. Ac toto eo die nihil remiſſa iracundia, ſub veſperam demum abierunt. Poſtridie nec obmurmurarunt quicquam, nec pugnam iterarunt.

Ioannis Comnenij Craſsi ſeditio.

Hoc quoq; malo elapſo, quidam ex Comnenia familia, contra Imperatorem inſurgit, nomine Ioannes, qui cum homo ventroſus & dolij ſimilis eſſet, Craſsi cognomentum tulerat. Is ſubitò in maximum templum confugit, & corolla ex ijs quæ circum ſacrã menſam pendent capiti impoſita, ruſſus egreditur: & à coniuratis (qui plurimi erant, & pleriq; nobilitate inſignes) & magnæ turbæ concurſu facilè in magnũ palatium perductus, in aurato ſolio conſedit, & quibuſdam maxima officia committit. Interim vulgo & parte ſeditioſorum per fora, vicos & littora eum Romanorum Imperatorem proclamante, & magnificas ædes dirimente. Nocte inſtante, Ioannes nec palatij cuſtodiam curauit, vt oportuit: nec euerſas fores reſtituit, ſed velut aduerſarijs omnibus ſublatis, in tuto collocatus, tanquam Delphin anhelans, & ob ſitim vehementiſsimam totas amphoras aquæ exhauriens, ſudorem riui inſtar ex vaſto corpore decurrentẽ & fumantem abſtergebat. Eius verò milites ad Circum equeſtrem temerè deambulant. Nam plebs poſt Solis occaſum, vt grex auium, diſsipata, vt aurora celerius oriretur optabat, quo locupletum ædes diriperet. Imperator verò cognatos, & quicquid bellicoſorum hominum ſecum habebat, miſit vt in tenebris Ioannem opprimerent. Nam ſi diluxiſſet, vrbanam turbam non eſſe quieturam, ſed longè plures & importuniores concurſuros, ad tyrannum adiutandum & defendendum. Quare hi nauiculis ad Hodegium monaſterium traijciunt, atque inde cum bipenniferis Imperatoris ſatellibus ſe coniungunt (neq; enim armatis per forum tranſire licebat) & circa theatrum factionem Ioannis ſubitò adorti ſunt: qua facilè profligata, per ſummum ocium ad ipſum Ioannem irrumpunt, eumq; tanquam pecudem totis corporibus connixi cædunt, & caput eius Imperatori offerunt. Id in fornice fori pro publico ſpectaculo eſt ſuſpenſum, cruore adhuc deſtillante, cum fœdo oris hiatu & clauſis oculis. Reliquum eius cadauer in lecto collocatum, in meridionali porta Blachernij palatij ſub dio exponitur. Imperator verò è ſuperiori conclaui ſimul & ſpectaculo illo fruebatur, cadaueris inſtar vaſti tauri tumentis, ſimul & tanto ſucceſſu cum inſolentia lætabatur. Cadauere inde ſublato, & canibus ac volucribus proiecto, quod omnibus ferè immane & inhumanum facinus viſum eſt, coniurati eius comprehenſi, & quæſtionibus adhibiti, vt conſcios nominarent, in vincula & carceres coniſciuntur.

Alexij ſpoliatio nauium & perfidia in Rucratinum.

Fecit & aliud Imperator, neſcio quale Conſtantinum quendam Francopulum cum 6. triremibus in Pontum Euxinum miſit, per ſpeciem de mercibus nauis cuiuſdam, quæ ex Phaſide Byzantium nauigans, iuxta Ceraſuntem fracta eſſet, inquirendi: reuera autem, vt onerariа nauigia, quæ Aminſum appellerent, ſpoliaret. Is, vt iuſſa Imperatoris exequeretur, nulli naui parcit: ſed ſpoliatis omnibus, quæ & Byzantium plenæ mercibus ibant, & ſuis rebus venditis, & alijs impoſitis, inde recedebant: poſt bimeſtre in vrbem redijt, quibuſdam negotiatoribus occiſis, & in mari demerſis: quorum pecuniam ſibi vendicauit, cæteros Leberide nudiores dimiſit. Ij vrbem & palatium ingreſsi, ſæpe ſuas iniurias conqueſti ſunt, & cum luminibus ſacras ædes frequentarunt. Sed nihil ab Imperatore impetrarunt, qui bonis illis iam venditis, pecuniam in fiſcum redegerat. Quare Iconienſes negotiatores Rucratinum adeunt, qui per legatos res eorum ab Imperatore repetebat, pacis quoque mentione facta. Imperator verò Francopulum defeciſſe cauſatus, nefaria illius facinora à ſe remouebat, ſpe in mendacio collocata, & rerum veritate diſsimulata. Pace facta, Rucratinus præter annui tributi pactionem, etiam 50. minas argenti accepit, quas ſpoliatis mercatoribus reſtitueret. Imperator verò poſt dies aliquot Rucratini vitæ inſidiari deprehenſus eſt. Nam Chaſium quendam maximis pollicitationibus impulſum, leuis amicitiæ cultor, cum rubricatis literis ad eum tollendum ablegat. Verùm capto Chaſio, literis deprehenſis, & omni fabula explicata, ruptum eſt fœdus: eaque de cauſa Turcæ multas Orientales vrbes infeſtarunt.

Michaelis defectio.

Adhæc Michael quidam Ioannis Sebaſtocratoris nothus filius, ad exigenda Mylaſſenæ prouinciæ tributa miſſus, homo adoleſcens & contumax deficit: ſed prælio victus & fugatus, ad Rucratinum ſe confert: à quo Imperatoris odio cupidiſsimè ſuſceptus acceptoque exercitu Mæandricas vrbes varijs affligit modis, Barbaris ipſis crudelior.

Comnenij cauſa interitus Reipublicæ.

Quod ſi vlla grauiſsima cauſa fuit, cur Romanum Imperium labefactatum, vrbes atque prouincias amiſerit, & ipſum denique corruerit. Comnenij regni cupiditate ad hoſtes deficiendo, eam ſuppeditarunt. Nam cum ad gentes Romanis inimicas confugerent, patriæ pernicies erant: quanquam apud nos rebus gerendis & adminiſtrando Imperio ineptiſsimi & ſtolidiſsimi.

Alexij periculum à naufragio.

Cæterùm Alexius Nouembri menſe contra Michaelem in Orientem profectus, in reditu ad Pythia caſtrametatus eſt, vt calidis aquis innataret. Balneis & crateribus ſatiatus, longiorem nauigationem deſiderauit. Nam in eius animo terreſtrium & marinarum voluptatum cupiditas ex æquo certabant, nunc his, nunc illis vincentibus. Conſcenſa igitur naui imperatoria, rectà ad paruas inſulas paſsim iuxta vrbem ſitas contendit, Aſtacenum ſinum circumuectus. Orto autem ſubito turbine, fluctu in altum erecto, nauis à prora in puppim ſublata, propemodum ſubmergitur, vndis vndique vrgentibus. Nautæ tumultuari, ſuadere vectores, vociferari. Deum inuocare, ſuſpirare, clarè eiulare. Vehebantur enim vnà omnes Imperatoris familiares vtriuſque ſexus, terræ videndæ & attingendæ cupidiſſimi: poſt multos labores & pericula vix optatiſsimam Principis inſulam attingunt. Ex ea tempeſtate ſedata, Calcedonem traijciunt. Vbi vertigine poſita, & ſalſugine reiecta, rimoribus & periculis obliuioni traditis in magnum palatium tranſeunt, ad edendos Circenſes ludos, & populum

lum ſpectaculis exhilatandum. Quibus finitis, Imperator ſtatim in Blachernas ſe conferre voluit: ſed quia tempus in commodius obſtabat (ná noſtri temporis Imperatores nec minimam mutationem aſtris inconſultis inſtituunt) primâ ieiuniorum hebdomadem in magno palatio haud ſane volens permanſit. Vt verò dies ſextus ad migrationem non erat incommodus, præſertim ſi ea ſummo mane fieret, diluculo ante ſolis ortum tranſire Blachernas inſtituit. Igitur & triremis in anchoris ad palatium fluctuat, & omnis Imperatoris cognatio cum luminibus adeſt, vt nauiget vnà. Deo verò monſtrante, ſe eſſe horarum &
" temporum dominum, & à ſe itinera hominum
" vel proſperari, vel impediri: ſolum aute Imperatorium cubile vltrò cedens profundè dehiſcit, ac id periculum Imperator mirabiliter euadit. Sed alter eius gener Alexius Palæologus, & alij plures voragine illa impliciti, in cruribus malè afficiuntur, quidam verò Eunuchus in imum hiatū delapſus, perijt. Quid Imperator ea de re cogitarit, & an conſilium mutarit, dicere nullo modo poſſum. Quod verò e veſtigiò conſecutum eſt, referam.

Alexij periculum à ruina.

Habuit Alexius tertiam quoque filiam Eudociam nomine: quam ipſe adhuc Andronicum fugiente, & apud Iſmaelitas & in Palæſtina oberrante, patruus Iſaacius Stephano filio Neemanis deſpondit, Triballorum principi. Verùm is exiguo tempore in principatu exacto, in Papycio monte fit monachus. Filius verò eius eodem nomine Stephanus Eudociæ paternæ ſatrapiæ domina declarata, pluſculo tempore exa-
" cto liberos ex ea ſuſcipit. Sed tempus omnia in-
" nouare, & perpetuò diſsimilitudines inducere ſolitum, ambos à priſtina coniunctione & conſentione diſiungit, nec in eo numero eſſe patitur, quos Lyricus bis verſibus celebrat:

Eudocia Alexij filia à Stephano Triballo repudiata.

" *Felices ter & amplius*
" *Quos irrupta tenet copula, nec malis*
" *Diuulſus querimonijs Suprema citius ſoluit amor die.*

Nam ille vxori pruritum libidinis, ea contrà marito bibacitatem à primo diluculo & aliarum mulierum conſuetudinem obijciebat. Ita diſsidio ſubinde creſcente, Stephanus Barbari cum conſiliū init atq; exequitur. Nam ſiue conficto, ſiue verè obiecto adulterij crimine, Eudociam omni veſtitu muliebri ſpoliat, ſola tenui interula relicta, eaque vndiq; præciſa, vt vix pudendas partes tegeret, atq; ita ignominioſè quò libitum eſſet abire ſinit. Huic pœnæ tam inhoneſtæ, atroci & immodicæ, frater eius Volcus intercedit: & obiurgatā eius inhumanitate, orat, vt depoſita iracūdia paulo clementiùs agat, habita ratione illuſtris generis Eudociæ: & famæ ſuæ conſulat, ac tandem ignominiæ labem caueat. Sed cum pertinax & implacabile eius ingenium mouere non poſſet, ipſe Eudociam ita ſuſceptam, vt dignitas eius poſtulabat, Dyrrachium perducendam curat. Quo caſu cognito pater, filiam lecticæ & ornamentis muliebribus miſsis, in ędes ſuas recipit. Cæterùm ne hi quidem Neemanis filij longo tempore concordes permanſerunt, ſed inimicitijs ſuſceptis, in cæterorum cœtum tranſierunt, quos ſuprà diximus per ambitionem & vęcordiam, naturæ oblitos eſſe: & Volcus victor, Stephanum & principatu & patria exegit. Nam cum fraternæ cædis exemplū ex vrbe imperatrice promanaſſet, & extremos orbis terrarum fines peruagatum eſſet, non Perſæ tantum & Tauroſcythæ, & hi Dalmatæ, & poſtea Pannonij, ſed & alij plures cæterarum gentium principes, enſibus in cognatos ſuos ſtrictis, ſeditionum & cædium patrias ſuas compleuerunt.

Fratrum quoque gratia rara eſt.

Sub hoc tempus Ioannes cum maximo & armis inſtructiſsimo exercitu Myſia egreſſus, Conſtantiam inſignem vrbem Rhodopæi territorij ſine vlla difficultate capit, & mœnibus dirutis, Varnā ſexto die paſsionis Dominicæ fortiter oppugnat. Sed cum ij qui vrbem tenebant, pleriq; fortiſsimi viri. & Latini generis, ſumma ope reſiſterent, quadrilateram machinam fabricat, quæ longitudine latitudini foſſæ, & altitudine faſtigium mœnium reſponderet: & ea totis ſubiectis proximè foſſam collocata, & deinde euerſa, vtroſq; fines apprehendit: eademq; machina & ad explendam foſſam, & ad conſcendenda mœnia pro ſcalis vſus triduo Varnæ potitur, neque diei ſolennitatem (erat enim in ſanctiſsimum ſabbathum, quo Dominus in ſepulchro dormiuit) neq; Chriſtianum nomen veritus Barbarus, quod ſolis labijs iactabat: ſed intemperijs ſanguinarij alicuius dæmonijs actus, omnes quos viuos ceperat, in foſſam præcipitauit: iniectaq; humo, & expleta ſepulchretum locum illum facit: nec multo pòſt, etiam mœnibus euerſis, in Myſiam reuertitur, huiuſmodi victimis & abominandis inferijs celebre illud ſabbathum veneratus. Atq; hęc ſic geſta ſunt.

Myſi Conſtantiam & Varnam expugnant.

Manuel verò Camyzes Protoſtrator longo tempore in Myſia captus, Imperatorem & conſobrinum orat, vt de ſua re familiari redimatur, neq; vt maleficus longo tempore in Barbarorum poteſtate relinquatur. Sed ijs literis nihil impetrauit. Deſperata igitur cognati ope, ad Chryſum ſe conuertit: & ſolutione ab eo impetrata, Proſacum abit. ac ne ibi quidem Imperatorem obteſtari deſinit, vt Chryſo duos auri centenarios pro ſui redemptione ſoluat, cum longè plus ex ſuis opibus rapuerit, præter aurea & argentea vaſa, & telam ſericam, & veſtes precioſas quarum rerum copia mortalium locupletiſsimus fuerit habitus. Ille verò Protoſtratoris cognatione in vna lance animi ſui penſata, pecunia verò eius in alteram collocata, & vtraq; perpenſa, poſteriorem multum præponderare deprehendit. Itaq; flagitationes eius nec extremis auribus admiſit. Vnde Camyzes deſperatione coactus, ſtatuit cum Chryſo finitimos Proſaco Romanorum agros vaſtare: ac Pelagoniam celeriter ſubigunt: & Prilapo ſine difficultate potiti, ordine cætera inuadunt, remota ad deditionem impellunt, per Tempe Theſſalica penetrant, campeſtria occupant: Græciam commouent, Peloponeſum ad rebellionem inſtigant.

Manuel Camyzes ad Chryſum defecit.

Tunc & alius ſeditioſus, velut olim terræ filij, extitit, Ioannes Spyridonaces Cyprius, homo deformi vultu, ſtatura fœdiore, ſtrabis oculis, ſordidus opifex, fortuna infima. Sed dum Imperatori inſeruit, mirabilibus ſucceſsibus & promotionib. interioris fiſci cuſtodiæ præficitur. Deinde Smolanis præpoſitus, eum à quo miſſus erat, aſpernatur, vt vili & ſimplici ingenio præditum, & difficili prouinciæ aditu fretus, bifariam illi reſiſtit, inopinatum & peſsimum infortunium. At Imperator tertio tum malo conflictans

Spyridonaces defectio.

famı-

familiari ſibi articulari morbo, duplici pœnitentia ſupra modum angebatur. quòd nec conſobrinum redemiſſet, & nequam hominē Spyridonacem', cũ ſuo dedecore tot munitiſsimis vrbibus pręfeciſſet, & copijs quas coegerat, in duas partes diſtributis, alterá Alexio Palæologo genero ſuo tradit, vt homuncionē Spyridonacē vlciſcatur: alterá ad Oenopolitá Ioannē, qui Protoſtratori reſiſtebat, mittit. Ac Imperatoris gener Alexius prudentia & audacia adhibita, Spyridonacē exiguo cum labore deuincit, & vanũ illum in Myſiam fugat. Protoſtratoris verò rebellio cũ longo ſanè tēpore duraſſet, proſpero exitu eſt terminata. Nã Imperator cũ alijs artib. & dolis Chryſum circumuenit, tum neptē Theodorá, pridē Ibanco deſpõſam, Byzãtio acceſitá illi vxorem dedit. Et hac ratione Pelagonia & Phrilapo recuperatis, Theſſalia quoq; Camyzē expellit, aliàs prælio victũ, aliàs vltrò fugientē. Tandem ipſo etiã Stano eijcit, quò vt in aſylum inexpugnabile ſe receperat. Huiuſmodi pręclaris operib. poſt diuturnam deſidiam & ignauiá editis', Byzantium recurrit. Tunc Strommiza quoque potitus eſt, ibi etiam Chryſo circumuento, & pacē cum Ioanne fecit.

Alexius tandem ſeditioſos coercet.

BYZANTIANÆ CLADIS *deſcriptio, ſiue Liber tertius, de Alexij Comneni Imperio.*

HActenus expeditus fuit noſtræ orationis curſus. & molli proceſsit via. Deinceps verò quid dicam, neſcio. Quo enim animo eum eſſe par eſt, qui publicas clades quibus regina vrbium terrenis iſtis Angelis imperantibus afflicta eſt, cõmemorabit? Vellem equidē me omniũ grauiſsima & triſtiſsima mala, pro dignitate poſſe exponere. Sed quia id fieri non poteſt, Hiſtoriam compendio exequar: vtiliorem futuram poſteris, ob moderatam triſtium rerum commemorationem, & doloris diminutionem. Alexius fratrem Iſaacium Imperio deiectum excæcarat. ſed cum eius cuſtodia non prorſus negligenda eſſet, obiitus, pleriſq; inuri calamitates, nec deleri poſſe: & vindictam non perpetuò ſtertere, ſed ſeris gaudere mutationibus, & celeriter ingruentem tacito eos pede conſectari. qui nefaria facinora perpetrent: fratrem iuxta duas columnas quæ in freti littore ſunt, liberè viuere paſſus eſt, neque quenquam ad eum traijcere vetuit. Erat igitur cuinſuis Iſaacium adire, tum verò Latinorum, cum quibus arcana conſilia de vlciſcendis iniurijs & euertendo fratre Alexio conferebat, literis ad irenem filiam miſsis. Philippi Alemannorum Regis coniugem, quibus eam ad opem ſibi ferendam inſtigabat, atque inde literas recipiebat, quibus quid agendum eſſe monebatur. Deinde filius quoque eius Alexius, cuſtodia eductus, liberè quo libuit ambulauit, & ab Imperatore contra Protoſtratorem exituro, itineris comes eſt aſſumptus. Is verò de ſententia patris, cum Piſano quodam maximæ rotundæ nauis domino conſilio fugæ inito, nauigandi opportunitatem captabat. Quæ cùm contigiſſet, maius nauigium plenis veiis ad Helleſponti Auloniam fertur, minus verò, Athyræ Alexij recipiendi cauſa appulit: & quo id conſilium lateret, nautæ arenam intulerunt, ſuburrandi ſcilicet vacui nauigij gratia, quo Alexius Damocrania eò profectus, conſcenſo, ad magnam nanem peruehitur. Fuga eius cognita, mittuntur ab Imperatore qui nauem perſcrutentur, nec tamen Alexium deprehendere potuerunt. Nam coma in orbem raſa, & Latina veſte induta, vt in turba magna obuerſàns inquiſitores latuit. Perductus in Siciliam ſorori indicatur: quæ iuſto præſidio miſſo, fratrem amplexa maritum Philippum orat, vt patri ſuo pro virili opem ferat, ſimul & imperio & lumine priuato, & fratrem quoq; iuuet exulem & extorrem, & errantium ſtellarum inſtar vagantem, neque quicquam ferentem ſecum præter corpus. Sed præter hęc, alia quoq; in mentē mihi veniũt, quę negligenda non ſunt. Angelici nominis fratres cum alijs rebus Imperium perperam adminiſtrabant vt iam diximus, tum pecuniæ cupiditate æſtuantes, neque iuſtis rationibus opes augere volebant, nec ea quæ coegerant, conſeruabant. ſed ambabus manib. diſsipabant, non tam ſuperuacuo comitatu, & precioſo corporis ornatu, quàm meretricibus & cognatis reipub. prorſus inutilibus largiendo. Vnde nouis vectigalibus inſtitutis, non modò Romanas vrbes & prouincias exhauriebãt. ſed Latini etiã nominis gentes, quantum poterãt, tributis vexabãt. Veneros quidē ſæpe pactis & conuētis violatis, pecunia mulctarũt & vectigal ab eorum nauib. exegerũt, & Piſanos cum eis ita commiſerũt, vt aliquãdo intra ipſam vrbem, aliquando in mari congrederētur, victoria nunc ijs nunc illis fauente, & mutuò ſeſe fugarent & ſpoliarent. Cæterùm Veneti antiquo Romano fœdere prolato, ſuam dignitatem ad Piſanos translatam eſſe ægrè ferentes, à Romanis paulatim alienati, ſe viciſsim noſtris per occaſionem ægrè facturos oſtendebant, præſertim cum Alexius per auaritiam CC. auri minas, quæ debito XV. centenariorum auri adhuc deerant, non ſolueret, quos Manuel, cum Venetorum bona publicaſſet ſe penſurum pepigerat. Neque minimum malum erat Dux Venetorum Ericus Dandulus homo cæcus ille quidem & capularis, ſed Romanis infenſiſsimus & inſidioſiſsimus, vt calliditate ſingulari, ita arrogantia immenſa, vt ſe prudentum prudentiſsimum appellaret, & glorioſæ cupiditate omnes ſuperaret. Is vitam ſibi morte acerbiorem fore putabat, niſi genti ſuæ factas à Romanis contumelias vlciſceretur: animo repetens, & recenſens quot malis populares ſui, Angelis fratribus imperantibus, affecti eſſent, & ante hos Andronico & Manuele rerum potientibus. Sed quia norat, in ſuum caput redundaturum, ſi quid cum ſola ſua gente contra Romanos conaretur, de auxilijs aliorum aſciſcendis cogitat, arcaniſque cum ijs communicandis, quos norat irreconciliabuli odio à Romanis diſsidere, eorumq; felicitati inuidere. Cùm aũt ipſum tempus nobiles quoſdã Toparchas, qui Palęſtinã viſere cupiebãt, ſponte obtuliſſet, ſocietatem & fœdus cũ eis contra Romanos coit. Erant ij Montisferrati Marchio Bonifacius, Flandrię Comes Balduinus, Comes S. Pauli Ericus, Plex Comes Doloicus, & alij complures audaces bellatores, & ſtatura ſuis haſtis propemodum pares. Igitur toto tri-

Alexius de Iſaacio fratre ſecurus.

Commeniorũ fratrum rapacitas et profuſiones.

Hēricus Dandalus Venetus bellũ contra Byzantios parat.

to triennio Venetijs fabricatæ ſunt celeres naues equeſtres C. & X. naues longæ LX. rotundæ vltra LXX. ſunt coactæ, quarum vna ob inſignem magnitudinem Mundus ab eis appellabatur. Eas naues conſtituto tempore conſcenderunt, equites cataphracti M. ſcrutari XXXM. plurimis armorum generibus inſtructi, ſed pleriq; Zagrotoxotæ. Claſſe ad oram ſoluendam parata, malum malo cumulatur, & fluctus fluctũ vrget, vt dicitur.

Alexius Iſaacij F. cum Veneta claſſe ſe coniungit.

Nam Alexius, Iſaacij Angeli filius, literis veteris Romæ pontificis, & Regis Alemaniæ Philippi inſtructus, qui piraticis iſtis collegijs plurimum ſe debituros profitebantur, ſi adoleſcentẽ in patriũ Imperium reſtituerẽt, aliquãto pòſt cupidiſsimè ad claſſem & peruenit & excipitur, vt qui nõ tantum latrocinium illud contra Romanos inſtitutum, promouere, & honeſta ſpecie fucare, ſed & pecuniarũ aceruis ipſorũ auaritiã explere poſſet. Is non ætate magis quàm animo puer, à viris callidis & verſutis ſuſceptus, pepigit & ſacramẽto firmauit, ea ſe præbiturum, quæ perduci ad exitum minimè poterant. Nec enim maria pecuniarum duntaxat, illis poſtulantib. promiſit, ſed & auxilium contra Sarracenos cũ Romanis militib. & L. triremib. Et quod maius eſt ac lõge abſurdius, Latinorum deprauatã religionẽ amplectitur, & priuilegiorũ papalium innouationẽ, & veterẽ Romanorum inſtitutorũ mutationem pollicetur. Claſſe Iadara prouecta iuſſu Danduli Venetorũ ducis vrbs obſidetur, ob vetus quoddam fœdus violatum, vt aiebat.

Alexius hoſtem contemnit.

At Romanorum Imperator Alexius, iampridẽ Latinorũ motu audito, nihil præparauit, quòd è re vel ſua priuatim, vel publicè omniũ eſſet. " Nam immodica mollicies rebus " gerẽdis nihilo aptior eſt quàm dementia. Et ſpadones ſyluoſorũ montiũ cuſtodes, qui imperatoribus tanquã ſacri luci, aut diuini paradiſi veuandi gratia conſecrati ſunt, parcebant arboribus, & extremum periculũ ijs minitabantur, qui ad fabricandas naues ligna inde peterẽt. Ad hęc claſsis dux Michael Stryphnus, cui Dominę ſoror nupta erat, non tantum clauos & ancoras auro permutare, ſed vela etiam & rudentes vendere ſolitus, longis nauibus prorſus omnibus naualia Romana ſpoliarat. Imperator verò vecordes homines peſsima facinora perpetrantes adeò non caſtigabat, vt ijs cũ primis propitius eſſe videretur, Iam quia libenter domi deſidebat. nunc colles æquabat, & valles complanabat, & areas faciebat, nũc Latinæ claſsis expeditionẽ à cœna pro ludicro deridebat, & vt fabulam eleuabat, ea pericula, quæ multi audiebant, & veluti in conſpectu habebãt. Poſtquam verò Latinos Iadaris ad deditionem compulſis, Epidamni appuliſſe, & Alexium Imperatorem ab Epidamnijs ſalutatum eſſe, haud dubijs nuncijs cognoui, vt de piſcatore prouerbio dicitur, ictus ſapere incipit, & ſcaphulas putreſcẽtes & eroſas à vermib. vix XX. reficit: & mœnia vrbs obiens. ædes extrinſecus eis cõriguas dirui iubet.

Claſsis hoſtilis Byzantiũ tendit.

Claſsis Epidamno ad Corcyrã prouecta, Conſtãtinopolim verſus vela facit. Nam Occidentales multo antè norãt. Romanũ Imperium " iam nihil eſſe aliud niſi crapulam & ebrietatem, " nec aliud eſſe Conſtantinopolim quàm Sibarim illam luxu celebrem, & proſperã nauigationem miſerabiliter conſecuti (nam auræ lenes & ſecundæ perpetuò nauib. eorũ aſpirabãt) & vrbe ignaris ferè omnib. occupata, cũ Chalcedonẽ appuliſſent, naues partim remigio, partim velificatione paulò pòſt in obuerſam orienti Peræam nõ multum infra duas calumnas perueniunt, & in ancoris extra teli iactum à littore fluctuãt. Dromones verò ad Scutarium appellunt. Ac Romani ex tumulis & littore irrita tela, & plerunq; naues non attingentia in mare iaciebant. Excubabat & a phalax ad Damatryn, quæ excurſiones equitum cohiberet, ſed nec illius vlla fuit vtilitas. Nam adeò ad hoſtes non propè acceſſerunt, vt obuerſis tergis alij ceciderint, alij mortem vix effugerint, duces præſertim, ceteris timidiores. Et quo pacto cum ijs viris congreſsi eſſent, quos angelos raptores animorũ, & æreas ſtatuas appellabãt: ad quorum conſpectum propemodum emoriebantur? Paucis diebus elapſis, cùm Latini cognouiſſent, neminẽ in terra eſſe qui reſiſtere vellet, propius ad littora accedunt. Exinde equitatus paululum à mari receſsit, naues in ſinum ſeſe contulerunt.

Byzantij obſidio.

Vt autem alij terra, alij mari caſtellũ id ad quod ferrea cathena maximi ponderis alligari ſolet, cũ hoſtilis claſsis expectatur, ſtatim oppugnare cœperunt: videres alios ex noſtris poſt exiguam defenſionem aufugere, alios occidi & capi, alios per cathenam quaſi funẽ in triremes noſtras deſcendere, multos cathenã non adeptos, in vndas præcipitari. Deinde illa fracta tota claſsis hoſtilis ingreditur: mox triremes noſtræ partim capiuntur: aliæ ad littus vrbis appulſæ, fugatis vectorib. lacerantur. Erat malũ id adeò varium, vt nullius hominis cogitatione integrum comprehẽdi poſsit. Actum hoc eſt menſe Iulio, anno VIM. DCCXI. Inde Latini cum tantum quieuiſſent, quantum ad deliberandum ſatis eſſet, alij cum nauibus, equites verò cum adiuncto peditatu, ad Coſmidium accedũt parum Romanis armis ad põtem & locum qui Perforatus lapis dicitur, impediti, ac naues omnis generis ibi appellunt. Dux caſtra metatur partim foſſa, partim vallis iuxta collem circumdata, ex quo Blachernia regia quæ ad occaſum vergit, conſpicitur. Circa deſcenſum illius veſtibulũ quoddam verſus meridiẽ aperitur, in eum murũ deſinẽs quẽ Manuel muniendi caſtelli cauſa ſtruxit, verſus Septentrionem verò propè mare porrigitur. Ergo qui in vrbe erãt, erecta tabernacula cernebãt, & penè colloqui poterãt cũ ijs qui ad Gyrolimnã verſabãtur: nec illi vallo & armis, ſed mœnib. vrbis à nobis diſtinguebãtur. Cæterùm Imperator Alexius, qui pridem fugam animo deſtinarat, in eaq; totus erat, nuſquã arma tulit, neq; in aciem contra hoſtes prodijt, ſed ſpectator aſſedit, cõſcenſis altiſsimis ædibus, quæ ab Alemannorũ domina nomen habent. Eius verò familiares & cognati, cum quantocunq; equitatu, & exiguo peditatu, per interualla exibãt, tantum non vt oſtenderent, vrbem hominibus non omnino eſſe vacuam. Sæpe igitur eodẽ die vtrinque cohortes aliquot, leuia equeſtria certamina, æmulatione fortitudinis, faciebant: qua in re noſtri haud ſegniter ſe gerebant, præſertim cum Imperatoris gener Theodorus Laſcaris copias ducebat.

Velitationes Latinorum & Romanorum.

Is enim magno impetu inuehi ſolitus, re ipſa docebat Latinos apud Romanos quoque viros fortes reperiri. Sed & peditum cohortes

horres in id quod diximus veſtibulum egreſſæ, hoſtes laceſſebant. Palatia machinis diruebâtur, alicubi etiam ex mœnibus ingentiũ ſaxorũ iactibus hoſtes terrebantur. Enimuerò XVII. die Iulij terra marique ſimul fortius dimicare inſtituerunt. vt aut vototũ compotes futuri: aut ſi ijs fruſtrarẽtur, ad pactiones deſcenſuri. Nam vtriuſq; rei fama haud obſcura vagabatur. Ac alij naues boum tergorib. contra ignẽ munitas ad Petrium adduxerũt, ſcalis in antẽnis ex funib. factis, quæ rudentibus ad malos alligatis demittebantur, & in altum attollebâtur: alij ariete ad mœnia adducto, & Zagrotoxotis paſsim diſpoſitis, tanquam vno ſigno dato, congrediuntur, & atrox prælium cõmittitur. Nam Latini qui cũ ariete erãt, perfracto muro, qui ad mare pertinẽs, ſcala Imperatotis dicitur, intrò penetrarũt, ſed ab auxiliarib. Piſanis, & bipẽniferis barbaris fortiter propulſati, & pleriq; vulnerati receſſerunt. Qui verò nauib. Petrium occuparant, aggreſsi mœnia, ancoris nauiũ per cymbas ex ſcalis humi proiectis. Romanos ex turrib. facilè deturbarunt, quippe cũ ex ſuperiore loco pugnarẽt, ac tantũ nõ ſupra vertices eorum aſtãtes rela conijcerẽt. Nam ſcalæ nauium rudentibus in altum eductæ, lõge ſupra mœnia eminebant.

Incendium Byzantij.

Quibus hoſtes occupatis, ędes illis cõtiguas incendunt, paſsim vagantes. Editur eo die miſerabile ſpectaculum, quod flumina lacbrymarum tanto incendio paria poſtulet. Nam quicquid à colle Blachernio vſq; ad Euergetæ monaſterium pertinet, flamma eſt abſumptum, flammæ impetu vltra Deuterum elato. Imperaror tam miſerabili infortunio viſo, anxietatis populi miſertus, vix tamen arma induit: idq; cum à pleriſq; iratis vrgeretur. qui maledictis, & conuicijs nõ abſtinebãt, quòd deſidia ſua hoſtiũ animos augerer. nec vllam vrbi afflictæ opẽ ferret, ſed belliũ ad mœnia accedere pateretur, quod hactenus nunquá accidiſſet, quaſi verò nemo eſſet, qui pugnare ſciret: neq; præſtaret hoſtẽ anteuertere, quàm anteuerti, vt corpus graui valetudine & omnẽ medicinã reſpuente, oppreſſum. Igitur palatio egreſſus, plurimos equites aſciuit: & pedeſtris phalanx non contemnenda ex flore ciuitatis eſt contracta, vt hoſtes qui in terra erant, maximo exercitu ex improuiſo cõſpecto, horrore afficerẽtur. Ac forſitan res bene geſta eſſet, ſi vel ipſe pugnam commiſiſſet, vel id Laſcati genero permiſiſſer, in Latinos irruere cupienti. Nunc perpetua fugæ cogitatio, & familiarium eius trepidatio, eum cõſilij inopem fecit, vt tantum acie inſtructa, qua Romanis charus & gratus vt Latinos aggreſſutus exierat, eadẽ turpiſsimè & ſummo cũ dedecore rediret, aucta & cõfirmata hoſtiũ ferocia, qui Romanorũ diſcedentium tergis inhærebant, & haſtas in eos vibrabant. In palatiũ reuerſus, ad fugam ſe parat, quaſi de induſtria vrbem afflictam, & contra fatum perditam, & remotius eius exitium acceleratum vellet. Eoq; cõſilio cum paucis mulierculis & cognatis communicato, & Irene filia, & X. auri centenarijs cũ alio ornatu Imperatorio ex precioſis gemmis & perſpicuis margaritis in naue impoſitis, ſub primam noctis vigiliam Debeltum contendit, vbi ſuum aduentum præpararat: homo timidiſsimus, qui non charitate liberũm emollitus, nõ amore conjugis ſubactus, non tantę vrbis miſeratione fractus. de generi vitę cupiditate, ſalutem ſuam, eamq; ambiguam, tot vrbibus, tot prouincijs, totaq; ſua familia commutauit.

Alexius fruſtra tentatis armis Debeltũ profugit.

Imperauit annos VIII. III. menſes, & X. dies. In re bellica talis fuit, vt dictum eſt, nec ad ciuilia munia ſatis aptus, ne dicam planè fuiſſe negligentem: cętera non aſpernandus, elementia & lenitate omnibus ſuperior, aditu facilis, non ſeuerirate vultus, non arrecto ſupercilio quenquam à ſuo alloquio deterrebat, cuiuis eum adire & orare licebat, aliquando etiam non ſubmiſſa voce illi refragari, calumniatores & adulatores * frequentes circum ſe habebat. Sed cũ ſceleris in fratrem admiſsi conſciẽtia flagellaretur, fatum timebat, & vindictam omnes res humanas perluſtrantem perpetuo reformidabat. Itaq; animo angebatur, metu. ſolicitudine, pœnitentia æſtuans, Quòd ſi regibus magnum eſt ac difficile. ſpicas eminentes non decutere, nec immaniter eos proſternere à quibus offenſi fuerint, etiam ea laude abundauit Alexius. Neq; enim vel oculos effodiebar, vel membra mutilabat, neq; carnificina hominum delectabatur, neq; vlla matrona, quandiu is imperauit, ob maritum interfectum pullam veſtem induit, neq; quiſquam contumelijs ab eo affectus, fortunas ſuas deplorauit.

Alexij elogia.

* *Planè à ſe repellebat.*

ISAACII ANGELI VNA *cum Alexio filio iteratum Imperium.*

AC ſic Debeltum fugit Alexius, cùm à nemine fugaretur. Neq; verò mulier dnntaxat res grauis eſt, & coniugalis amor plus nocet quam iuuat, vt quidam ex veteribus à muliere attincto Imperio queritur, ſed vir etiam mollis & effœminatus, res peſsima & moleſtiſsima eſt, cui qui parent, quid infortunij, quid extremi periculi non ſubibunt? id quod ipſis Romanis accidit, cum aduerſo quodam fato in molles, ignauos & voluptarios Imperatores incidiſſent, qui labores non ferendos & vitę pericula intolerabilia iudicabant. Cæterùm eo cœptum iter proſequente, populus qui in palatio conuenerat, Alexij diſceſſum grauiſsimè tulit, animis imminentium periculotum metu conſternatis. Putabant enim Latinos, qui caſtra in propinquo baberent, nec à quoquam prohiberentur, ſtatim armatos in vrbem irrupturos. Igitur Alexij cognaris & familiaribus & imperatrice Euphroſyna, vt proditorib. contemptis, ob grauiſsimorum periculotum procellas, intra palatium tãquam in carcere incluſi, Iſaacium Alexij fratrem tanquam ſacram ancoram intuentur: & cum ſpado Conſtantinus fiſci præfectus bipenniferos coegiſſet, & apra oratione conciliaſſet: concurſu etiã ab ea factione, quæ iam olim Iſaacio reſtitutum cupiebat Imperium facto, Imperatrix Euphroſyna vnà cum cognatis comprehenditur. Iſaacius verò Imperator ſalutatur, & manu ductus ob excæcationem, is cui proſpicienda erant omnia, in imperatorio ſolio collocatus, miſsis ſtatim ad Alexium filium & Latini exercitus duces nuncijs, fratris ſui Imperatotis fugam eis nunciat. Ij verò nec contra vrbem eorum quicquam quæ expectabantur * prætermiſerunt, nec Alexium prius ad patrem remiſerunt,

Ignaui principes rebus publicis exitioſi.

Iſaacio denuò defertur Imperium.

* *Fecerunt.*

quàm ipſe Iſaacius quoq;, ſe rata illa habiturum eſſe, quæ filius eius pollicitus eſſet aſſentiretur. Quæ quidem, vt ſuprà expoſuimus, huiuſmodi erant, vt ad gloriam & emolumentum Latinorum nihil amplius poſſet accedere. Nam Alexius vecors & rerum imperitus adoleſcentulus, in id vnum intentus, vt paternum imperium recuperaret, nec vllam conditionem conſiderauit, neq; quàm infeſti eſſent Latini Romano nomini, cogitauit. Ac talibus Imperatorij faſtigij depreſsionibus aditum in vrbem mercatus, patri aſſedit, collega imperij aſcitus, & populus vniuerſus in palatium concurrit, filij & patris videndi ſimul & adorãdi cauſa. Non multis diebus pòſt, etiam Latinorum duces & nobilitate inſignes viri palatium ingreſsi ſunt, & ſubſellijs allatis, Imperatoribus aſſederunt, vt bene meriti, vt ſeruatores celebrati, & omnibus alijs honeſtis titulis ornati, vt qui ambicioſum Alexium erepto quod tantopere appetierat, Imperio, probè vlti, & calamitoſis opitulati eſſent. Præter hæc, omnibus alijs officijs & exquiſitis honoribus affecti, & lautiſſimè tractati ſunt. Nam Iſaacius, ſi quid imperatorius fiſcus celabat, ſi quid ipſe, capta Euphroſyna imperatrice, & cognatis eius, acquiſierat, id vniuerſum vtraque manu in illos conferebat.

Latinis ſacra & profana vix ſufficiunt.

Quæ cum ab illa gente omnium auariſsima & luxurioſiſsima, exiguæ guttæ inſtar acciperetur, Tyrrheni maris vndas deſiderante, etiam ſacroſancto profanat: vnde, vt opinor, Romana res funditus ſubuerſa & deleta eſt. Nam cum pecunia deſtitueretur, templa quoque inuaſit. Nec ſacræ tantum Chriſti imagines ſecuribus excidebantur, & humi proiectæ, ſine vlla reuerentia or natu adempto, in ignem conijciebantur: ſed & ſacroſancta vaſa abſque metu è templis capta & conflata, vt vulgare aurum & argentum hoſtibus dabantur. Huius impietatis furor neque Imperatori in mentem venit vnquam, neque quiſquam fuit, qui pietatis cauſam liberè agere auderet: ſed, quod quidem ad ſilentium, ne ſtuporem dicam, attinet, planè attoniti fuimus omnes. Vnde violatæ religionis rei, ea mala tollerauimus, & vidimus, quibus grauiora vix inueniuntur.

» Nam populi turba, vt ſolet, nec ſua ſponte ſana
» conſilia amplectens, nec meliora ſuadẽtibus obtemperans, dum iam hoſtes in Romanas prouincias irrupiſſent, præter omnem expectationem ſolo æquat, & in puluerem redigit maritimas Occidentalium gentium ædes, amicis ab hoſtibus non diſtinctis. Eam temeritatem & abſurditatem, non tantum ciues Romani, ſed & Piſani inquilini ægerrimè tulerunt. Alexius autem antequam fugeret, earum gentium homines bona ſpe lactabat, doloremq́ue mitigabat. Vt verò is in pedes ſe coniecit, Iſaacius imperio recuperato, Piſanos cum Venetis in noſtram fraudem magna cum temeritate reconciliat. Ij verò Peræam profecti, vbi aduerſarij diuerſabantur, veterum inimicorum hoſpitijs & conuictu vtuntur, ſumma cum eis familiaritate inita, Menſis Auguſti die XIX. VI. Indictione, anni VIMDCCXI. Quidam verò ex Francis, qui olim Flaminij vocabantur, Piſanorum & Venetorum coborte aſſumpta, ad diripiendas Sarracenorum facultates, tanquam ad paratum prædam traijciunt. Ea ſcelerata factio, cùm ad vrbem appuliſſet (neque enim quiſquam erat, qui eorum vel acceſſum, vel receſſum impediret) in Sarracenorum ſynagogam, quam vulgò Mitatum dicunt, irrumpunt, & per vim omnia diripiunt.

Synagoga Sarracenorũ direptio cauſa incenſæ vrbis.

Eam inexpectatam iniuriam Sarraceni armis obiter arreptis vlciſcuntur, Romanis etiam eius mali fama excitatis, adiutantibus: neque tamen tantum proficiunt, quantum oportebat, cœtu illo militum paulisper duntaxat regreſſo: & omiſſa defenſione, ad alterum incendium priore vix dum reſtincto, properante: cum experientia didiciſſent, nihil eſſe efficacius ad vrbem vlciſcendam & euertendam, quàm igne. Proinde varijs in locis diſperſi, ædes incendunt. Flamma verò ſupra cogitationem in altum elata, totam illam noctem & poſtridie, eo item die qui ſequebatur ad veſperam vſque, omnia peruagata eſt. Inuſitatum id ſpectaculum fuit, & tale quod nulla oratio poſsit conſequi. Nam cum prius maximis & innumeris ferè incendijs vrbs afflicta fuerit: illud eiuſmodi fuit, Vt cætera præ eo pro nihilo putarentur: cum variè interrupta ſerie ſpargeretur, rurſus coibat, vt igniti fluminis alueum repræſentaret, porticus corruebant, elegantiſsima fora euertebantur, maximæ columnæ veluti ſarmenta abſumebantur: neque quicquam erat, quòd illius ignis vehementiæ reſiſteret. Globi flammarum ab immani illo incendio auulſi, mirabiliter remotas ædes per certa interualla conſumebant, ijs quæ interiectæ erant, intactis: ſed paulò pòſt eas quoque reuerſi cremabant. In multis locis rectà progreſſus ignis ab aquilone impulſus, paulò pòſt quaſi ab auſtro exagitatus, obliquus cernebatur: & ea quoque conſumebat, quæ omnis periculi expertia putabantur. Id malum etiam templum maximum comprehendit: & quæcunque ad Milij fornicem vergunt, & cum Macrone & Synodis cohærent, corruerunt, nihil opere latericio, nihil altiſsimis fundamẽtis adiuuantibus, ſed omnibus cedentibus, & inſtar lychnorum abſumptis. Cœpit incendium à ſynagogio Sarracenorum, quod ad Septemtrionalem vrbis partem ad mare & ædem D. Irenes vergit. Verſus Orientem, in latitudine in templo maximo deſijt. Ad occaſum vſque ad Peram ſe extendit, atque inde in latitudinem vrbis ſe diffudit: aut potius, inuſitato modo eam veluti tranſiliens, domos ſuburbanas abſumpſit, & nauis in medio curſu carbonibus in eam excuſsis conflagrauit. In cineres redacta ſunt & Domini Roſtra, & duplices tecti ambitus à Milio incipientes, quorum alter ad ipſum Philadelphium pertinet: vnaque Conſtantini forum, & quæ interiecta ſunt omnia verſus Septentrionem & Auſtrum. Nec ipſum Hippicum inuiolatum permanſit: ſed eius quoque pars Occidenti obuerſa, penitus conflagrauit, & quæ ad Sophias & Bucanum porriguntur, & deinceps Eleutherij partibus contermina. Cùm autem incendium vrbem à mari vſque ad mare hoc modo vaſtaret, & in hiatum vaſtiſsimum diſceſsiſſet, ignito flumini ſimile, amici non citra periculum, niſi nauigio adiri poterant. Tunc maior pars habitatorum vrbis rei familiaris iacturam fecit: quippe cum ignis alios nec opinantes oppreſsiſſet, alij bo-

na ſua aliò translata multis anfractibus & regreſſibus ignis æquè amiſiſſent. Heu ſplendidiſsimas & elegantiſsimas ędes, & omni venuſtate & ſummis opibus plenas, quæ apud omnes celebrantur. His atrociſsimis caſibus Iſaacius Imperator dolebat ille qnidem, ſed non quantum oportebat. Eius verò filius Alexius adeò non grauiter eos ferebat, vt totam vrbem interire optaret, patriæ fax, flammea facie, & malom illũ Angelum incendiarium exprimens, cuius ſacræ literæ meminerunt. Incendio nondum planè ſopito, ſacer ornatus accuratius perquiritur & cõflatur. quàm prius. Latinorum verò exercitus aurum & argentum quod ita præbebatur, ad vſum corporis, vt profanam materiam transferebar, & publicè vendebat, ac ſe criminis abſoluebat, (nec enim ignorabant vnde eſſent, quæ dabanrur) quod acciperet debirum: „ Romanis verò iram Dei impendere vaticinabatur, „ qnod rem priuatam conſeruarent, ſacram verò profanarent. Cùm autem Latinæ copiæ Alexio auxiliari deberenr (nam patruus eius & dudum Imperator Alexius, Debelto relicto, Adrianopolim occuparat, & Imperium quod repudiarat, inſanis amatoribus condonatum repetere & amplecti non verebarur) Bonifacium Marchionem aliter ſecum attrahere ad belli ſocietatem non potuit, niſi auri centenarios XVI. promiſiſſet. Verùm egreſſus Alexium fugat longè celerius & longinquius quàm prius: & Thracias vrbes paſsim componit, ne dicam deglubit. Nam qui eum ſequebatur exercitus, ſæpiſsimè ex aureo flumine haurire cupiebat, veluti morſi à dipſadibus inexplebili ſiti ardens. Vſque ad Cypſella progreſſus, in palatium reuertitur, torus eorum factioni deditus, qui patris excæcandi & euertendi Alexio patruo adiutores fuerant. Quod cùm Iſaacius ferre non poſſet, iam longo tempore vltionem illorum cogitans, filio maledicere non deſiſtebat: præſertim cùm auctoritatem ſuam imminui, & paulatim exoleſcere, & ad filium tranſire cerneret. Indigniſsimè quoque ferebar, proclamationis mutationem. Nam filius priore loco contentis vocibus, vt palatium reſonaret, ſalutabatur, ipſo tãquam Echo ſubmiſsius ſequẽte. Sed quia prohibere illa non poterat, ſubmurmurabat. & apod eos, quibus arcana ſui pectoris committebar, malè de filio loquebatur. Neq; enim quicquam virtutis ei eſſe, non bonis moribus informatum eſſe, ſed peſsimis ſtudijs occupari, & peſsimorum hominum conſuetudine corrumpi. Neque hæc falſa erant, aut inania. Nam Alexius pluribos & grauioribus peccatis magnificum & inclytum Imperij Romani nomen fœdabar, vt qui paucis comitantibus, in Barbarorum tenroria traijciens, crapulæ & aleæ vnà cum illis per totos dies indulgeret. Eius verò colluſores diadema aureum & gemmatum, ei detractum, ſuis capitibus, illi verò laneum hirſutum pileum imponebant. Neque verò Alexius duntaxar ob huiuſmodi res apud honeſtiores Latinos, & modeſtiores Romanos execrabilis habebatur: ſed & pater eius Iſaacius nihilominùs inuiſus erat, cum rurſus abſurdarum opinionum intemperijs agitaretur, & diuinationibus atque oraculis fœdioribns qoàm prius incumberet. Nam ante monarchiam ſibi imaginabatur,

Alexius relictum Imperium fruſtra repetit.

Iſaacij & Alexij diſsidiũ flagitia & vecordia.

ſeque imprudenter eum eſſe iactabat, qui Occidentem cum Oriente coniuncturus, & totius mundi imperio potirurus eſſet. Tum verò viſum ſe recepturum, & articularem morbum, vt ſerpentem exuuias, poſiturum, & in virum Deo ſimilem ſe transformatum iri ſomniabat. Proinde Monacbi quidam ſummè execrabiles, promiſsis barbis, homines inuiſi Deo, religioſo habiru cum ſua ignominia conſpicui, qui menſam principalem perſequebantur, qui recentibus & pinguibus piſcibus inhiantes, cum Iſaacio cœnitabant: mero largius hauſto monarchiam illi verbis confirmabát, aliquando etiã nodoſas manus eius oculis admotas, e veſtigiò renouatũ & confirmatum iri prędicebant. Ille verò mirum quàm blanditijs iſtis exhilarabarur, & ſcurrilibus iocis æquè ac certiſsimis oraculis fidem adhibebat. De aſtrologorum quoque ſententia cùm alia fecit, tum aprũ Calydoniũ, qui horrentib. in tergo ſetis in Hippico impetu fertur, in magnum palatium tranſtulit, ea ſe ratione temerarij, & apro non diſsimilis populi rabiem cohibirurum exiſtimans. Sed & ebrioſi quidam ex circũforaneis, Mineruæ ſimulacrum in foro Cõſtantini columnæ inſiſtẽs, in multas partes comminuerũt, qoòd demẽs turba id pro exercitibus occidẽralibus formatũ eſſe credebat. Id in XXX. pedum altitudinem aſſurgebat, indutum ærea veſte, qua materia totum conſtabat, demiſſa ad pedes, & multis in partibus complicata, ne quid appareret, quod natura tectum eſſe voluit, baltheus lumbos arctè conſtringebat. In pectore rectis mammis inſigni Aegidem cum Gorgoneo capite ab humeris dependentem gerebat, collum nudum & longum erar, iucundiſsimũ ſpectaculum. Aes enim deam ita repræſentabat, vt labia ſuauem edituta vocem ſi quis expectaret, viderentur: apparebant & venæ, & totum corpus, quà decebat, mollius inflectebatur: & quamuis exanime, animati corporis vigorem referebat. Cauda equina capiti impoſita, terrorem quẽdam præ ſe ferebat. Coma à fronte dependens, in nodum contorta, & à tergo conſtricta, oculorum erat deliciæ, galea non penitus contecta, ſed ex parte prominẽs, læua manus plicas veſtis continebat: altera verſus Auſtrum caput paulum inclinatum ſuſtinebat, oculorum acies eodem intendebatur, vt qui ſitum angulorum non ſatis norant, ſimulachrum Occidentem ſpectare, & veluti manu allicere Occidentales exercitus, affirmarent, haud ſano iudicio oculorum decepti. Ac illi hac opinione impulſi Miueruæ ſimulachrum contriuerunt: ac potius ſubinde ruentes in deterius, „ & contra ſemetipſos armari fortitudinis & prudentiæ præſidẽ, „ nec typis expreſſam apud ſe ferre potuerunt. Imperatorum verò ſumma & vnica occupatio erat, pecuniæ collectio, quòd nulla erat accipiendi ſatietas: ſed quanrum donatiua augebantur, tantum creſcebat auri cupiditas. Cupiebant etiam à ciuibus exigere triburum. Sed cum ea res non expeditè ſucccederet, (nam populus inuiſa poſtulatione irritatus, inſtar vaſti maris vento conturbati, defectionem ſpectabat) omiſſo illo propoſito, ijs qui ditiſsimi eſſe ferebantur, affixi, non quantum decebat extorquebant, ſed id ſpectabant, vt Latinorum cupiditati immenſæ fieret ſatis. Præte-

Monachi aſſentatores.

Aper imago plebe.

Minerua vt Occidentaliũ fautrix comminuta à plebe.

Latini rapinis, incendijs ferro graſſantur in Byzantinos.

Pręterea maximi templi aurea ſuppellectilia multorum talentûm, & argentei lychni vnà abrepti conflabantur, & planè canibus obijciebantur, rebus non miſcendis nefariè commiſtis. Neque tamen manifeſtis iniurijs iſtis quicquam proficiebatur. Nam pecuniæ exactores Romanorum ſimplicitati inſultantes, & Imperatorum vecordiæ illudentes, poſtulabant, vt alij materiam precioſam apud ſe deponerent, alij onera ſuſtinentes aſtarent, alij auri baiuli accederẽt, alij ſe ad acceſſum pararent, idq; continenter fieret. Vnde hoſtium duces ſuburbana prædia amœniſsima & ſacras ædes Proponridis, & ſplendidiſsima Imperatorum palatia, alij ab alijs inſtigati direptis per vices ijs quæ inerãt, cremabant, nulli maritimo „ ædificio parcentes: homines Barbari ab omni e„legantia alieni, & in perniciem hominum nati. Multi etiam vrbana littora legentes, pugnam ciebant, victoria non ipſis perpetuò addicta, ſed alterius, [illegible] Romanis aliquando fauente, & vrbanus populus, fiducia ſumpta, ab Imperatore poſtulauit, vt ſibi, qui fideles ipſi & populares ipſius eſſent, cũ exercitu ad reſiſtendũ hoſtib. opem ferret: niſi fortè labijs duntaxat Romanis faueret, animo verò ad Latinos propenderet. Verùm ille poſtulationes erant irritæ. Nam & Alexius ab armis contra Latinos ſumendis abhorrebat, idque inutile eſſe putabat: & pater eius id conſilium dabat, inanes promiſcuæ turbæ clamores negligendos: eos verò quorum ope in patriam reſtitutus eſſet, ſummis honoribus afficiendos eſſe. Huic ſententiæ reliquiæ quoque Imperatorij generis in Alexij æqualis ſui gratiam aſſentiebantur.

Alexius Ducas Murzuflus Latinis reſiſtit.

Quidam etiã Latinis familiares facti, colloquia ciuium vt veteres nugas aſpernabatur: Latinum bellum magis reformidantes, quàm ceruorũ exercitus rugientem leonem. Solus omniũ Ducas Alexius, cui ob coniuncta ſupercilia & velut oculis imminentia, Murzufli cognomentũ ob æqualibus erat inditum, regni cupiditate flagrans, vt ciuiũ gratiã colligeret, cum Latinis pugnare auſus, ad perforatum ſaxum & contiguum illi fornicem, illuſtre virtutis ſpecimen edidit. Sed popularium ducum nullo adiutante (nam id imperator vetuerat) captus eſſet, equo in genua prolapſo, & omnibus vnum ducẽ petentibus, niſi manus ſagittariorum eum defendiſſet. Proinde plebeia multitudo, cum neminem, qui contra Latinos opem ferret, inueniret, defectionis conſilia agitare cœpit, & conuicijs Imperatores inſectari: cogitationibus quæ diu animis latuerant, erumpentibus. Agebatur tum XXV. dies menſis Ianuarij, VII. indictione, anno VI. MDCCXII.

Seditio cõtra Angelos.

Concurſu autem maximo in magnum templum facto etiam Senatus & collegium pontificum, & Eccleſiaſticorũ primores eò conuenêre, & de Imperature diligendo vnà deliberare ſunt coacti. Cùm autem ſententias rogaremur, nullo modo autores eſſe poteramus, vt Imperatoribus ſtatim eiectis, alium crearent: haud ignari, quiſquis deſignatus eſſet, eũ cùm ob alia, tũ quod Latinorum duces rurſus Alexiũ ſummis viribus defenſuri eſſent, poſteriores laturum. At plebs, vt ſimplex eſt & mutabilis, & nihil niſi libidinẽ in conſilio habet, ſe Angelorum imperiũ diutiùs toleraturã negabat, neque prius diſceſſurum, quàm Imperatorem ex ſententia nacta eſſet. Igitur ipſa re contumaciam hominum experti, fortunas noſtras miſerantes, & affatim lachrymantes, quieſcimus, quid futurũ eſſet, multo antè proſpiciẽtes. Dum autem illi diligenter Imperatorem quærunt, & alios atq; alios ex nobilibus familijs deſignant, tandem ijs omnibus improbatis, plebeios magiſtratus, & quoſdam noſtri ordinis manibus prehenſos, accipere coronam ſtrictis enſibus hortabantur. Heu, heu, quid illo periculo grauius atque acerbius? quid illius cõciliabuli vecordia dementius magiſue ridiculum? deſignationis ea ratio afferebatur. Veſtem habes, eſto noſter Imperator. Vix tandem triduo elapſo, adoleſcentem quendam Nicolaum Canabum inuitum Imperatorem inaugurãt.

Nicolaus Canabus.

Quæ vbi Alexius audiuit (nã Iſaacius animam agebat, illis diuturni imperij prædictionibus ipſo euentu refutatis, & non aliter quàm febricitãtium ſomnia euaneſcentibus) Bonifacium Marchionem accerſit, initoque conſilio, vtrique viſum eſt Latinas cohortes in palatium admittendas eſſe, quibus nouus iſte Imperator, & populus qui illum deſignaſſet, ſubmoueretur. Eo conſilio nunciato, Murzuflus Ducas arrepta occaſione, ad defectionem quam parturiebat idonea, eum multis cognatis ſuis, ſpadonẽ fiſco præfectum ſibi conciliat, homuncionem incrementis dignitatis & largitionibus non inexpugnabilem.

Alexius Ducas Murzuflus regnum affectat.

Is verò Imperatoris conſilio bipenniferis nunciato, efficit, vt ea amplectenda cenſeãt, quæ ipſe vellet, & Romanis grata eſſent. Ex eo Imperatoris expulſio quaſi per ludum inchoatur, eumque Ducas intempeſta nocte adit (erat enim ei intima familiaritate coniunctus, Protoueſtiarij dignitate & inſignibus calceis ab eo ornatus) & mœſta voce ait, cognatos eius, & plurimos obſcuros homines, in primis verò bipenniferos barbaros furioſo impetu in foribus eſſe, ad eum, ob initam cũ Latinis familiaritatem & amicitiam, diſcerpendum. Is verò eo nuncio territus atque obſtupefactus, orat, vt quid agendum ſit, moneat. Tum ille imperatorẽ lata veſte & ad pedes vſq; fuſa, complexus, per portam pleriſq; ignotã, in tentoriũ, q̃d in palatio habebat, quaſi liberaturus perducit. Qui ob id factũ ei penè gratias agebat, & Dauidicum illud canebat: Occultauit me in tentorio ſuo, in die malorum „ meorũ: texit me in occulto tabernaculi ſui. Ille „ verò alternis reſpõdebat: Labia doloſa in corde, „ & in corde locutus eſt mala, ac pacatè mecum lo„quuti ſunt, & irati dolos ſtruxerunt. „ Ac Alexius ſtatim compedibus iniectis, in omniũ teterrimũ carcerem conijcitur. Murzuflus verò inſignia Imperij ſumit, eumq; deinceps alij Imperatorem de more conſalutant: alij ad Canabum in templo ſedentem cõfluunt, virũ leni ingenio, cordatum, & non imbellẽ.

Canabus capitur.

Sed quia peiora apud Conſtantinopolitanos in primis vincunt (tam popularium meorum gratiæ veritatẽ antepono) Ducæ opes creſcebant & firmabantur. Canabi verò ſplendor vt Lunæ deficientis obſcurabatur: nec multo pòſt à ſatellitibus Ducæ captus, cuſtodiæ traditur, populo nihil opitulante, poſt proclamationem eius diſperſis omnibus.

Alexij Imperatoris interitus.

Cæterùm Alexio Imperatori Ducas bis venenum propinauit, quod cum adoleſcens tum ætatis robore,

tum

tum antidotis, quibus clàm vtebatur, viciſſet, laqueo ei guttur elidit, menſe Imperij ſexto, die octauo.

ALEXII DVCÆ COGNOmento *Murzufli, ſeu Supercilioſi Imperium.*

IMperio citra controuerſiam potitus Ducas, mutationes rerum parturiebat, & conturbare omnia in animo habebat, homo callidus & arrogans, qui prudentiam in diſſi-

Murzufli ingenium. mulatione & cunctatione ponebat, ac beneficia ſubinde in Meteonis ætatem differebat. Negabat enim regium eſſe ſubitò ac temerè quicquàm facere, ſed cum mora & deliberatione. Ad has ſententias cùm ſuapte ſponte propenſus erat, quippe qui ſe nihil ſcitu neceſſarium ignorare, ſed omnibus rebus gerendis idoneum eſſe profiteretur: tum à Philocalio ſocero ſuo vmbratilia adiutore in ea opinione confirmabatur. Quem cum aliter

Philocalius Choniatæ ſucceſſor datus. in ſummo conſilij gradu collocare non poſſet: nos nulla probabili de cauſa ab officio Logothetæ ſecretorum remouit, eumq; in noſtrum locum ſubſtituit. Is verò vir cum à ſui cognatione alieniſſimus eſſet, dum præ nimia ambitione ea quæ dignitatem eius ſuperabant, cum periculo appetit, ne quoſdam honoratos viros aſſeſſores haberet, pati podagram ſimulat, quaſi vnà cum pedibus cerebrum etiam amiſiſſet, & quaſi aliena-

Murzuflus mulctatis locupletibus bello ſe parū feliciter parat. ta mente decorum negligit. Cæterùm Ducas hic cum ſuſcepto imperio theſauros non plenos, nec ſemiplenos, ſed admodum exhauſtos reperiſſet: metebat vbi non ſeuerat, & colligebat vbi nihil ſparſerat: ac graui quæſtione in eos habita, qui ſub Angelis maxima imperia geſſerant, ad faſtigium Sebaſtocratoricum & Cæſareum euecti, pecuniam inde collectam ad publicos vſus deferebat. Cum autem Latinis, hoſtium viribus malè æſtimatis, reſiſtere cuperet, eaque re omnium primus eſſet, murum maritimum trabibus altiorem fecit, & terreſtres portas tibicinibus fulſit, & legionibus, ſuo exemplo, dū gladio accinctus, & ferream clauam manibus verſare conſpicitur, ad fortitudinem excitatis: partim hoſtium excurſiones reprimit, partim eos qui frumentatum ſparſim exibant, perſequitur. Quæ cum vltrò nemine flagitante faceret, vt charus erat ciuibus, ita cognatis ſuis ferè ſuſpectus & inuiſus: qui vt in ocio nutriti, & in delicijs adulti, ſeueram & modeſtam vitæ rationem vt morbida corpora temperantiam aduerſantes, ab eo abhorrebant, & eius caſtigationem & increpationem (erat enim natura voci graui, aſpera & rauca) grauiſſimè & iniquiſſimis animis patiebātur, & eius exitium vt diuinum beneficium exoptabant. Cum autem Imperator contra Balduinum Flandriæ Comitem, qui Phileæ loca finitima populabatur, & tributa exigebat, exiret, atque in eo itinere vterque alteri occurriſſent: Romanis perterritis & trepidè fugientibus, ſolus derelictus, penè perijſſet: & genetricis Dei imago, quem Romanorum Imperatores belli ſociā aſciſcūt, ab hoſtibus capta eſt. Neq; hæc tantū grauia erant, ſed & longè grauiora timebātur. Nam in maioribus nauibus horrendæ rurſus ſcalæ fabricabantur, & omnis generis machinæ parabantur, vexillis ſupernè volitantibus: & ijs qui pugnandi cauſa cā conſcenderent, à Latinis maxima præmia proponebantur. Ita periculis partim inſtātibus, partim vrgentibus, nulla ſpes pacificationis ſupererat, pactionibus per inuidos & ſceleratos quoſdam homines ſæpè confuſis. Nam dux Venetiarum

Irritæ pacificationum conatus. Ericus Dandulus cū Imperatore de pace acturus, triremi iuxta Coſmidium appellit: eodem & Imperatore quo aduehitur, rebus alijs omnibus relictis, de pace verba conſerūt. Ac à duce Venetiarū cæteriſque principibus auri centenarij 50. ſtatim numerandi poſtulantur, adiectis conditionibus aliquot duriſſimis, & minimè accipiendis ijs, qui libertatis dulcedinem ſunt experti, & imperare, non parēre didicerunt, & Laconici flagelli acerbitatē ſuperantibus. Quibus verò captiuitatis periculum imminebat, ac publicū exitiū & inchoatū & exaſperatū, planè tolerabiles erant, nec omniū difficillimæ. Dum verò de pace diſputatur, Latinorum equeſtres copiæ ex ſuperiore loco ſubitò erumpentes, laxis habenis Imperatorē petunt, vt vix equo cōuerſo periculum effugeret, & comitū eius aliquot caperentur. Nam ſummū eorū erga nos odiū, & immenſum noſtrū cum illis diſsidiū, obſtabat, quo minus vtrinq; de æquis conditio-

Vrbis oppugnatio. nib. agi poſſet. Exinde maximæ hoſtiles naues, in quibus paratæ erant ſcalæ, cæteraq; inſtrumenta ad oppugnationem neceſſaria, à littoribus reductæ, rectà ad mœnia accedunt: & iuſtis inuicem diſtinctæ interuallis, id ſpacium occupant, quod ab Euergetæ monaſterio ad amuſsim ad Blachernium palatium extenditur, incendio deſolatum aſpectuq; fœdum. Quo viſo Ducas, vt paria cū hoſtibus faceret, ipſe quoq; Imperatoria tentoria in tumulo ad Pantepopti monaſterium figi iuſſit: vnde & hoſtium naues, & quicquid agerent conſpici poterat. Vt autem IX. dies Aprilis illuxit, Indictione VII. anni VR. MDCCXII. naues ad mœnia contendunt: & quidam audaces milites, ſcalis conſcenſis, tela omnis generis in eos iaculantur, qui mœnia defendebant: ac eo toto die acriter pugnatum eſt, victoria tamen ad Romanos inclinante. Nam ſcaligeræ & equeſtres naues re infecta ſunt ab vrbe repulſæ, & tormentis magna hoſtium multitudo occubuit. Poſtridie & ſequenti die Dominico quieuerunt hoſtes. Inde Aprilis XII. II. die VI. hebdomadis ieiuniorum rurſus vrbem petunt. Ac res noſtra vſq; ad meridiem ſuperior fuit, & pugna atrocior quàm nudius tertius commiſſa. Sed cùm omnium vrbium dominæ ciuitati ſeruitutis iugum ſubeundum eſſet, & maxillas noſtras fræno & camo conſtringendas cen-

Vrbis expugnatio. ſuiſſet Deus, quòd omnes declinaueramus, ſacerdos ſimul & populus, vt equus effrænis & contumax: duo viri ſalute ſua fortunæ permiſſa, ex ſcalis quæ proximè Petrium aduerſus Imperatorē in opere erant, præ cæteris ſocijs in turrim deſiliunt, & Romanum præſidiū deturbāt. Deinde agitata manu, quod alacritatis & fiduciæ ſignum eſſet, populares ſuos confirmant. Eodem quoq;

Petrus Plantzius Turriger gigas. tempore quidā eques nomine Petrus, per portam ibidē ingreditur, qui totas phalāges fugare poſſe cenſeretur, gigātex propemodū ſtaturæ, caſsidem turritæ vrbis inſtar capite geſtans: cuius vnius

equitis toruo vultu & ſpectabili proceritate, ſtiparores Imperatorij, homines nobiles, & reliquus exercitus non tolerato, conſuetam fugam egregium ſalutis præſidium iudicarũr, quaſi in vnum degenerem animum cōflari eſſent omnes, ac deſertis munirionibus (nā in editis tumulis ſtabāt) milleni ab vno fugabantur, & per *auream terreſtrem vrbis portam egreſsi, ac nuper ſtructo propugnaculo diruto, quo quenque metus tulit (vtinam verò in barathrū & internecionem incidiſſent) diffugiunt. Tum hoſtes reſiſtente nemine, paſsim diſcurrunt, & gladios in omnem ætatē & ſexum ſtringunt, non conſeruata acie, nō integra coborte, ſed ſparſim diffuſi, vt iam omnibus formidabiles. Veſperi ijs, quæ ad Orientem tendunt incenſis (quod incēdium ab Euergetæ monaſterio, ea quæ ad mare inclinant, vſq; ad Drungarij ædes abſumpſit) reuerſi ad Pantepoptæ monaſteriū caſtra locant, Imperatoris tentorio ſpoliato, & Blachernio palatio citra negorium ptimo impetu capto. At Imperator in alios atque alios vrbis angiportus diſcurrens, ſtudebar ille quidem temerè oberrantē populum colligere & centuriare: ſed ij neque monitis eius mouebantur, nec increpationes curabanr, rurbine deſperationis omnes oppreſsi, & vt ea quæ reſtāt adiungā: dies inclinauit, nox proceſsit, & vrbis habitatores omnes transferendis & defodiendis ſui sopibus occupabantur, erant etiā qui ex vrbe vellent diſcedere, qua quiſq; poſſet ratione ſalutem quæſituri. Ducas igitur cum ſe nihil proficere videret, ſimulq; timeret, ne captus paratum obſonium maxillis Latinorum eſſet: maximū palatium ingreditur, & Euphroſyna imperatoris Alexij cōiuge, & eius filia Eudocia, cuius amore tenebatur (erat enim homo à pubertate libidinoſus & ſalax, & duas iuuenculas vxores per iniuriam repudiarat) lembo impoſitis, vrbem egreditur, cum duos menſes & dies 16. imperaſſet. Poſt eius diſceſſum duo iuuenes modeſtiſsimi & bellicoſiſsimi, Ducas & Laſcaris, vterq; Theodorus, de imperio, tanquam de naue tempeſtatibus conflictante certant, cum maximam & celebratam illam rem Romanum imperium, fortunæ ludibrio & incerti caſus temeritati propoſitum viderent. Maximū igitur templum ingreſsi inter ſeſe contendebant, nec erat qui in comparatione alteri præponderaret, ambobus velut in æquilibrio conſtitutis. Neque enim erat qui cenſuram aut iudicium faceret. Laſcaris tamen à clero prælatus, inſignibus imperij repudiatis, cum Patriarcha in Milium egreſſus, confluentem populum blandiendo & rogando ad reſiſtendum cohortari non deſiſtebat, & ſatellites ad pugnam concitabat. Neque enim exitium minus eis timendum eſſe quàm Romanis, ſi imperium ad aliam nationē deuolueretur: neque ampla ſtipendia, neq; Imperatoris ſtipandi bono rem retenturos, ſed mercenariorum militū loco futuros. Quibus verbis cū nec è populo quiſquā moueretur, nec bipenniferi, niſi ſtipēdio promiſſo, auxilium promitterent, vrgens illud periculū callidè nundinaturi, etiam cataphractæ Latinorū cohortes appareren: inde diſcedit, & fuga ſalutē quærit. Hoſtes verò cum præter expectationem arma contra ferre neminē, neminem reſiſtere cernerent, omnia plana & expedita, angiportus peruios, trinia āperta, à bello ſecuritatē, ab hoſtibus vtilitatē eſſe, Fortuna quadam propitia & adiutrice, omnibus cum crucibus & ſacris Chriſti imaginibus, vt in pompis & feſtiuitatibus moris eſt, obuiam prodeuntibus: nihil eo cōſpectu habitū animorum immutarunt, neque arriſerunt paululum, nec inſperato illo ſpectaculo triſtis & furioſus eorum impetus mitigatus eſt, quo minus non tantum priuatorum pecuniam, à iumentis auſpicati, ſed & Deo ſacra impudenter diriperent, ſtrictis enſibus, equos ad tubæ ſonitum excitari ſolitos, in armis tenentes. Quid verò primo, quid ſecundo, quid tertio loco referā ex ijs quę nefarij iſti viri perpetrarūt? Heu ignominioſam adorādarum imaginū conculcationem. Heu reliquiarū S. martyrū in fœda loca abiectionē. Quòd verò vel auditu horrendum eſt, id tum erat cernere, vt diuinus ſanguis & corpus Chriſti humi effunderetur & abijcererur. Qui autē precioſas eorū capſulas rapiebāt, ornamenta, quæ in ijs continebatur, in ſinum congerebant, ipſas confractas pro patinis & poculis vſurpabanr, Antichriſti præcurſores, & nefariarum eius actionum, quæ in expectarione ſunt, auſpices & prænuncij. Planè profectò à gente illatum, vt & olim, Chriſtus exuebatur & illudebatur, & veſtes eius ſorte diſtribuebantur: illud tantū aberat, ne latus haſta traiectus, riuos diuini cruoris humi effunderet. Violatio porrò maximi templi nec auribus æquis poteſt accipi. Nam ſacra menſa ex omnibus generis precioſis materijs conflata, in excellentis pulchritudinis varietatem, omnibus gentibus admirabilem, in fruſtra eſt diſſecta, & inter milites diſtributa, vt & omnes ſacræ opes tam immenſæ & infiniti ſplendoris. Cum autem ſacroſancta vaſa & ſuppellectilia inſuperabilis artis & gratiæ, raræq; materiæ, & probum argentum quod tribunalis clathros, & ambonē artis & admirabilis & portas multa alia ornamenta ambiebat, auro circumfuſum, pro manubijs efferēda eſſent, muli & iumenta ſellis inſtrata vſque ad templi adyta introducebantur, quorum nonnulla cum ob ſplēdidum & lubricum ſolum pedibus inſiſtere nequirent, prolapſa confodiebantur, vt effuſo cruore & ſtercore ſacrum pauimentum inquinaretur. Imò & muliercula quædam, cooperta peccatis, miniſtra Furiarum, ancilla dæmonum, incantationum, & veneficiorū officina, Chriſto inſultans, & in patriarchæ ſolio conſidens, fractum canticum cecinit, & ſæpè in orbem rotata ſaltauit. Neq; verò hoc admittebantur, alia non admittebantur: aut hæc remiſsius, illa vehementius, ſed vno conſenſu omnia ſumma ſcelera & piacula omnibus ex æquo ſtudio erant. An verò illi matronis honeſtis & nubilibus puellis aut Deo conſecratis virginibus peperciſſent, qui tantam in ipſum Deum rabiem exercuerunt? Nihil autem erat difficilius & operoſius, quàm precibus mollire, & beneuolos reddere Barbaros, adeò iracundos, adeò bilem euomentes ad quoduis ingratū verbum, vt nihil non furorem eorum inflammaret: quod qui conabatur, vt ameus, & homo linguæ intemperātis deridebatur: ſæpè etiam pugio ſtringebatur in eum, qui paululum refragabatur, aut poſtulata eorum detrectabat. Itaque nemo luctus erat expers: in angiportis, in triuijs, in templis querelæ, fletus, lamenta-

Murzuflæ fuga.

Theodorus Ducas & Laſcaris fruſtra de imperio contendunt.

Vrbis direptio & ſacrilegiorum deploratio.

mentationes, plãctus, virorum gemitus, mulierũ eiulatus, lacerationes, ſtupra, captiuitates, cõiunctiſsimorũ diuulſiones: nobiles cum ignominia, ob ſenectam venerabiles, lachrymoſi, diuites ſpoliati bonis circumibant: ſic in plateis, ſic in angulis, ſic in tẽplis, ſic in ſpelũcis agebatur. Nec enim vllus locus in exeuſſus relinquebatur, aut ſupplices defendebat. Omnia vbique malis omnibus referta erant. Deum immortalẽ, quanta hominũ afflictio, quantæ anguſtiæ? Fremitus maris, ſolis obſcuratio, cruenta lunæ facies, ſtellarum exorbitatio, vbi & quomodo hæc mala prænunciarunt? Enimverò abominationem deſolationis in loco ſancto ſtare vidimus. meretricios ſermones rotundo ore proferentem: & cætera etſi non penitus ſimilia, tamen in contrariũ conuerſa, ijs quæ apud Chriſtianos honeſta & religioni conſentanea iudicãtur.

Inſectatio Latinorum. Hæc pauca de multis Occidentaliũ exercituum in Chriſti hæreditatem ſcelera, qui erga neminem humanitate vſi, omnes pecunia, poſſeſsionibus, veſtimẽtis, aris & focis ſpoliarũt, nec poſſeſſoribus quicquam impertierunt, literis mandanda eſſe cenſui. Hæccine collum æreũ, ſuperbus animus, arrectũ ſupercilium, iuueniliter raſa maxilla, ſanguinaria dextra, iracundæ nares, elatus oculus, inhumanum ingeniũ, rorĩda & incitata loquela, ac tantũ non ſaltans in labijs? imò potius, vos qui veſtra opinione docti, ſapientes, fideles, veraces, probi, nobis Græcis religioſiores, iuſtiores, & præceptorum Chriſti obſeruantiores eſtis (ego verò hæc nunquã per ludibriũ & iocum dixerim, nam quod luci cũ tenebris eſt commercium?) & quod maius eſt, qui crucem Chriſti in humeros ſuſtuliſtis, eamq́ue & diuina oracula ſæpe teſtari eſtis, vos Chriſtianas prouincias citra ſanguinem tranſituros, nec ad dexteram, nec ad læuam declinantes, ſed contra Sarracenos armaſſe manus, eorumq́; ſanguine tinctutos eſſe gladios, qui Hieroſolyma expugnaſtis, qui vos conſuetudine & colloquio mulierũ temperaturos promiſiſtis, quandiu crucem in humeris tuleritis, vt Deo conſecratos viatores? Nugarores eos eſſe planè conſtar, qui dum diuinum ſepulchrum vindicant, manifeſtè contrà Chriſtum inſanierunt: & cum cruce crucem violarunt & deſtruxerunt, quam humeris baiulabant, dum eã exigui auri & argenti cauſa ante pedes abijciunt: & dum margaritas colligunt, precioſam margaritam Chriſtũ abiecerunt, in ſordidiſsimis beſtijs re ſanctiſsima diſperſa.

Sarraceni Latinis humaniores. Non ita fecerunt Iſmaelitæ: ſed populares iſtorum clementiſsimè & humaniſsimè tractarunt, potiti Hieroſolymis. Neque enim Latinas matronas violarunt, neq; Chriſti ſepulchrum cadaueribus oppleuerunt, neq; ingreſſum vitalis tumuli deſcenſum ad inferos, neq; vitam mortem, neq; reſurrectionem ruinam effecerunt: ſed paucis aureis in ſingula capita contenti, omnibus liberum abitum permiſerunt, cætera quantumuis multa poſſeſſoribus cõceſſere. Et hoc modo Chriſti oppugnatores cum Latinis aliam religionẽ profitentibus egerunt: & vt magno animo dignum eſt, nec ferro, nec igni, nec fame, nec perſecutione, nec nuditate in eos ſunt graſſati, nullo grauiore onere impoſito. Nobiſcum autem iſti Chriſti amantes eiuſdem religionis, nulla iniuria laceſsiti, ſic egerunt, vt breuiter percurrimus.

DEPLORATIO VRBIS.

O vrbs vrbs, vrbium omnium ocule, per orbem terrarum celebris, ſpectaculum vltramundanum Eccleſiarum mater, princeps religionis, rectæ ſententiæ dux, eruditionis alumna, omnis pulchritudinis diuerſorium: Itané ex manu Domini calicem furoris bibiſti? Itane pars extitiſti ignis multo vehementioris eo, quo olim Pentapolis diuinitùs conflagrauit? Quodnam tibi tribuam elogium? cui te comparem? An poculum contritionis tuæ amplificatum eſſe, vt lacbrymoſus Hieremias veterem Sionem deplorans ait? Qui mali genij te ad cribrandum efflagitarunt? Qui alaſtores, inuidi & implacabiles dæmones, ebrietatis in te ſuæ intemperias effuderunt? Qui infeſti & inſani proci, thalamum tibi non concinnarunt, nec facem nuptialem, ſed carbones exitiales incenderunt? O fœcunda genetrix, byſſo & purpura Imperatoria amicta pridem, modò ſordida & ſqualida, & germanis orbata liberis. O pridem in alto ſolio collocata, longis & altis incedens paſsibus, auguſto vultu, ſtatura magnifica, nunc humilis & depreſſa, laceratæ ſunt tuæ delicatæ veſtes: elegantibus atque imperioſis ſpoliata es redimiculis: extincta eſt lux gratioſorum oculorum: aniculæ caminariæ ſimilis ex incendij fuligine extitiſti: profundis rugis ſplendida prius & ſuauis tua facies eſt arata. Neq; iam dico eſſe qui tuas clades ad citharam cantillent, qui tuam tragœdiam pro comœdia ludant, quo artificio ridiculæ recitationis malorum tuorum & alaparum alantur: qui lapſus & vibices & contumelias, quibus in horas afficeris, per iocum commemorent. Per inuidiam depreſſa es, à vecordi populo, ac potius ab obſcuri & vagabundi populi colluuie, cuius magnum partẽ ſi non genuiſti, at euexiſti & ſaginaſti. Quis te ſeruabit? quis te conſolabitur? quis tibi parcet? quis vicem tuam dolebit? quis reuertetur, vt paci tuæ conſulat? (ſunt & hæc lachrymoſi Hieremiæ verba) quis priori ſtola te induet? Quando diuinitùs audies: Erige, ſurge, quæ calicem furoris mei bibiſti, & poculum ruinæ exhauſiſti: Indue vires tuas, indue gloriam tuam: excuſſo puluere ſurgito, exuito vinculum colli tui: extende locum tabernaculi tui, & veſtibuli tui. Ne mouearis quòd probro affecta es, neq; verecunderis ob acceptas contumelias, & quòd omnes prætereuntes manus ſuper te cõploſerunt, ſibilarũt, & capita quaſſarunt, & dixerunt: Hæc eſt vrbs, corona gloriæ, & deliciæ orbis terrarum. Quo autẽ pacto vidua ſedit, quæ populis referta fuit? Quomodo tributaria facta eſt, quæ prouincijs imperauit? Dixit enim Deus tuus: Exiguo tempore te reliqui, ſed magna te miſericordia proſequar: in parua ira faciem meã auerti, ſed æterna te clementia fouebo. Nimirum cũ Dauide cantabis Deo, Pro multitudine dolorũ cordis mei conſolationes tuæ meum animum exhilararũt. Quis Moſes nouorum effector operum tibi patrocinabitur? Quis Zorobabel te reducet? Quando liberos tuos à quatuor ventis, in quos diſperſi ſumus, recolligere licebit? quemadmodum pix gallinæ pullus ſub alas ſuas congregant. Nam nunc quidem nec intueri ſatis te nobis licet, aut amanter amplecti vt matrem, & libare tibi lachrymas, quantas oculus cupit, aut poteſt; ſed timide vt paſſerculi te circumuolamus,

mus,quotũ nutrix abrepta,nidus direptus eſt,mi
ſerabiliter & lugubriter pippiẽtes longè à tuis la-
cunaribus remoti ſumus, eſurientes & ſitientes,
ſqualiore & rigore horrentes: à pediculis ſæpe
rodimur,animis noſtris calamitate liqueſcentib.
nec viam inuenimus ad vrbẽ, in qua habitemus,
ſed multis erroribus, vt vagabundæ volucres, &
errantes ſtellæ, circũferimur: ac potius longo in-
teruallo à te ſeiuncti, tecum coniungimur,cõple
ctimur te ſeparati,vt ij qui animis cohærẽt, diuul
ſi corporibus: dolemus vicem tuam, vt quædam
animãtes, cum aliquas ſui generis à venatoribus
captas,& perſpicuo vitro incluſas vident, quas ta
men attingere & amplecti neqoeũt, & fruſtra cũ
dolore circa tranſennã verſantur mutato aſpectu
vt priori formæ contrario obſtupefactæ. Eodem
modo & nos adijcere oculos, & propius accede-
re poſſumus: ſed conuenire te liberè, & fidenter
amplecti, vt pridem, nullo modo poſſumus, Bar-
barico exercitu vt ſolido muro, & longè firmio-
re quàm vitrum eſt, intercluſi. Cur nos percuſsiſti
Confeßio & Inuocatio. Domine, nec eſt qui medeatur? Agnoſcimus, Do-
mine, peccata noſtra, iniurias patrum noſtrorum
deſine per miſericordiam tuam. Ne perde ſolium
gloriæ. Caſtigato nos Domine, ne à te deficiat a-
nima noſtra: ſed iudicio, non furore, ne ad pauci-
taté nos redigas. Effunde furoré tuum ſuper gen-
tes quæ te non agnoſcunt: & ſuper nationes, quæ
nomen tuum nõ inuocant. Pater noſter tu es Do-
mine: nos lutum, tu figulus noſter: opus manuũ
tuarũ nos omnes ſumus. Aduerte oculos, & vide
probra noſtra: hæreditas noſtra ad alienigenas
„ eſt auerſa, ædes noſtræ ad peregrinos. Si tu nos
„ ad te conuerteris, conuertemur. Renouato dies
noſtros, vt olim fuerunt. Vtendum enim mihi eſt
per tẽpus, & in ſimili calamitate his ſcripturæ ſa-
cræ verbis. Sed iam orario me deficit vnà tecum,
ô vrbs, nutrix eloquentiæ, amiſſa: quemadmodũ
compages corporis animo diſcedente diſſoluitur.
Eſt igitur magnitudo luctus, mutis lachrymis &
ineffabilibus gemitib. concludẽda, & abrũpenda
„ iam hiſtoriæ ſeries. Quis enim Muſarom ſacra in
„ terra iam à Muſis alienata, & barbarie oppreſſa,
„ æquo animo celebret? Abſit vt ego res geſtas Bar-
barorum decantem, aut ea bella memoriæ poſte-
rorum prodam, in quibus non vincunt Græci.
Nam ſi Cous Hippocrates à rege Perſarum ma-
gna pecunia accerſitus, vt illius vrbes peſtilentia
laborantes ſanaret, magnificis illis pollicitationi
bus repudiatis. contempſit barbaros: cur ego rem
optimam hiſtoriã, & pulcherrimum Græcorum
inuentum, rebus Barbarorum contra Græcos ge-
ſtis condonarem? Imò illi, vt is qui Epheſiæ Dia-
næ templum incendit, pereant ignoti & obſcuri:
nec vllo verbo qoiſquam noſtrûm eos dignetur,
donec tranſierit iniquitas, & Deus ſeruos ſuos cle
Conſolatio & adhortatio ad pœnitẽtiam. menter reſpexerit. Non enim, non enim Deus no
ſter is eſt, qui noſtri perpetuò obliuiſcatur, aut in
ira ſua miſericordiam non cõplectatur, aut bene
ficentiam omnem in poſterum deneget. Sed cũ
percutit, medetur: cum occidit, in vitam reducit:
cum ferarum dentes immittit, qui cum rabie ter-
ræ affligant: at leonum quoque maxillas confrin
git, & caput draconis conterit. Si vt calamum
**calami.* comminuit, ad beſtias etiam *ob calamom increpat.
pat. Si iſti curribus & equis fidunt: at in equo cer-
ta ſalus non eſt, neq; Deus viri tibijs delectatur.
Si populum ſuum duriter tractat, eiq; vnum com
punctionis miſcet: ac viciſsim menſam inſtruit,
coram eis à quibus affligitur, & poculum porri-
git humanitate & hilaritate plenum, & ob vini
bonitatem inebrians. Si flagellatores ab extremis
terræ mariſq; finibus adducit, & per Prophetam
magnum præconem clamitat, Gigantes veniunt, „
vt expleant iram meam, ſimul & lætantes & lu- „
dentes, ſacroſancti ſunt: & à me adducuntur: at- „
qui grauioribus plagis eoſdem afficit, & deteri-
oribus magis flagellat: nec vllam eis gratiam ha-
bet, ſi pro inſtrumentis ad perniciem vrbium, &
publicarum cladium, & pro crudelibus hominũ
carnificibus eis vtitur. Nam eos vt morbos & me-
dicamenta, quippe animorum medicus, adhibet:
quorum natura peritis non ignota eſt: aut enim
mala habitudo ægroto ſanato, vires ſuas amittit,
aut vnà cum illo interit. Medicamenta verò quan
tumuis acria, depulſo morbo, vnà cum praua
materia expelluntur, nec vlli ſunt amplius vſui.
Quamobrem affirmo iſta mala quibus oppreſsi
ſumus, non libellum repudij diuinitùs nobis da-
tum, aut Barbarici oleaſtri abſolutam inſitionem
in noſtram oliuam eſſe iudicanda: ſed paruam ca
ſtigationem, qualem Deus adhibere nouit, ſerua-
to modo, non omnia tentatoribus concedere, ſed
tentatis etiam parcere ſolitus. Præſertim ſi is qui
agit. nullum modum ſuis ſceleribus ſtatuit, ſed
per impietatem contra eum ipſum inſurgit, à
quo flagellandi poteſtatem accepit (vt Nabuzar-
dan præfectus exercitus. qui vrbe Dei incenſa, va-
ſa miniſterij ſacri rapuit: vt Balthaſar, qui ijs ad
luxum abuſus eſt. qui aris illodit, & diuina my-
ſteria contempſit) Is verò qui patitur, ſeipſum in
primis accuſat, & verberum autoris Dei opem &
conſolationem ardenter implorat. Itaq; Dei be-
nignitas nobis expectanda eſt, & cum Dauide ca „
nendum: Memento noſtri, Domine, in approba- „
tione populi tui. Inuiſito nos vt ſeruator, vt pro- „
ſperitatem electorum tuorum videamus: vt læti- „
cia gentis tuæ lætemur, vt cum hæreditate tua lau „
demur. Neq; enim obſcurum eſt, impios dedi
flagris cum eorum autem caſtigatione, quorum
ſpes in Domino ſita eſt, conſolationem & reſtitu-
tionem in integrum eſſe coniunctam.

NICETÆ CHONIATÆ LIBER
de rebus poſt expugnatam vrbem geſtis.

SOlon à Codro ortus, Athenienſis
Reipublicæ vir præſtantiſsimus, *Inſectatio ignauiæ & contumaciæ Byzantinorum, propter quas res Solonis exemplum ſibi imitandum non fuerit.*
cum Piſiſtrati tyrannidem paula-
tim inoleſcere videret, ſæpe ciues
ſuos ad eam opprimẽdam eſt hor-
tatus. Satis enim norat, multò eſſe facilius malo-
rũ principijs obſtare & incremẽta prohibere, quã
ea progreſſa longius & confirmata cohibere, & ex
tirpare. Sed cum eius cõſilijs nemo pareret, arma
ad fores Curiæ poſuit, ſi quo modo aliquos è po-
pulo ad ſui æmulationem pertraheret. Cum autẽ
neminem ad tyranni expulſionem ſuo exemplo
impuliſſet, dixiſſe fertur: Se vt licuerit patriæ
opem tuliſſe, ac poſtea per ocium Athenienſium
temeri

temeritatem & incogitanciam perſtrinxiſſe verſibus, quorum nonnulli vetuſtate non aboliti, ſic habent:

Si veſtro vitio tandem mala plurima fertis
De ſuperis ratio non ſinit vlla queri.
Namq; ope dum veſtra libuit firmare tyrannos,
Seruitij meritò vos graue ſtringit onus.
Aſtutam vapido geritis ſub pectore vulpem,
Et veſtris animis nil grauitatis ineſt.
Inſidias minimè, quas res docet ipſa, videtis:
Sed vos blanditiæ fictaq; verba tenent.

Quòd ſi Solon ille, ex poſteritate Codri, ſapientiæ præſtantia per totum ferè orbem terrarum celebris, apud populum verbis regi ſolitũ, fruſtrà & dixit & fecit omnia: quid alicui noſtræ ætatis homini iuuandæ Reipublicæ cauſa faciendum fuiſſet, cum Imperatores noſtri ab ineunte ætate in vmbra & ocio educati, more Endymionis ſterterent: qui maturius cœnare ſoliti, tantum à rerum gerendarum opportunitate abhorrebant? quippe mala educatione prorſus corrupti, vt hyberno tempore flores, verno poma requirerent? Ciues verò mercatorum & cauponum ingenijs præditi, non modò non ad tubæ ſonitum ſurgere, ſed nec auium garritu excitari ſoliti, ſuauiter dormire omnes, bellum prorſus ignorare didiciſſent? Cæte-
» rùm verſus componere, & vitia carpere, ea tem-
» peſtate cùm Solonis erat, viri illuſtriſsimi, tum
» populi Athenienſis, cuius aures vtilibus monitis
» capiebantur, quique optimorum virorum conſi-
» lijs paulatim acquieſcebat. Nam manſuetis inge-
» nijs reprehenſiones plus ferè voluptatis afferunt
» quàm doloris, eorumque memoria ſcintillas ho-
» neſtatis in animis velut ignẽ ſub cineribus delite
» ſcentem, ad cauenda in poſterum ſimilia delicta
» excitat. Noſtra verò ætate Conſtantinopolitanis
» ciuibus & prouincialibus quoque admonitiones
» planè vibices erant, nec vulgus aures habebat ad
» mentem perforatas: neque libertatis dulcedo
» quanta eſſet, hactenus intellexerat: vt & mellis
» dulcedo ignota ijs eſt, qui id non guſtarunt. Quo

niam igitur noſtra tempora ab ætate Solonis diſcrepant: age omiſsis reprehenſionum ſtimulis, qui nihil aliud niſi odia plerorumque irritarent (ſunt enim, ſunt, qui fœnum in cornu gerant) hiſtoriam ordine proſequamur. Etſi enim nos res à Barbaris geſtas ſcripturus negauimus: tamen cui is qui ſapientum ſapientiam confundit, ſuperbos illos homines illa multa infortunia coniecerit: eorumque facie ignominia impleta, barbarioribus gentibus perdendos obiecerit: repudiato ſilentio, mirabilia Dei opera ſunt celebran-
» da, qui ait: Vt viuo in perpetuum, ita de inimicis
» meis pœnas ſumam, & eos qui me oderunt extir-
» pabo: & alio loco ad Abraamum: Gentem verò
» cui ſeruient, ego vlciſcar. Cùm illo rerum ſtatu

clariſsima vrbs, communes omnium delitiæ, omnium celebrata vocibus, incendio abſumpta, deleta, omnibus opibus tàm ſacris quàm profanis, ſiue publicis ſiue priuatis ab Occidentalium gentium colluuie ſpoliata eſſet, quæ gentes maxima ex parte obſcuræ & ignobiles cum nauigationem latrocinij cauſa ſuſcepiſſent, ſuæ contra nos expeditioni ſpecioſam cauſam prætexebant Iſaacij Angeli reſtitutionẽ: & quem is filium malo fato in patriæ perniciem genuerat, comitem pulcherrimum & optatiſsimum adducebant. Nam eorũ oſcitantia & ignauia, qui rerum potiebantur, effecit, vt latrones iſti nobis ius dicerent, & pœnas irrogarent. Nec illæ clades vrbis vllo portento vel cœleſti vel terreſtri præſignificatæ ſunt: id quod olim plerunque factum eſt, cum cædes hominum & excidia vrbium imminebant. Neque cruentæ guttæ cœlo deciderunt, neq; ſanguinea meſsis extitit, nec igniti lapides ex æthere deciderunt, nec quicquam denique inuſitati accidit,

Atrociſsima clades ſine prodigijs.

ſed tacita & tranquilla Vindicta multis manibus »
& pedibus ita nos oppreſsit, vt delicta probè vlta, »
miſerrimos omnium mortalium effecerit. Eo »
porrò die quo vrbs capta eſt, prædatores eas æ- »

des, in quas diuerterant, diripiebant, & præterea quæ ipſa indagabant, dominos de occultis theſauris, nonnullos cum verberibus, multos blandis verbis, omnes cum comminationibus percontabantur. Qui cum alia ſe habere faterentur, alia indicarent, alia in conſpectum afferrent: milites nulla erga hoſpites clementia, nulla benignitate, nec hoſpitijs nec victu communicando, vtebantur, omnia ſuperba, inhumana, immania erant, domini per contumeliam ædibus ſuis eijciebantur. Quibus de cauſis cum viſum eſſet ducibus, ijs qui vellent vrbe excedendi poteſtatem dare: ciues turmatim adibant, pannis inuoluti, macie & pallore confecti, facie mortuis ſimiles, oculis ſanguine ſuffuſis, quippe qui ſanguine potius quàm lachrymis flerent. Nam alij facultatum iacturam deplorabant: alij ea, vt re leuioris momenti, neglecta, aut filiolæ nubilis raptum, aut coniugem amiſſam, alij denique aliud in itinere lugebant. Vt autem de me quoque aliquid referam: Multi ex familiaribus illo triſti & verè nefaſto die, in meam domum portionibus impoſitam, propter obſcuritatem aditu difficilem (nam pulcherrimæ & ampliſsimæ ædes noſtræ in Sphoracio ſitæ, altero incendio perierant) confluebant, & alioqui opportunus erat inde in maximum templum receptus, cui vicina erat. Sed milites nihil imperueſtigatum relinquebant, nec locus vllus ſacer, aut ſitu munitus, ſupplices defendebat. Quocunq; accurrerẽs, ab hoſtibus abſtractus, quo illis erat libitum, abducebaris. Quas iniurias cum cerneremus, vt tempus ferebat, rebus noſtris conſulebamus. Erat mihi familiaris quidam atque domeſticus natione Venetus, qui domi meæ cum vxore & rebus ſuis victum tutumque receptum habebat. Is eo tempore nobis vtilis fuit. Nam armis & militari habitu pro mercatorio ſumptis, prædatores aliquandiu fortiter ædium ingreſſu depulit, ſe commilitonem eorum, & ædes eas præoccupaſſe ſimulans, & patria lingua cum eis, quæ res poſtulabat, colloquẽs. Cum autem illis cateruatim irruentibus, Francis præſertim, qui cæteris nec ingenijs, nec corporibus ſimiles, id vnum ſe vereri iactant, ne cœlum ruat, reſiſtere non poſſet: autor nobis fit inde diſcedendi, ne capti à barbaris, nos in vincula conijceremur, mulieres verò ad ſtupra & libidinẽ raperentur. Cum autẽ bonus ille pridẽ famulus & cliens, tum verò auditor & tempore maximè neceſſario defenſor, nos in alias ædes vbi nobis noti Veneti habitabant, duceret: pauci ſimul exibamus, illo manibus nos trahente, & vt prædam ſuam comitan-

Chomatæ diſceſſus ex vrbe.

Homo pauper liberali patrono in extremo diſcrimine fidelis.

comitante triſtes & malè veſtiti. Sed vbi illa vr-
bis parte Francis aſsignata, ruſus inde profugi-
mus: à famulis noſtris omnibus, alijs aliò diſper-
ſis, inhumaniter deſerti, liberis noſtris, qui non-
dum ingredi poterant, humeris impoſitis, & fi-
liolum lactantem adhuc ſub ala ferre, & ita per
medios vicos incedere coacti ſumus: & dies 5.
poſt captam vrbē commorati, & ipſi diſceſsimus
die ſabbathi: quod diuina prouidentia, & non
fortuito caſu factū videtur. Accedebat & hyems,
& noſtra vxor vicina erat partui: vt illa Chriſti
„ prædictio, quæ monet orandum eſſe, ne fuga no-
„ ſtra in ſabbatho & hyeme fiat, & prægnantibus
„ in diebus illis malè ominatur: non ſecus ac no-
ſtra cauſa dicta eſſet, exitum ſortiretur. Vt verò
complures familiares & cognati, aliaque turba
ad noſtrum conſpectum confluxerant, nō aliter
quàm cœtus formicarum per triuia pergebamus,
occurrentibus nobis exercitibus, non accuratè
armatis, ſed prę longis enſibus ad latera equorum
ſuſpenſis, & pugiones cingulis inſertos geſtanti-
bus: quorum alij manubijs onuſti erant, alij præ-
tereuntes captiuos excutiebant, an ſub lacera tu-
nica ſplendidam veſtem celarent, aut argentum
aut aurum in ſinu occultarent: alij mulieres forma
præſtantes ita defixis oculis intuebantur, quaſi
„ mox eas ad ſtuprum rapturi eſſent. Nos igitur mu
„ lieres, earum pudicitiæ metuentes, in medium
„ agmen tanquam in ouile recipimus, adoleſcentu
„ las verò cœno faciem illinere vt pridem fucis, at-
„ que ita ruborem genarum extinguere iuſsimus,
„ ne formæ venuſtas principiò, vt viatores noctu
„ elatus ignis, ſpectatores, deinde amatores, poſtre-
mò raptores alliceret, cùm ſibi licere viderent
omnia. Interim ſupplices ipſi manus ad Deum
tendebamus, afflictis animis pectora plangētes,
& oculos rigantes lachrymis, ſi quo modo om-
nes immanes iſtas feras ſalui & inuiolata pudici-
tia euaderemus. Cùm autem nobis per auream
portam exeundum eſſet, vt ad inclyti martyris
Mocij ædem venimus, inſolens & nefarius qui-
dam barbarus puellam formoſam, iudicis cuiuſ-
dam filiam, è medio noſtrûm tanquam lupus ag-
nam abripit. Quo miſerrimo ſpectaculo totus cœ
tus noſter conſternatus exclamauit. Puellæ verò
pater ſenio & morbo & afflictus, tum etiam in
cœnum prolapſus ac contaminatus, iacens crebrò
me tanquam ficulnum præſidium intuebatur, &
nominatim orabat, vt ſibi pro virili ad puellam re
cuperandam adiumento eſſem. Itaq; ſtatim con
uerſus veſtigia raptoris perſequor, cum lachrimis
vim factam proclamans, & ſupplicibus geſtibus
opem prætereuntium militū implorans, qui lin-
guæ noſtræ non planè rudes erant: quorundam
etiam manibus prehenſatis: & vix quoſdam ad
commiſerationem ita flexi, vt impudentem & li-
bidinoſum illum hircum vlciſci cupientes, à me
ad ædes illas perducerentur. Quo cum ventum
eſſet, mulieroſus ille, virgine introducta in fori-
bus ſtabat, vt ſi qui vim facturi eſſent, eos repelle-
ret. Ego verò digito eum commonſtrans: Iſte, in-
quam, luce teſte iniurius, veſtræ nobilitatis edicta
contempſit. Vos enim edixiſtis, ne coniugatæ mu
lieris, aut virginis, aut dedicatæ Deo puellæ, vel
impudico aſpectu, ſi caueri poſsit, quiſquam con
taminetur, & iuſiurandum ea de re ſanctiſsimum

Puella nobilis aſſerta à Choniate.

dediſtis. At iſte veſtra autoritate contempta in
conſpectu multorum, vt ſalax aſinus, in virgines
impetum facere non dubitauit. Vos igitur veſtris
legibus & armis nos defendite, lachrymis his de-
liniti, quas Deus admittit etiam, & natura maxi-
mum mutuæ miſericordiæ incitamentum in ocu
los noſtros deriuauit. Quod ſi O vos liberos ha-
betis, per coniuges & chariſsima pignora obte-
ſtor, vt nobis ſupplicibus manum porrigatis: ob
teſtor per diuinum ſepulchrum & Chriſti præce-
pta, quæ Chriſtianos omnes iubent, ea facere ho-
minibus, quæ ab ijſdem ſibi præſtari cupiant. His „
verbis ex tempore vſus, virorum illorum animos „
excitaui, vt puellam ſeriò repeterent. At ille prin-
cipiò verba illorum contemnebat, amore & ira- „
cundia duobus violentiſsimis affectibus occupa- „
tus. Sed cùm itati inſtarent, & ſuſpendium ei mi-
nitarentur, vt iniurio ſimul & impudico, deni-
que verba illa non ex labijs, ſed ex pectore pro-
manare cerneret: vix tandem minis expugnatus,
puellam reſtituit. Pater conſpectu filiæ exhilara-
tus, & lachrymis Deo libatis, ob fœdas illas nu-
ptias propulſatas, ſurgit, & rurſus nobiſcum pro-
ficiſcitur. Poſtquam vrbe exceſsimus, alij aliter
Deo gratias agebant, & fortunas ſuas cum eiu-
latu miſerabantur. Ego verò rectà in faciem pro-
lapſus, tantum non cum mœnibus expoſtula-
bam, quòd ſola eſſent integra, nec lachrymarent,
nec in tumulum corruiſſent, ſed adhuc erecta
ſtarent. Nam ſi (inquam) ea, quorum cauſa con-
dita eſtis, iam foro & igni penitus ſublata con-
ciderunt, cur vos adhuc ſtatis? quem poſthac
tegetis & cuſtodietis? niſi fortè hoſtibus exitium
molieimini in die iræ, cum Dominus ad eos, à
quibus nos ita tractati ſumus, frangendos inſur-
rexerit, & Occidentem forſitan, vt Dauid vati-
cinatus eſt, conculcarit? Et tu quoque Regina vr-
bium, vrbs ampliſsimi, vrbs magni Regis, taber-
naculum altiſsimi, laudatio & celebratio mini-
ſtrorum eius, deliciæ hoſpitum, imperantium vr-
bium imperatrix, canticum canticorum, ſplēdor
ſplendorum, & rebus viſu raris ſpectaculum ra-
rius: quis nos à te auulſit, vt à chara matre charos
liberos? Qui erimus? quò nos vertamus? quā con-
ſolationem inueniemus? nudi à tuo ſinu vt ex vte
to matris auulſi? Quando te ſpectabimus, non ta-
lem qualis nunc es, campum vaſtitatis, vallem
luctus, conculcatam ab exercitibus, redactam
ad nihilum & profligatam: ſed exaltatam & in-
columē, & adorandam ab ijs qui te depreſſerunt,
& irritarunt, & bona gentium ſugentem, & diui-
tias Regum vt antè comedentem? Quando tan-
dem vt ficulna folio, & pelliceas tunicas, laceros
iſtos pannos nec totum corpus obtegentes abij-
ciemus? quibus nos Barbari vt inſidioſi ſerpentes
mala coniuncta & infeſta circundederunt? Age
vero vrbs ſanctiſſ. placato Deum, prætende tem-
pla, martyrum reliquias, ipſas calamitates, cladi-
um magnitudinem quibus es oppreſſa, nefarijs
viris ad incendendum data. Iubet enim inuocari
ſe tempore neceſsitatis tuæ: nam fore vt ipſe te eri
piat, vt verò eum laudes. Nunquid templum am-
pliſsimum & diuiniſs. vnquā poſthac te videbo,
cœlum terrenum, ſolium gloriæ Dei, Cherubice
currus, firmamentū alterū, fabricam manuū Dei
annuncians, ſpectaculum & opus ſingulare fir-
mum

Choniatæ cū mœnibus expoſtulatio, & vrbis allocutio.

Ad templum D. Sophiæ.

mum vniuerſæ terræ decus? Et quis eſt qui pollicetur, niſi is ſolus, qui in ſuopte ſupplicio tentatus, ijs qui tentantur, ſuccurrere didicit? qui inopem ex manu fortiorum, & pauperem & mendicum à prædatoribus eripit, qui omnia facit ac ſubinde commutat in melius? Quæ cum ex animo doloribus redundante effudiſſemus, continenter ibamus plorantes, & lachrymas tanquam ſemina ſpargentes. Si verò redituri ſumus proſperioris mutationis manipulos collecturi, Dei monus id erit, qui puſillanimes confirmat, qui eos ſalutis veſte induit, & tunica lætitiæ amicit. Antecedebat autem nos Oecumenicus ſummus paſtor, non peram ferens, nō aurum in zona, ſine baculo, ſiue calceis, vna tunicula indutus, integer Euangelicus Apoſtolus, aut potius Chriſti exemplar, quatenus paupere aſello vectus noua Sione diſcedebat, non autem triumphans illam ingrediebatur. Ac tum nos Selybriam profecti, oberrare deſtitimus, tota familia inuiolata, quæ magna Dei liberalitas eſt, & ſempiterna perfectaq; munificentia, non ferreis manicis, nō funibus vincti, nō pugnis cæſi, vt multi ex noſtris pecuniæ dandæ cauſa: & à ſolo Deo enutriti, qui cibum omnibus opportuno tempore curat, & pullos coruorum ſe inuocantes largiter paſcit: & agreſtia lilia quæ neque nent, neq; ſeminãt, ſplendidè veſtit. Nam ruſtici & plebeij homines, nobis Byzantinis magis inſultabant, & mendicitatis ac nuditatis miſeram æqualitatem amẽter nominabant, vicinorum malis nihilo facti prudentiores. Multi etiam homines iniurij Deum laudabant ſcilicet, quòd ditati eſſent populariũ precioſis facultatibus: vili precio redẽptis. Nec dum enim taurinoros Latinos in ædes ſuas receperãt: neque norant, vt metum ſimul, quemadmodum & bilem, importunè effunderent, & Romanos ſuperbè, & contemptim haberent. Ac noſter ſtatus, eorumq; qui eiuſdem conditionis & literis eruditi erant, talis fuit: improbus autem grex & circumforanea turba diteſcebat, profanandis denuò ſacris, quæ Latini vendebant, ijſq; tanquam communi merce cauponandis: quaſi verò direpta è templis, Dei eſſe deſijſſent. Hoſtes porrò luxui & delicijs vacabant, ijs præſertim quæ ad Romanorum deriſum & ludibriũ pertinerent. Nam veſtibus lati claui non neceſſitatis, ſed riſus gratia induti, per vicos incedebant: & lineas mitras equorum verticibus imponebãt: & quæ in humeris dependent, albas faſcias maxillis beſtiarũ alligabant, atq; ita paſſim vrbem perequitabant: alij calamos ſcriptorios, atramentaria & libellos geſtabant, qua re nos vt ſcribas ſugillabãt. Maxima verò pars mulieres à ſe ſtupratas longis peplis indutas, & capillis in vnum nodum tortis, & in tergum reiectis, in equis vehebat. Muliebribus verò pileolis, & dependẽtibus à temporibus criſpis & albis crinibus, equos ſuos ornabant, ac totos dies comeſſabantur & potabant: alij cupedijs & lauticijs inteati, alij patrio cibo veſcentes, quæ erant terga bubularũ carnium lebetibus immiſſa, & ſuccidiæ cum fabacea farina elixæ, vt & intinctus ex allijs & liquor ex alijs acribus humoribus confectus. Poſt manubiarũ partitionem ſacra minimè à profano diſtinguebantur, ſed ex æquo corporis vſibus vtraq; adhibebãtur, ſine vllo numinis & religionis reſpectu, àdeo vt Chriſti & ſanctorũ diuinis imaginibus pro ſellis & ſcabellis vterentur. Poſtquam prouincias & vrbes ſortiri cœperunt, vecordiam, ne inſaniam dicam, virorum ſuperbia tumentium incomparabilem non ſine ſumma admiratione cerneres. Quaſi enim iam reges regum effecti, & orbem terrarum ſuis manibus complexi, in Romanas prouincias deſcriptores remiſerũt, vt annuis reditibus in primis cognitis, deinde eas ſortitò diſtribuerent. Aliarum verò nationum principatus & regna ſtatim diuiſerunt. Sub ſorté cecidit beata vrbs, Nilo adiacens Alexandria, Libya, ea quæ à Libya vſq; ad Numidiam & Gades pertinẽt. Item Parthi & Perſæ, Orientales Iberes, Aſſyria, Hyrcania, & quæ ad Orientem maximis fluminibus diſterminantur. Ac ne Septentrionales quidem regiones ſunt prætermiſſæ, ſed ex quoque ſortitò diſtributę. Alius ſuas vrbes vt magnũ vectigal pendentes, & equis alendis aptas laudabat, & ſorté ſuam extollebat: alius vt alijs bonis florentes mirari eas non deſiſtebat: alij de ſortitione vrbiũ rixabantur: alij inter ſe vrbes & fines permutabant, alij magnopere contendebant, vt Iconico potirentur. Portas verò vrbis & cathenæ partẽ, quæ ad naualia continenda extendebatur, ſuis in Syria populanibus cum plurimis nauigijs miſerũt, paſsim dimiſsis nuncijs, qui captam eſſe vrbẽ vulgarẽt. Iam cum Imperator creãdus eſſet, in ędem S. Apoſtolorum deliberandi ergò cõuenere: ac principiò, patrio quodam ritu, pro numero candidatorũ, quatuor calices ordine collocare inſtituerũt, quorũ vnus incruentam victimam contineret, cęteris vacuis: eoſq; tradere totidem ſacerdotibus vt ad cuiuſq; principis nomẽ vnum tollerent, & eis redderent. Imperium verò penes eum futurũ erat, qui eum calicem accepiſſet, in quo diuinum corpus & ſanguinis Chriſti eſſet. Deinde cũ Veneto duci Dandulo deſignationem ſuffragijs cõmittere viſum eſſet: ex Francis & Longobardis V. optimatibus & ex Venetis totidem iudicibus lectis, plurium ſuffragijs imperij ſors Balduino Flandrię Comiti obtigit: verùm vbiq; celebre eſt, dolo & ſolertia Danduli id eſſe factũ. Qui cum ob cæcitatem numero candidatorũ excluderetur, imperiũ penes eum eſſe voluit, qui hilarioribus eſſet moribus, & ingenio minus ambitioſo: quanquã id ſpectauit potius, vt priuatus Imperatoris deſignati principatus, quàm remotiſsimus eſſet à ditione Venetorũ, ne ſi qua controuerſia cũ illo incidiſſet, plures copias ſubitò ex ſuo territorio accerſere, aut Venetos fines commodè inuadere, aut incurſionibus vexare poſſet. Quæ omnia in expedito eſſe Bonifacio Marchioni ex Lõgobardia originem trahenti norat, quę maritima eſſet, vnde facilè in Romanas prouincias traijceretur, & ob propinquitatem magnæ clades Venetis quoq; importari poſſent. His igitur rationibus haud ſanè abſurdis impulſus Dandulus, & multa etiã videntibus obſcura, lumine ingenij perſpiciens cæcus ille, Bonifaciũ Marchionẽ repulit, prælato illi de Francorũ & Venetorũ ſententia Balduino, quem ex inferioribus Gallijs ortũ eſſe, Galliarum autẽ & Venetiarũ limites tantũ diſtare norat, quantũ Venetiæ à Romanis prouincijs diſterminetur. Eò accedebat, quòd Balduinus toto pectore illi ſtudebat,

Patriarcha apoſtolicus.

Vulgus potentiorum cladibus inſultat.

Militaris diſciplina poſt victoriam.

Sortitio prouinciarũ nondum ſubactarum.

Ritus ſortitionis in Regijs comitijs.

Balduinus Flandriæ Comes Danduli opera imperator creatur.

Balduinus vir pius. Mira pudicitia.

bat, & eum vt patrem colebat: nec diuturno rerum vſu polleat, vt Marchio. Nondum enim Balduinus annum ætatis XXXII. exceſſerat: & alioqui vir erat pius & modeſtus, ne impudico quidem aſpectu mulierem inuitus, quandiu à ſua coniuge abfuerat: vacabat diuinis laudibus, neceſsitatibus conflictantes ſubleuabat. ſuæ ſententiæ aduerſantes, æquo animo audiebat. Et quod maximum eſt, bis qualibet hebdomade veſperi proclamari iubebat, ne quis in ſuo palatio cubaret, qui alienam mulierem attigiſſet.

DE IMPERIO BALDVINI *Flandrij.*

Balduini & Latinorũ inſolentia.

IMperator deſignatus Balduinus, in partes Occidentales abit, non vt eas ſubigar (putabat enim nihil ſibi poſſe obſiſtere, ac tantum non inſolenter atque intempeſtiuè iactabat: Quo eam, vt terra haſta quatiam?) ſed vt amicas prouincias peragrans, ab omnibus Romanorum Imperator ſalutaretur. Qua de cauſa nũllam Romanorum ſiue militaris ſiue politici ordinis rationem habuit: ſed eos omnes repudiauit, quod idem cęteris quoq; Comitibus & Ducibus exercitus probatur. Nam cùm fortitudinem à cognatis virtutibus ſeiunctam, ſibi vt & natura inſitam, & vſu confirmatam vendicarent, nullas alias gentes in re bellica ſibi vel adiungi vel conferri patiebantur: & quia nullus Muſis, nullus Gratijs apud iſtos Barbaros locus relinquebatur, immanibus vtiq; erant ingenijs, & bilem ratione promptiorem habebât. Sed Balduinus Thracijs vrbibus peragratis, Oreſtiadi, Didymoticho Philippopoli præſidia impoſuit. Vbi Xanthiam peruenit, prouinciales Sennacheribo quodam duce inſidias Illius exercitui collocarũt: qui cum ſe pauliſper oſtendiſſent, ruſus abdiderũt, timidi eò reuerſi, vnde feroces prodierant. Ex eo citra pugnam verſus Theſſalonicam Metropolim abijt, Bonifacio Marchione comitante, qui Mariam Pannoniam ſecum ducebat, Iſaacio Angelo pridem nuptam, ſed poſt illius obitum & vrbem captam legitimo ſibi matrimonio iunctam.

Bonifacij marchionis ad Balduinũ defectio.

Cæterùm cùm ad Moſynopolim ventum eſſet, & ex plurimis audiuiſſet, nunquam in animo habuiſſe Balduinum, ſibi inclyta Theſſalonica, vt conueniſſet, cedere, ſed ea de cauſa id iter ſuſcepiſſe, & celerius ire, vt vrbem illam occuparet: longo tempore veluti attonitus ſtetit. Deinde præ animi ægritudine conuertit iter: Balduinum fallaciorem Græcis, perfidum, leuem, teſſera mutabiliorem vocat, Didymotichum occupat, eoq; omnibus modis firmato, Thracias vrbes euertit, Oreſtiade excepta, quam maximo præſidio à Balduino firmatam præterijt: vectigalia ordinat, Romanos colligit, ſanctiſsimo iureiurando dato, & Dei nomen ſubinde teſtatus, ſe popularium ſuorum ſocietate relicta, prorſus ad Romanos defeciſſe, præter deierationes iſtas aliud etiam machinatus, vt verbis ſuis fidem aſtrueret, primogenitum coniugis ſuæ Mariæ filium Manuelem Romanorum Imperatorem dixit. eique & habitu & titulo ceſsit. Quo commento Romanos cateruatim ad ſe pellexit: quamuis ea non prorſus ex animo faceret, vt pòſt euentus docuit. Cùm autem Balduinus non procul à Theſſalonica abeſſet, omnis populus ei occurrit, & clara voce vrbem & ſeſe hilariter dedidit: tamen orauit, ne vel ipſe vrbem intraret, vel exercitum ingredi pateretur, qui cum non vni duci parêret, & ex varijs gentibus conſtaret, vereri ſe, ne illius edicto ſpreto, & milites vrbem ſpoliarent. Quare Balduinus partim ęquitate poſtulationis adductus, partim ex irati Marchionis diſceſſu nihil boni augurans, partim ob facta illius quæ fama aſſerebat anxius, Theſſalonicenſibus annuit, & rubricatis literis omnia vrbis inſtituta, & cõſuetudines confirmauit: & aliquot diebus extra mœnia honorificè. vt decuit, habitus, Byzãtium reuertitur. Iam enim etiam Venetiarum ducis Danduli, & aliorum Comitum, qui in vrbe permanſerant, literis reuocabatur. Balduino reuerſo, Marchio quoq; per Iofredum quendã magnæ auctoritatis apud Latinas copias virum, quẽ illi Mariſcaldum, Græci Protoſtratorem vocant, reuocatur: & in fine impunitatis accepta, in vrbem profectus, ac reconciliata Balduini gratia, Didymoticho cedit, & Theſſalonicam deſcendit: vbi ab omnibus citra dimicationem ſuſceptus, vrbem ingreditur. in præſentia tempori ſeruiens, ingenij malitia & animo belingui diſsimulatio. Neq; tamẽ diutius inſtitutum tenere potuit: ſed vt muſtelam ſebum prodidit, ita ipſe Theſſalonicenſes, cognitis eorum opibus, pecunia mulctauit. Deinde pulcherrimas ædes, dominis ereptas, equitibus ſuis incolendas tradidit: Mariaq; coniuge & parte exercitus ibi relicta, vrbibus quæ Serris & Berrœæ finitimæ ſunt, & ad Tempe Theſſalica pertinent, pręter opinionẽ potitus: ſemper ea, quæ teneret exigua ratus, & ob Romanorum ſimplicitatem vlterius progredi cupiens, etiam Lariſſam inuadere, & per Græciam tranſitu facto, Peloponneſum occupare ſtatuit. Sequebantur eum Romani quoq; nonnulli, ijq; nobiles in primis, qui prouincias allicerent, & vias complanarent: fraude quidem & dolo, Mariæ primogenito filio (hunc enim habitu Imperatorio & cum fauſtis acclamationibus deductũ. vt prius Thraces, ita tum Macedones & Theſſali, & Græciæ finitimæ partes, cupidè accipiebant) revera Latinis viam monſtrabant, & quid agendum eſſet præſcribebant patriæ proditores. Ita Marchio gentibus maximis & vrbibus potentiſsimis longè pluribus quàm pro numero copiarum eius, ſi vrbium & virorum numerus compararetur, citra pugnam potiebatur. Balduinus quoq; Byzantiũ cum veniſſet, nec ipſe deſidendum ſibi eſſe, aut ſuum exercitum in ocio continendum, ſed in Aſiam traijciẽdum, & vrbes illas oppugnandas cenſuit: Latinorum potiſsimũ, qui Helleſponti vrbem Pegas incolunt: & Troianorum Armeniorum impulſu, qui eum & cæteros Comites, vt ad Oriẽtales vrbes tanquã paratãm prædam occupandas proficiſcerentur, incitare nunquam deſiſtebant. Igitur Octobri menſe Ericus Balduini frater, & Petrus Plancius vir heroico robore, Callipoli in Orientem trãijciunt. Ac Ericus auxiliaribus Armeniorum copijs Troiæ auctus, vrbes quæ imperium recuſabant, malè tractabat & vaſtabat, & victor per Idæ mon-

Bonifacius Marchio Balduino reconciliatus Græciam occupat.

Ericus Balduini Frater et Petrus Plãcius Aſianas vrbes occupant.

montis anguſtias Adramittium vſque proceſsit. Petro autem Plancio Pegis Lopadium proficiſcenti, Theodorus Laſcaris circa Pæmaninum cũ maximis Romanis copijs occurrit, quæ cum Latinorum congreſſum non ferentes, fugæ ſe mandaſſent: ille, quia nemo erat qui reſiſteret, ſed ab omnibus cum crucibus & ſacris Euangelijs ſuſcipiebatur, Lopadium abit, & ſupplicibus parcit. Eandem clementiam cæteræ quoque vrbes, quæ armis abſtinuerunt, ſunt expertæ: quamuis difficile ſit Latinum voce à Græcis diſſentientem, auaro ingenio, oculo impudenti, ventre inſatiabili, animo iracundo & acerbo, manu perpetuò enſem quærenti, lenire obſequijs. Cæterùm Pruſaenſium quoque periculum facturi Latini, qui commeatu ad diuturnam obſidionem ferendam præparato, locique ſitu freti (nam Pruſa tumulo impoſita eſt, & firmis circundata mœnibus) & ſe inexpugnabiles eſſe rati, non cedebant. Lopadio relicto, eam vrbem iuxta mœnia, quà mons Olympus paululum ab ea reflectitur, & ſaxoſus tumulus qui eam ambit interrumpitur, obſidēt, poſtulantes, vt vrbe recipiātur. Ita enim quæ velint, imperaturos. Sin vrbē oppugnare, & arietes murũ percutere cœperint, aliam rationē fore. Sed cùm ciues non modò à deditione abhorrerent, ſed quidā etiam in aciem egredi auſi, multos nobiles ſagittis proſtrauiſſent: ſtatim vt non expugnari poſſe munitio, primo præſertim impetu videbatur, inde recedunt. Pruſæi verò ad hoſtium diſceſſum auctis animis maioribus copijs Latinos à tergo vrgebant. Idem & alij faciebant, mõtanis occupatis, per quæ hoſtibus tranſeundum erat. Neque pauci à Latinis defecerunt, & eos æquè oppugnarunt, ac ij qui eos non receperant, & multos occiderunt. Nihilominus tamen etiam ſi cres Latina ſuperior fuit, cædeſque multæ cùm alibi, tum ad vrbem Cæſaream factæ ſunt. Nam Romani quidam, ſignifero, qui Latinorum exercitum antecedebat, occiſo, vexilloque in tumulo collocato, cohortes quæ ſequebantur illo cõſpecto ad ſe pellexerunt, à quibus vbi Romanos eſſe cognouerunt, facillimè ac celerrimè profligati ac malè mulctari ſunt. Idem inſtitutum Theodorus Philadelphienſis imitatus, Erico circa Adramyttiũ agenti arma infert, ac inexpectato ſuperuentu & multitudine principiò terrorem incutit. Sed cum Erico Martis alea tentanda videretur, equitum aciem inſtruit: qui haſtis in altum elatis, Romanorum congreſſum expectabant. Qui cum à laceſſendo abhorrerent, & inſtar flũminuomi ſerpentis anfractibus copiarum ſeſe flecterent, & ſquamis armorum horrerent. & vtriuſque cornu explicatione velut hiatum quēdam præ ſe ferrent, & tamen ſegnius atque ignauius inuaderēt: Latini veluti ſigno dato directis haſtis, & clamore de more ſublato, ipſo Erico ante alios erumpente, & per mediam hoſtium aciem equo perrumpente, Romanos diſsipant, & fugientibus incumbentes plurimos occidunt. Nam Romani equites ad primam Latinorum impreſsionem, & haſtarũ directionem, concitatis equis fugientes, pedeſtres ordines hoſtibus trucidandos reliquerāt, & ſpoliādos. Hoc Aſiæ ſtatu, Marchio per Theſſala, Tempe Romanis ductoribus egreſſus, copias in locis montanis adeò celeriter duxit, vt in Lariſſæ campeſtria perueniret, ignaris Romanis qui mõtium cacumina accuratis excubijs tenebāt: quib. Peneus fluuius vbiq; in anguſtiſsimũ alueũ coactus, in magnos fluctus attollitur, ripis reſonantibus: & vnum, eumq; anguſtum tramitem & tranſitu haud facilem aperiunt, vt vix quaterni milites præ rupibus & torrentibus poſsint incedere. Lariſſa digreſſus, vlterius pergebat nemine reſiſtere audente, donec ſerò ac vix tandem Scurus Leo circa Thermopylas inſidias ei ſtruxit, ſed nullo forti edito facinore, ad ſolum conſpectum Latinorum equitum territus, Acrocorinthum confugit. Scurus hic Nauplio ortus, aliquandiu vi magis quàm volũtate populariũ principatũ tenuit, à patre ſuſceptum, ad cuius imitationem nõ ſine ſanguine imperauit. Sed confuſione terũ auctus, & turbulentis temporibus vt torrētes imbribus, & turbinibus vndæ, tumefactus, è paruo magnus extitit. Argos dolo, Corinthum latrocinio cepit: & graſſando ſubinde progreſſus, ipſas Athenas cum bellicis nauibus, & exercitu per Iſthmu traducto eſt adortus: ea ſpe ſe arcis facilè potiturum, aut machinis adductis imbelle præſidium facilè territurum. Cæterùm ea agitabat animo, & fruſtra conabatur, quæ ad exitum perduci non poterant. Nam Athenarum ſummus paſtor Michael Choniates, frater meus, meus inquam, (nam laudi mihi duco cognationem eius, & ei me ſanguine propinquum eſſe gaudeo, licet à virtute & eloquentia eius remotiſsimus) cum ſui muneris eſſe intelligeret, conſilio & precibus tempubl. iuuare. Scuri caſtris viſis, piè cum eo agere inſtituit, an hominem, præſertim non ignotum, ſed ſæpe collocutum, amouere poſſet. Itaque ex vrbe tanquam ſuperiore loco monitorum ſagittas eiaculatur, & paſtorali funda, diuina verba iacit: aliquando etiam ſpiritualibus minis, tanquam arietibus, animum illius ſternere inſtituit. Non enim decere eum, qui Chriſtianus ſit, & inter Romanos nomen ſuum profiteatur, Romanos bello petere: niſi fortè ſolis labijs Chriſtianum agat, vt & veſte & lingua duntaxat Romanum, corde verò à Chriſtianis ſit remotiſsimus. Quam verò cauſam habeat oppugnandi Athenas? Nam Argiuis ob vicinitatem poſſe forſitan aliquid criminis dare, quo illorum expugnatio excuſetur: quemadmodum & Corinthijs nuper archiepiſcopi eorum crebras inſidias obiecerit, vnde Romanum exercitum Nauplium accurrere, & naues hoſtiles appellere viderit. Athenienſes verò & ipſum vt locis diſtent, ita nihil inuicem habere negotij, & ab omni æmulatione remotos eſſe. Cùm vrbis porrò ſacerdote nihil intercedere, niſi pia & ſpiritualia commercia: quoniam hunc ipſe patrem & paſtorem appellare nunquam recuſarit, & ſuauitate orationis eius magis afficiatur quàm mellis dulcedine, eaque ſemper frui cupiat, hic verò ipſum in ſpiritualium liberũm numerum retulerit. Ac huiuſmodi armis vſus Michael, precabatur, vt inde recederet. Scurus verò non diſsimulāter prætendens, ſe vim poſſe facere: & tempora intueri iubens, quæ pro viribus quemq; agere monerent, cum omnium vrbium princeps afflictiſsima eſſet: denique poſtulabat, vt quidam

Pruſæ irrita obſidio.

Theodorus Philadelphienſis ab Erico profligatus.

Marchionis in Græcia graſſationes.

Leonis Scuri Nauplij tyrannus.

Michael Choniates archiepiſcopus Athenienſis Scurum placat.

adoleſcens ad necem ſibi dederetur, quem etſi a-
lius aliquis, etiam non petenti libentiſsimè dedi
diſſet, vt ſemen iniquum & multis auctorem in-
teritus, peſsima quæq; & manu & conſilio con-
tra patriam machinari ſolitum: ille apertum pa-
triæ perſecutorem & ſpiritualis nutricis Eccleſiæ
violatorem & inſidiatorem, cuius violentos co-
natus ſæpius & ipſe expertus erat, in eorum nu-
mero habuit, quos Euangelicè diligeret, negle-
ctoque Scuro ſupplicē defendit. Sed cū leonem
illum ſapientibus hiſce monitis placare nō poſ-
ſet, aſpidis in morem vltrò aures obturantem: &
omnis generis tela in arcem conijciētem: orato
Deo vt in nefarium hominem & ſubnaſcentium
malorū autorem, cladem omnē conuerteret, ma-
chinas & ipſe in mœnibus diſponit, ibidemq; ſa-
gittarios & funditores collocat. Nam quid ille
ad propulſandos hoſtes non effeciſſet, vir omni
doctrina ſacrarum & profanarum literarum per-
politus, ſummaq; facundia ornatus? qui ſi voluiſ
ſet, igni pluere ſuper temerarios, aut crabrones
in exercitū immittere potuiſſet, aut aliquid aliud
eis pernicioſum diuinitùs impetrare. Neq; enim
cunctatus eſſet Deus, ſi manus ille ſuſtuliſſet, aut
labia ad inuocatiooem numinis aperuiſſet. Sed
à tali vel cogitatione, nedum facto, eum abduxit
is qui filios tonitrui compeſcuit, ne ignem cœlo
elicerent, cùm diceret: An neſcitis cuius ſpiritus
ſitis? Scurus autem deſperata victoria aduerſarij,
aciei inſtruendæ tam periti, tàm diſerti, tam in-
comparabili virtute præditi, & irrita oppugna-
tione rupium arcis intellecta, iram ſuam contra
eam vrbem extimulat, cuius arcem expugnare
non poterat: villas incendit, greges armentaque
rapit, & poſt dies aliquot ſoluta obſidione The-
bas oppugnat: quibus primo impetu captis, vlte-
rius contedit: ac Thermopylis ſuperatis, per Oe-
tam montem deſcendendo, Lariſſæ cum Alexio
imperatore ſe coniungit. Is enim à Septentriona
libus lateribus auulſus, & vrbe Imperatrice excuſ
ſus, in Theſſalica Tempe peruenerat, ac filiam il-
lius Eudociam vxorem ducit, quæ prius Stepha-
Scurus Alexij Imp. filiā Eudociam ducit. no Triballorum duci nupta, ab eoq; repudiata,
& Byzantium reuerſa, poſt captam vrbem & de-
ſertam, Alexio Duce cognomento Morzuflo, qui
Rom. imperiū poſtremus inuaſit, nupſerat. Sed
ne is quidē illam ad ſenectutē vſq; tenuit. Nam
Eudociæ pater Alexius, haud ſcio qua re impul-
ſus, dolo eum comprehenſum, luminibus orba-
„ uit, erro erroni infeſtiſsimus, & imperio deiectus
„ ſimili calamitate conflictato inimiciſsimus. Ne-
Murzufli miſerabilis interitus. que multo poſt excæcationem, à Latinis compre
henſus Ducas, Byzantium reducitur, & ob domi-
num & imperatorem ſuū comprehenſum, & la-
queo enectum, in iudicium adductus, pro ſui de
fenſione attulit, illum patriæ proditorē extitiſſe,
& dignas ſuo ſcelere dediſſe pœnas. Neq; ſe vnō
id feciſſe, ſed & reliquos illios cognatos. Verùm
illi ſpreta eius oratione, & ijs quæ adiungere cu-
piebat, planè repudiatis capitis hominem con-
demnāt, nouo & violentiſsimo ſupplicij genere.
Nam in altiſsimam colummā, quę in Tauro ſtat,
perductū, præcipitant. Is verò aliquandiu in pe-
des deſcendens, deinde in caput ſubuerſus, & hu
mi alliſus, miſerabiliter interijt. Scurus autē du-
cta Eudocia, Marchione in Græciam tranſituro,

vt paulò antè dixi, Thermopylarum anguſtias, &
altum montem eis imminentem, cæteraq; loca *Marchio Græcia potitur.*
quæ Gręciæ aditū intercludūt, accuratè cuſtodie-
bat. Verùm nihilominus ille ijs locis facilimè po
titus eſt, ob noſtrorū ignauiā ac degeneres abie-
ctosque animos, ſubinde potentiores colere vo-
lentium: idq; cum nō magnum adduceret exer-
citum, nec inter ſe conſentienrem, ſed pleriſq; in
rebus, quippe ex multis vrbibus collectum, diſsi-
dentem: & cum ipſam Bœotiā inuaderet, tam cu
pidè ſuſceptus eſt, quàm quiſquā qui ex longin-
qua & diuturna peregrinatione domō reuerti-
tur. Progreſſus, etiam Attica potitur, & arci præſi-
dium imponit. Cùm aūt idem Archiepiſcopus, vt
pridem Scurum, ita & tunc Marchionem propul
ſare poſſet: tamen tempus à reſiſtendo alienū eſſe
ratus, quippe vrbe Imperatrice expugnata, & tā
Orientalibus quàm Occidentalibus prouincijs
Latinæ haſtæ vmbram ſubeuntibus, citra dimica
tionē munitione cedit. Poſtremò Eubœa quoq;,
omiſſa defenſione, ſupplices ad Marchionem ma
nus tendit, & exercitui, Euripo concitatiori, pon
tem ſubſternit, & in ipſo freto caſtellum ædifica-
tum, in eoq; ſedentem exercitū cernit, à quo mu-
tabiles Inſularium animi & callida conſilia à de-
fectione cohercerentur. Sed quid meam oratio- *Latinorū celeres ſucceſſus.*
nem barbari anteuertunt, & hiſtoriæ curſum oc-
cupant, nec ab vllo aduerſario detinentur? Nam
hæc, vt Thebis ſpoliatis, & Athenis occupatis, in
Eubœā tranſierint, adhuc refert: illi verò, nō vt pe
dites, ſed vt aëriæ volucres, alis ſupra hiſtoriam e-
uecti, ad Iſthmum tendunt, oppoſitum ibi Roma
num exercitum profligant, vrbem in Iſthmo ſi-
tam locupletem olim Corinthum intrant. Vnde
Argos tranſeunt: Laconiam peruagati, impetum
in Achaiam faciunt. Inde Methonē petunt: ad Py
lum Neſtoris patriam contendunt, ad Alphæum
etiam acceſſuros arbitror, ex eoq; potos & lotos
veterem iucundam fabulam audituros. fluuium
eum Arethuſæ fontis Siculi, quem Italorum filij
bibunt, amore liqueſcentem veteri, ne ſuæ aquæ
ſucceſſus Latinorum & res quas contra Græcos
geſſerint, inſcriptas, ad populares eorum perfer-
re cogatur. Verùm ô Græce fluuie Alphæe, latex *Allocutio Alphæi, et diuinatio de mutanda Latinorum fortuna.*
per ſalſuginem manans potabilis, res auditu mi-
ra, amoris incendium: caue Græcorum calamita-
tes Siculis Barbaris explices, aut commemores
quantas res populares eorum contra Græcos
geſſerint, ne choreæ ducantur, nec pæanes can-
tentur, ne plures hoſtes appellant, pauliſper ex- „
pecta, multæ ſunt belli vices, teſſeræ inſtar vol- „
uuntur res mortalium, nunc his nunc illis fauet „
victoria, ne Alexandro quidem ferunt omnia
ſucceſsiſſe ex ſententia, nec Cæſaris fortuna ca-
ruit offenſionibus. Per ipſam Arethuſam te ob-
teſtor, per amicitiam à ſalſēdine intactam, per a-
matorium laticē. Sed vt ad inſtitutum redeam:
Scurus his cladibus fractus, cum Argos & finiti- *Scurus Acrocorinthum confugit.*
ma oppida occupata eſſe cerneret, in Acrocorin-
tho vt hirſuta beſtia in antro, aut vt draco in ſpe-
lunca ſe abdit: quæ veteris Corinthi arx eſt, in ar-
duo monte ſita, ferè inexpugnabilis. Quare Mar-
chio inde repulſus, cum Nauplium quoq; haud
facilè expugnari poſſe cerneret, ob caſtellorum
munitionem, & defenſorum conſtantiam: obſi-
dionem vtriuſque loci ducere inſtituit, & ex ad-
uer-

verſo Acrocorinthi caſtellum ædificat, quà maximè oppugnari poſſe videbatur. Ita Romanorum Aſiani & Occidétales fines omnes, nondum integro anno elapſo, Latinarum gentium armis ſeruiliter ceſsiſſent (iam enim deſignatus Imperator Balduinus, etiam Nicæam & Pruſam oppugnare inſtituerat) niſi Dominus, qui conſilia irrita facit, & gentes belli ſtudioſas diſsipat, noſtri defenſionem iam prorſus deficiẽtium ſuſcepiſſet. Nam profugus Imperator ad Marchionem profectus, panis & vini demenſo, Imperij inſignia commutat, cum Euphroſyna coniuge in locum nomine Halmyrum (hoc eſt, ſalſuginoſum) fortunæ ſuæ reſpondentem, habitatum miſſus.

Alexius Imperij inſignia Halmyro commutat.

Romani autem, qui cum Imperatore aufugerãt (quorum plerique nobiles, bello non obſcuri, & Thracijs vrbibus orti erant) cum Marchione degere, eiq́ue pro virili operam nauare voluerunt. ab eo verò dimiſsi (negabat enim ſibi Romanis militibus eſſe opus) eadem de re Balduino imperatori ſupplicarunt, Ibi quoque repulſam cum tuliſſent, ad Ioannem ſe conferunt, qui in monte Hæmo natus & educatus, ferè omnem Romanam ditionem quà Occidentem ſpectat, bellis vaſtabat & delebat, Scythicis incurſionibus deſolabat, & multiplici vexatione conterebat. Is quia Latinorum ferociam ſuſpectã habebat, eorumq́ue haſtam vt flammeam romphæam reformidabat, libenter eos ſuſcepit. Qua de cauſa cum legatos de amicitia ineunda ad Latinos miſiſſet, per literas cum eis, non vt rex cum amicis, ſed vt ſeruus cum dominis colloqui iubebatur: alioquì ſe arma illi illaturos, & Myſiam facilè vaſtaturos, quam contra officium & per ſeditionem, ſpretis Romanis, occupaſſet, eumq́ue ad priſtinam fortunã redacturos. Proinde Romanos ad ſe profugos Ioannes in patriam quenque ſuam abire iubet, & callidis aggreſsionibus Latinis nocere quantum poſsint, donec ipſe fortunis illorũ conſulat. Igitur ad ſua reuerſi, Macedonum & Thracum vrbes, Blachis adiutãtibus, ad defectionem impellunt. Vnde plurimi Latinorum, quibus eæ vrbes obuenerant, iugulantur: alij Byzantium extorres redeunt. Occiduntur & ij qui Didymotichi erant: & qui Oreſtiadem tenebant, eijciuntur.

Romani milites à Latinis ſuperbè repudiati, Blachorum ope vrbes ad defectionem impellunt.

Id facinus Orientem Latinorum bello præter expectationẽ liberat, ad Occidentem redeuntium: & eos etiam, qui Græciam & Peloponneſum occuparant, repreſſa ſuperbia paulò modeſtiores facit. Et vt ea quæ hinc acciderunt, ordine referamus: Romani qui Adrianopolim & Didymotichum tenebant, non paruis Blachorum freti auxilijs, ibi mãnebãt. Ioannes verò, qui ſuas copias, & auxilia Scytharũ penè maiora numero adducebat, operam dabat vt Latinos latẽret. Vt autem motum Romanorũ Balduinus, & reliqui tres duces audiuerunt (nam Comes S. Pauli defunctus, in Manganio monaſterio & Scleræna Auguſtæ monimento ſepultus erat) ſtatim exercitum mittunt contra vrbes quæ defecerant.

Latini Occidentales vrbes recuperare ſatagunt.

Ac Bizya quidem & Zutulus ſtatim ſub iugum redierũt. Arcadiopolim verò locupletibus & nobilibus ciuibus vacuam, ſoli Romani noctu ingréſsi, quibus vrbs ea patria erat, tenebant, auxilijs etiam ad eam tuendam adductis, & in mœnia diſtributis. Cùm diluxiſſet, Latini Romanos nec aciem militarem habere, nec vlla bellica diſciplina vti, atque adeò nec ſatis armatos eſſe conſpicati, ad pugnam ſe pararunt, longius digreſsi à mœnibus. Eam Latinorum cautionem Romani timiditati tribuentes, portis effuſi, & temerè inuecti, paulò pòſt in fugam vertuntur. Ac eo die miſerabile & atrox ſpectaculum editur. Nemini parcitur. cæduntur omnes, inſepulti abijciũtur, ſanguine pingueſcit humus. Hæc præcurſor exercitus fecit: nec enim vlterius progredi auſus eſt, cum Romani & Blachi cum Scythicis cohortibus circumirent, cæteri verò Adrianopolim concurrerẽt, tanquam in certum aſylum.

Romanorum cædes ad Arcadiopolim.

Imperator verò Balduinus menſe Martio egreditur, & Plex Comes Doloicus, & poſt eos Ericus Dandulus Venetiarum Dux cum ſuis quiſq; legionibus & vallo extra teli iactum ad Adrianopolim cõmunito, poſtridie copias ad mœnia adducunt, & machinas erigunt. Vrbanis autem ſtrenuè ſe defendentibus per dies complures non aliud proficiebant, niſi vt telis & peterent & peterentur. Itaq; vineis, multitudine operarum freti, longiſsimè actis, egeſtaque clàm terra, & cauernis aridis lignis ſuffultis, mœnium fundamenta hoſtibus non animaduertentibus labefactare ſtuduerunt. Sed & Romani contrà ea parabant, quæ vrbi eſſent ſalutaria.

Adrianopolis obſidio.

Nec multis diebus pòſt Ioannes partem Scythici exercitus impetum facere in pecudes & equos in herbidis pratis iuxta Latinorũ caſtra paſcentes iubet, vt ea ratione hoſtium conſilia & militarem diſciplinam exploraret. Hi verò ad primum Scytharum conſpectum furioſo quodam ardore concitati, haſtis arreptis & equis conſcenſis Scythas inuadunt, qui tergis obuerſis continenter fugiunt, retrò ſagittas conijcientes, ac ne ſic quidẽ fuga interrupta: illi verò acriter perſequuntur, quamuis nihil proficerent, penè volucribus ob leuem armaturam viris inſtando. Et hic eius diei fuit exitus. Ex eo Ioãnes cum ſuis copijs anguſtias & fauces ſubit, & poſt altos colles deliteſcit: in id intentus, ne ſuam præſentiam noſſent hoſtes, & rurſus è Scythica phalange cui Cozas præerat, complures in caſtra Latinorum mittit, hortatus, vt priores imitarentur, eademq́ue via reuerterentur. Latini Scythis denuò viſis, rurſus feſtinanter armati, maiori quàm dudum contentione haſtas in eos vibrãt, & curſum intendunt. Sed cùm Scythæ facilè anteuerterent, vt & leniter armati, & expeditiorib. equis inſidentes, ac nullas ferè ſagittas retrò emittentes: Latini per impudentiam longiſsimè prouecti, in ea loca, in quibus laquei & inſidiæ erant, & in recentes Scythicas cohortes inciderunt. & ipſi & equi iam contentione itineris planè fatigati, & in medio Scytharum circumuenti ſunt: quorum multitudine, cùm ad manus ventum eſſet, oppreſsi, equis deturbantur, multis ſingulos inuadentibus: & duræ ceruicis homines falces & laqueos in colla recipiunt, equi occiduntur. Tanquam enim atra & perpetua nubes, ita Scythæ irruebant, vt neque explicare ſeſe neque diffugere poſſent. Ceciderunt igitur omnes lectiſsimi Latinorum equites, & haſtis vibrandis celebres: cadit & Plex Comes Doloicus. Balduinus verò capitur, & viuus in Myſiam abducitur, atque inde Ternobum perductus, & in carce-

Latini à Scythis in inſidias pellecti, à Blachis capiuntur & occiduntur.

rem

391

mi adhuc feruerent, & Ioannes alijs bellis occupatus, ijsque ſolis intentus, à Romanis abeſſet. Itaque partem exercitus, quæ vtilitatis ſuæ cauſa vltrò ſequi vellet (Rottam ipſi vocant) ablegarunt, poteſtate data, vrbes quæ defeciſſent, ſuo arbitratu tractandi. Ea cohors antegreſſa, à nullo ſcelere, à nullo piaculo abhorruit. Veneti quoq; Orientalem oram longis nauibus infeſtabant, & Callipoli ac Panij peſsima & à Chriſtianorum inſtitutis abhorrentia quæque perpetrarunt, vt calamitates eſſent multiplices, atroces, intolerabiles. Herricus quoque Arcadiopoli, vt ſolis ventis habitabili, prætetita, per vim Aprum Ingreſſus, ciues inclementer tractatos occidi ſiuit, quaſi grex aut armentum, non autem Chriſtiani, & vi potius ſubacti, quàm ſua ſponte addicti Blachis, trucidarentur. Multi etiam vincti laqueis, per vrbes & pagos circumducebantur, vt emendicata pecunia, ſe à victoribus redimerent. In ea circumductione ſi qui aut morbis oppreſsi, aut vix loogitudine fatigati deficiebant, laxato colli vinculo, non vt Chriſtiani expirare ſinebantur, & naturali morte obire, ſed gladijs obtruncabantur, aut confodiebantur. Herricus verò caſtris ad Oreſtiadem poſitis, profundum vallum communit. Nam eam vrbem vnicum certamen, præmiũ, & fioem laborum arbitrantes, obſeſsis denunciabant, ſe inde non receſſuros, niſi ea vel ſponte dedita, vel vi expugnata. Hi verò ad ſolam deditionis mentionem exacerbati, reſponderunt, nullum in poſterum fœdus inter Romanos & Latinos poteſt intercedere, quòd & fide lubtica, & in dedititios belluina immanitate, in bello ſubactos maiori etiam crudelitate vterentur. His auditis, Herricus operibus intentus, vrbem duabus latis & profundis foſsis circumdatam inoenit: vrbis verò turribus pegmata altiſsima adiecta, quæ pellibus & taurinis tergoribus contra ignem & ad propugnatores defendendos, obtegebantur. Sopra eas ligneas turres mali defigebantur, in quibus ea erant, quæ flammam maximam incendere & latè ſpargere ſolent. Alicubi in eis etiam fabrefacta bellatorum ſedilia viſebantur, cuiuſmodi eorum ſunt, qui ex tabulatis fundum maris explorant, & piſces captant. In aliquibus ſaxa cathenis ſuſpenſa grauibus, & demittebantur, & rurſos attollebantur, & prout res poſtulabat, transferebantur. Præterea quatuordecim tormenta in turribus conſpiciebantur. Quare Herrico & exercitui viſum eſt, priorem foſſam vi occupare: ſecundaque expleta, machinas muris admouere, ac altera foſſa, priore capta, difficulter explebatur: & capita & trunci cadauerum, eorum qui vtrinque cadebant, hiatus eius multis in locis explebant. Qua tandem non ſine ſanguinoe complanata, ſcalas turritas ad mœnia adducont: quarum altera in foſſa detenta, ob aggerem recens congeſtum, vacuum alicubi & rarum adhuc, ſubſedit: altera rectà ad murum producta, priuſquam diabathra conijceretur, ſaxis tormentorum contrita eſt, & facta inutilis. In qua qui pugnabant, plurimi malè ſunt accepti: tum Petro Plancio viro robuſtiſsimo, & ob fortitudinem celeberrimo, calua eſt ſaxo confracta. Itaque eo die conatus Larioorum irriti fueruor. Poſtridie turres denuò mœnibus alia parte vrbis admouentur, easque viri bellicoſiſsimi conſcendunt. Interea propognatores cum ferè omnes machinas turribus imminere viderent, & pontem ſublicium à certis traduci, & mœnia iam contingere: armati portis erumpunt, quicquid extando augendoque inceodio aptum eſt ſecum portantes. Pugna igitur atrociſsima commiſſa, tum quoq; infectis rebus, machinis io conſpectu eorum crematis, recedunt. Sed & foris Blachorum & Scytharum exercitus circa vallum obequitans, commeatum in caſtra apportari non ſinebat. Itaque conſilij inopes, & animorum alacritate fracta, nouas copias Byzantio accerſiuerunt, quæ quidem neceſsitate magis quàm voluntate exibant: ni ita facerent, à Martioo Cardinali, & Thoma Conſtantioopolitano Patriarcha nuper Venetijs profecto, diris obſtringendi & ſacris interdicendi. Thomas patrio veſtito indutus erat, qui corpus ita conſtringebat, vt acubus illi aſſutus videretur, manibus duntaxat & pectore aperto: malis ita raſis, vt quemadmodũ in impubi puero, nollum pili veſtigium cerneretur. Sed antequam auxilia venirent, lues inuaſit exercitum, cùm ex fœtore cadauerum in tentorijs iacentium, tum quòd plerique, ac potius omnes cibos inſolitos guſtarant. Quare noctu inde receſſerunt: & in Pamphilo dioerſati, ex diuturnis & inanibus laboribus ſe refecerunt. Nec ij ſolum his malis conflictati ſunt, ſed ij etiam qui eos ex vrbe accedere auſi fuerunt, & hi in itinere ferè omnes à Scythis & Blachis interfecti ſunt. Vnde alias machinas ſtructuri, malos biremium ex maritimis cinitatibus collegerunt, & ſi quid deerat, ex Propootidis montibus arbores ſecuerunt, miſſo illuc qui opus maturaret, Conone Petunæ Comite. Machinarum iuſta copia parata, quas multis in locis ferro contra incendia munierant, belli fortunam denuò tentarunt: & Oreſtiade omiſſa, quam ſuis cladibus admoniti, inexpugnabilem eſſe credebant, Didymotichum oppugnare ſtatuerunt: ad eamq; rem, caſtris ibi poſitis, & productis arietibus, ſe pararunt. Sed antequam Sol ſuper eò Latinorum conatu occideret, aer nubibus impletur: & vehementiſsimo imbri fluuius Eurus dilatatus, & ex paruo magnus factus, campos aquis impleuit, & ex caſtris Latinorum ſubitò & arma & machinas & equos bellicos & viros auexit: quòd ſi Sol occidiſſet, ac id malum noctu ingruiſſet, maior pars exercitus periſſet. Hac inuſitata re admoniti Latini cordatiores, & non planè ſanguinarij, inde diſcedendum eſſe cenſuerunt, & eius ſententiæ alijs autores fueruot. Sed & reliquus omnis exercitus miraculo eo conſternatus, celeriter inde receſsit, alijs vnà cum Herrico Byzantium reuerſis: alijs cioitates mediterraneas & maritimas, quæ Latinis parebant, cuſtodire iuſsis. Verùm ne ſic quidem mala quieuerunt, aut res ſecundiores Romanis fuerunt, quod Latinorum deſpicientia & de Romanis ſuſpicio, & implacabiles animi, antiquũ obtinebant. Nam quæ deſertoribus, contra quos ſæpè haſtas acuerant, inferre non poterant: ea in proximos quoſq; perpetrabãt, & contra eos dentibus frendebant. Sed & Orientalium Romanorum negligentia erga populares afflictos, & ſummus deſpectus atque obliuio, dolorem penè into-

Herricus Balduini frater Oreſtiadem fruſtra oppugnat.

Petri Plancij interitus.

Lues & fames obſidiones ſoluunt.

Didymotichum Euri exundatione defenſum.

Latini ſubditos pro hoſtibus vlciſcuntur.

Orientales Romani Occidentalibus non ſubueniunt.

intolerabilem pariebat. Nam neq; pecunijs, neque militum copijs, Occidentalibus vrbibus ſubueniebant. Ac Latinis ex Aſia digreſsis, & Thraciam, quæ ſola pro libertate Romanorum dimicabat, vaſtãtibus, noſtri duces eo diſcrimine præter expectationem liberati, nuſquam officij ſui meminerant, neque ſalutare quicquam ad ſui vel popularium defenſionem conabantur. Sed corruptis ingenijs præditi, & vt homines deſerti à Deo atque impij * ſtupore quodam affecti, atq; in factiones diuiſi, vrbes concitarunt: alij alios oppugnarunt, violato iure cognationis: tributim ſegregati ſunt. Iſrael Iudas factus eſt, vt vetus ille Propheta quæritur: alijs huic vt Regi addictis, alijs ad alium confluentibus. Quæ res multis, prudentioribus præſertim, execrationi ſimilis, & deſtruendi neceſsitudini, & inducendæ alienationi eſſe videbatur. Etſi autem tandem ad amicitiã ineundam concurrerunt: tamen ne tum quidem planè conſenſerunt: aut alijs alios ad belli ſocietatem cohortati, vllo modo Occidentalibus vrbibus opem referre ſtatuerunt: ſed creandis Imperatoribus intẽti, inſtar gregatim volantium auiũ, cum vno quodam ſubuolabant & diſcedebant: alijs etiam ſpinoſis tubis Imperium deferebant. Vnde multorum dominatus Orientem depaſcebat, tricipiti quadam bellua à vecordibus implexa. Nam Maurozomes Manuel Calchoſtois auxilijs fretus, cui non multo ante, recuperato Icouio, filiam deſponderat, nihil non conabatur, vt Imperatorio nomine potiretur, & omnem Mæandrium tractum cum Turcis vaſtabat. Theodorus Laſcaris, nobiliſsimo genere ortus, & Imperatoris affinitate inclytus, illo profligato, & rubro calceo induto, ab omnibus Orientalibus vrbibus Imperator conſalutabatur. Dauid porrò Comnenus exercitu ex Paphlagonia & Pontica Heraclea coacto, & Iberum qui ad Phaſidem habitant, legione conducta, pagos & vrbes ſubigebat: & vt fratrem ſuum Alexium magnum redderet, præcurſorem eius & præconem agebat. Cæterùm is ſubinde cunctabatur, circa Trapezuntem moram trahens: & planè Hylam illum, de quo prouerbium eſt, agens, perpetuò vocabatur, nec vnquam comparebat. Cum autem Dauid adoleſcentem quendam, cognomento Synadenum, pro duce ad Nicomediam miſiſſet, Laſcaris cum exercitu contra illum proficiſcitur, ſe trita & plana via progredi ſimulans: ſed per aliam aſperam & impeditam ex improuiſo Synadenũ adortus, capit, milites eius diſsipat. Dauidẽmque réprimit, ne vltra Ponticam Heracleam progrediatur. Nec multo pòſt Maurozomen quoq; cum Turcis vi profligat, quos partim cædit, partim capite: eos præſertim, qui genere illuſtres primam aciem obtinuerant. Hoc rerum Orientalium ſtatu Ioannes Myſus Philippopolim capit, diripit, euertit, ciues pleroſq; obtruncat: cuius vrbis iam olim per inſidias expugnandæ occaſionem captarat habitatoribus infenſiſsimus, quod deditionem ſibi non feciſſent, & vt regi parere detrectaſſent, ſed vt virum ſanguinariũ auerſati eſſent: tum verò illud eius iracundiã exaſperarat, & barbaricam feritatem auxerat, quòd Alexium Aſpietem recepiſſent, eique vt duci patuiſſent, ſe verò cum exercitu inuadentem ſæpe repuliſſent. Cæterùm ea vrbs inuiolata manſiſſet, ſi ſuis auſpicijs gubernata eſſet: tum quòd Latinos benignè tractabat, tum quòd Ioannem Myſum non prorſus auerſabatur. Nunc filia matrem ſequens, poſtquam illa regina & princeps omnium, labefactata & facile capta eſt: hæc quoque grauiora pertulit, diréptionibus & cædibus oppreſſa, & inſuper funditùs euerſa: cuius ruinæ vnum illud ſpectatu iucundum habent, quòd Aſpietem funetalos traiectum, & in ſublimi trabe pedibus ſuſpenſum oſtentant. Cui qui regni affectandi adiutores fuerant, cum Ioannem non laterent, ne inconſtantiæ pœnas darent veriti, palàm deficiunt: & alij ad Theodorum Laſcarim Orientalibus vrbibus dominantem ſe conferunt, alij Oreſtiadem concurrunt: alij Didymotichum ingreſſi, cum Latinis pacẽ faciunt, & per legatos Theodorum Branam ducẽ ſibi mitti petunt. Nec multum temporis interceſsit, cum Ioannes Myſiæ rebus conſtitutis, & deſertioribus grauibus ſupplicijs & nouo mortis genere affectis, irato & cædem ſpirante vultu Romanis bellum inferre ſtatuit, quorum ſibi dolos, fraudes, perfidiam, „ ſummam leuitatem diutius ferenda eſſe nega- „ bat. Igitur ira percitus, innumeras Scythicas turmas ablegat, quarum aliæ Adrianopolim obſederunt, aliæ Ruſium aggreſſæ, Latinum præſidiũ quod in vrbe erat præſtantiſsimum, proceris corporibus, belli vſu mirabili præditum, Tero quodam duce viro illuſtri & nobili, ad reſiſtendum prouocant. Illi ergo milites armis correptis celerrimè eò contendebant, vbi ex ſpeculatoribus Scythas caſtra habere cognorant. Hi verò Latinorum aggreſsione occupata, clàm locum ſubeunt Ruſio vicinum: & Latinis redeuntibus improuiſo conſpectu ſui terrorem incutiunt, vt ob tantam multitudinem nihil boni ominarentur. Acri prælio pari vtrinq; fortitudine commiſſo, tandem Latini multis cæſis, ferè omnes occubuerunt. Poſt hunc ſucceſſum, Scythici exercitus belliccſutum virorum circiter x. millia primo impetu Aptum citra negotium capiunt & euertunt: multitudinem in vrbe repertam partim occidũt, partim vt ſub corona væneant, manibus poſt terga reuinctis, abducunt: multos etiam cremant, vincentes illi quidem, ſed victoria non humaniter vtentes. Ab eius pugnæ æſtu calentes adhuc, ad maritimam Rhædeſtum conuerſi, Branam Theodotum, qui Latinorum Oreſtiadem abeuntium dux erat, priuſquam eò venirent, cum ſequente exercitu in fugam conijciunt: vrbem verò vi expugnatam, ciuibus in ſeruitutem redactis, ſolo æquant, immortales nobiſcum inimicitias exercere à Blachis edocti, & propagare ad omnem poſteritatem. Nec remiſſa alacritate, Perinthum tranſeunt. Inde Daonium, nemine illis, ob mirabilem audaciam, obuiam eunte, & omni ſexu & ætate capta, mœnia deſtruunt. Nec ora maritima duntaxat ab expeditiſsimis & fortiſsimis Scythis & Blachica cohorte quæ illos comitabatur, mœnibus vrbium cum vectibus & ligonibus infeſta, ſic tractata eſt: ſed mediterranea quoq; malis ijſdem & grauioribus ſunt oppreſſa, nulla ſpe ſalutis affulgente. Nam qui ex ſer- „ uitute inſuetam libertatem propitia fortuna con- „ ſecuti ſunt, maxima perpetuò affectantes, neque

ſe

Maurozomes Laſcaris & Comnenus in Oriente de imperio contendunt.

Philippopolis à Blachis vaſtata.

Scythæ Thraciam vaſtant.

Latini ad Ruſium cæſi à Scythis.

Apri excidium.

Rhædeſti Perinthi, Daonij, Arcadiopolis, Meſenæ & Zurulis excidia.

ſe in poſterum calamitati vlli fore obnoxios opinantes ſucceſsibus & victorijs effuſè indulgent, priſtini ſtatus obliti, præſenti verò læti, & inſolentes. Proinde Arcadiopolis, Meſena, & Zurulus, cum agris, villis, & omni eo quod ijs vrbibus olim paruit, extremas clades ſunt perpeſſæ: & quæ ad vrbem omnium principem vſque pertinent, omnia ſunt à Scythis oppreſſa. Poſt omnia oppidum Athyra ad internecionem eſt deletum.

Athyrana calamitas.

Nam ciues principiò cum Scythis pecunia tranſegerant, & aderant qui aureos nummos poſtularent. Deinde quoſdam ex Latinorum cohorte, qui Rhædeſti cum Brana fuerant, veſperi vrbem ingreſſos, Athyrani libenter & minimè grauatim ſuſceperunt. Putabant enim, eos illic manſuros, & cum Scythis pugnaturos. Sed illi ſub primam noctis vigiliam inde diſcedunt, opera data, vt Scythas clàm præterirent: etſi ſpe ſua fruſtrati, iuxta ipſum Rhegium in Scytharum cohortes antegreſſas delapſi, omnes exiguo momento perierunt. Scythæ verò poſt Latinorum diſceſſum, à popularibus ſuis pecuniæ exactoribus clàm circa mediam noctem, funibus per muros attracti, & portis potiti, cum horribili clamore ſtrictis enſibus in pleroſq; adhuc dormientes, cum fuga minimè expedita eſſet, irruunt. Ea igitur nocte facinus editur, quod lachrymas poſtulat inſtar perennium amnium promanantes. Nec enim viri & fœminæ duntaxat, partim occiſi, partim in ſeruitutem abducti ſunt, ſed nec lactantes infantuli eius mali expertes fuerunt: ſed hi quoq; vt immaturi & tenelli floſculi ab immiſericordibus illis viris, ignorantibus naturæ iniuriam fieri, & humanitatis ius ab eo violari, qui iracundæ vlqa victoriam indulgeat, obtruncati ſunt. Et, quod magis deplorandum eſt, implacabiles homines, occupatis littoribus, eos qui illò accurrerant, partim gladijs traiecerunt, partim retraxerunt, partim in aquam præcipitatos ſubmerſerunt. Pauci nauigia adepti euaſerunt, erant etiam qui ſcalam non adepti, intra puppim & remiges in mari deciderent. Tanta mali atrocitas fuit, & penè internecio. Ex eo barbari totis legionibus & exercitibus pergentes, vaſtæ procellæ inſtar, omnia diſsipabant, aut incendijs in ſylua graſſantis, obuia quæque abſumebant. Neque rerum omnium quicquam erat imperueſtigatum, & à rapinis tutum. Duæ tantum ex plurimis & maximis vrbibus, Bizya & Selybria & rapinas & vaſtitatem effugerunt, non modò firmis cinctæ mœnibus, ſed etiam locorum ſitu munitiſsimæ. Alioqui nec vniuerſalem interitum euitaſſent, & ne à Latinis quidem intentatæ permanſiſſent.

Bizia & Selybria inuiolatæ à Scythis.

Ac Itali bis aduerſitatibus fracti, Conſtantinopoli velut in mandra condenſabantur, & rebus ad tolerandam obſidionem neceſſarijs comparatis, terreſtria mœnia inter ſe partiti, Romanis quò vellent abeundi poteſtatem dederunt. Hoſtes verò in locis parum ab vrbe diſsitis commorantes, ſæpe in pugna etiam proximè mœnia acceſſerunt: nonnunquam per D. Romani portam oſtentandæ fortitudinis, & comitantis tum felicitatis ergò, pauci numero ingreſsi, & occiſis ijs qui in porta erant, ſtatim reuerſi, cum omni exercitu domum redierunt, captiuos tanquam armenta, pecudes & iumenta pro multitudine ſtellarum præ ſe agentes. Inde Ioannes cum maximis & fortiſsimis copijs egreſſus, Adrianopolis & Didymotichi expugnationem cæteris rebus omnibus anteuertendam eſſe duxit: ſimul quòd eæ vrbes totius belli præmium eſſent, ſimul quòd ea ratione Romanis pulſis, Thraciam ſolis feris incolendam traditurus eſſet.

Ioannes Didymotichum fruſtra oppugnat.

Caſtris itaque ad Didymotichum poſitis, cum oppidum videret in loco edito ſitum difficulter expugnari poſſe, fluuium Eurum, qui id ambibat, & per meatus paucis cognitos ciuibus aquam ſuppeditabat, aliò diuertere inſtituit, & machinis in circuitu collocatis murum ferir, qua parte labefactari poſſe, nec grauium ſaxorum impetum interualli magnitudine laſſatum iri putabat. Oppidani verò vt Ioannem placarent, excuſationes, ſpecioſa verba, & blandas preces etiam prætendebant: & ſtantes in propugnaculis, eum pro ſuo rege celebrabant, & tributa penſuros, cæteraque omnia quæ imperaſſet, alacriter facturos promittebant, modò ne eum vrbe recipere cogerentur. Ille verò ira percitus, eas conditiones prorſus aſpernabatur, nec alia ratione ſe pacem facturum aſſeuerabat, ni caſtello ſibi cederent. Nec de oppugnatione quicquam remittendo, vi, impetu & magnitudine ſaxorum propugnacula, turrium angulos reuellebat, eorumque tibicines perfringebat. Oppidani verò tabulatis & cratibus intus ſtructis, recens detractis velleribus mœnia regebant, vt machinarum ſaxa ijs inuoluta labaſcerent. Ac dum Ioannes pugnam remittebat, ſupplici geſtu & blandis verbis ſubmiſsionem callidè ſimulabant. Cum verò ille fortiſsimum quenque equo deſcendere iuſſum, & ferro vndiq; tectum iuxta perfractas muri partes collocabat, aut ſcalas parabat, & reliquum exercitum paſsim extendebat: tum & ipſi abiecta ſupplicum perſona, aperto Marte, vt res ferebat, ſe defendebant, ſalutem ſuam in mœnibus eſſe poſitam haud ignari, nec quicquam neceſsitate violentius iudicantes, ac deſperatione & iracundia ducibus, haud pauciores clades inferebãt, quàm accipiebant, fortiter & audacter dimicando. Barbarus igitur longo tempore in hac obſidione contrito, in Myſiam reuertitur, irrito conatu, vt ignis deficiente materia, reſtincto ardore. Huc accedebat, quòd paſsim fama vagabatur, Latinum exercitum, in re bellica exercitatiſsimum, obſeſſis auxilio venturum eſſe. Tunc Ioannes Camaterus Patriarcha, qui poſt exilium, Didymotichi inquilinum agebat, vitam cum leui morte commutauit. Latini verò ſe à Didymotichinis & Adrianopolitanis acceſſi, haud grauatim accipientes, quòd inde res ſuas meliores fore arbitrabantur, cum illarum defectio primùm ſpes & conatus eorum infregiſſet, Conſtantinopoli digreſsi, principiò ad Athyram caſtra ponunt, poſtridie Selybriam intrant, & aliquot diebus ibi exactis, & commeatu præparato, Adrianopolim occupant.

Latini Adrianopolitanis & Didymotichinis opem ferunt.

Quæ autem Scythæ & Blachi in illis incurſionibus perpetrarant, ea eiuſmodi erant, qualia nec viſa vnquam nec audita ſunt, nec cuiquam in mentem venerunt. Vrbes antè maximæ & celebres & frequentiſsimæ, oppida ſpectatu digna, agri & prata amœniſsima, horti pulcherrimi, perennibus riuis fœcundi, altæ domus, habitatio-

Thraciæ vaſtitas à Scythis & Blachis facta.

nes conſpicuæ, ſummo artificio conſtructæ & va-
rijs coloribus exornatæ, venuſtiſsima lauacra vuis
onuſtæ vites, arua ſegetibus grauida, & alia ſex-
centa, quæ tempus producit, quæque vitam no-
ſtram ornant, & terram iucundã, gratijs affluen-
tem & optabilem reddunt: ea omnia hominibus
vacua, echinis & feris tantum latibula præbebãt.
Quæ qui videret, cum maximo eiulatu & fletu,
capite puluere conſperſo, diceret, ſe deſtructio-
nem vniuerſi cernere, aut nouam illam rerũ natu
ram, qua iuſsit, Deus, gramina & herbas & proli-
ficum ſemen pro cuiuſque genere & ſimilitudi-
ne ex terræ viſceribus gigni, cum nondum eſſet
homo qui eis vteretur. Vnde mihi lingua ſuppe-
tet ad iuſtam & copioſam tantorum malorum
enumerationem? aut magnitudo vocis, quæ ſcri-
pta hæc ad longè remotos tranſmittat? O me
miſerum ſcriptorem. quibus cladibus deſcriben-
dis ſuperſum? quanta mea & meorum popularium
mala commemoro? Quis talia trophæa ab hoſti-
» bus erecta ſaltem intueri ſuſtineat? Nam olim
» qui prælio vicerant, humanæ conditionis memo-
» res, nec immortalia odia conſeruanda eſſe rati,
» trophæa ex paruis lignis & ſaxis conſtituebant,
» vt exiguo temporis interuallo abolerentur: quip
» pe non amicitiæ monumenta, ſed inimicitiarum
» & cædium irritamenta. Nunc verò euerſiones
» vrbium, & rerum omnium vaſtitates, indicia vi-
» ctoriæ à Barbaris ſunt reperta, quibus diuinitùs
flagellandi conceſsi ſumus: qui non ferendũ eſſe
rati, niſi colophonem immanitati ſuæ impone-
rent, & atrociſsima ſcelera adiungerent, aliquot
Romanos viuos (neque enim quiſquam erat qui
eos vel redimeret, vel conſeruaret) cum popula-
ribus ſuis, vel naturali morte defunctis, vel bello
cæſis terra obruerunt, ſepultis vnà equis veloci-
bus, quibus inſederant, corneis arcubus, & anci-
» pitibus gladijs. Ita barbari à rebus naturæ contra-
» rijs nulla reuerentia, nullo metu deterrentur. Cũ
hæc miſerabilia ſpectacula, quæ omnem verbo-
rum atrocitatem ſuperant, ederentur, paſchales
dies erant, indictione I. anni VI.M.DCC.XIIII.
& omnis locus quem Scythæ peruagabantur, &
hymnis & ſuſpirijs erat plenus: lamentationes
& eiulatus, feſtiuarum cantionum ſonum ſupe-
rabant: cum ſepulchrorum euacuatio, inferni de-
ſtructio, & à mortuis reſurrectio à pijs homini-
bus celebrabantur, tum in receſſus telluris & in-
ferni caliginoſa & horribilia tabernacula vrbes
cateruatim detrudebantur. Abductiones verò, di
reptiones, immaturæ ætatis in triuijs abiectiones
& ſenilium corporum diſſectiones, quis omni-
um mortalium ita lachrymis & luctu abundat, vt
Augurium cornorum & cornicum. ſatis lugere & deplorare queat? Ante hanc Scy-
thicam incurſionem, circa Thraciæ campos cor-
nicum & coruorum legiones, aliæ à Septentrio-
ne, aliæ ab Auſtro, fato quodam, non fortuito ca-
ſu, in vnum locum congregatæ, pugnam commi-
ſerunt. Sed coruí magnitudine corporum pha-
langes meridionalium cornicum in fugam ver-
Græcia in tyrannides diſtracta. terunt. Neque verò Thraciam duntaxat Fortuna
in huiuſmodi clades, afflictionum mare, extre-
morum malorum fluctum, & calamitatum tur-
binem coniecit, ſed nec Occidentalium conditio
fuit melior. nam Athenas, Thebas, Eubœam, Me-
thonem, Patras, cohors Campanorum & Lati-
norum non magna, tanquam patrimonium di-
uiſit. Quis verò ijs locis prius imperabant, illis
cedere cum deriſu & ignominia, quàm extimu-
latis animis pro ſemetipſis & liberis pugnare
maluerunt, neq; ſtatim libero ſpiritu concepto,
nec vel ſerò tandem ad ſaniorem mẽtem reuerſi.
Erant etiam qui ambitione contra patriam pror-
ſus inflammati, ſeruilibus ingenijs homines, de-
licijs & luxu corrupti, munitionibus & præruptis
caſtellis, aut munitis vrbibus occupatis, infelices
tyrannides conſtituerent: & cum Latinorum ini
micitiæ experendæ eſſent, alij alijs inſidiantes,
cum illis colluderent, & noua pacta inirent. Nam
Leo Scurus Corinthum & Naupliũ, vt ſuprà di-
xi, gubernabat: Chamarethus Leo, qui Lacedæ-
moni dominabatur, Laconum tyrannus erat.
Aetoliam & confinia Nicopolis, & quæ ad Epi-
damnum vergunt, Michael Ioannis Sebaſtocra-
toris nothus filius ſibi vendicauit. Bonifacius ve-
rò Marchio Theſſalonicæ degens, omnem mari-
timam oram, quæ infra Halmyrum eſt, & Lariſ-
ſæam planiciem tenebat, & vectigalia Græciæ
& Peloponneſi percipiebat. Præter hos alius To-
parcha Theſſaliæ montana, quæ nunc magna Bla
chia dicitur, tenebat, Occidente in tot tyranni-
des diſtracto, quid boni non aberat, quid mali
nõ aderat? pecuniarum ereptiones, relegationes,
cædes, exilia, mala deniq; infinita, quorum ma-
xima ex parte Romani tyranni auctores erant &
Scurus Leo omnium maximè, qui rectè ſanè,
patriæ quoque ſuæ non pepercit. Idem cum Ni- *Nicolai Archiepiſcopi Corinthij interitus.*
colao Corinthiorum archiepiſcopo reconciliata
gratia, virum eum ſuæ menſæ adhibuit: & cor-
pore illi coniunctus, animo æquè ac prius ab eo
abhorrebat. Vnde illum prius effoſsis oculis, poſt
ea de rupe præcipitauit. In Oriente porrò Pru-
ſæi, Nicæenſes, Lydi, * Philomolpi, Smyrna, *Orientis ſtatus.*
Epheſus, & interiecta oppida Theodoro Laſcari
parebant: qui etiam longis nauibus fabricatis,
pleraſq; inſulas ſubegit: & pace cum Iconij Sul-
tano Caichoſroe facta, partem imperij Manueli
Maurozomæ illius ſocero conceſsit. Ea pars erant
Chonæ, mei ſcriptoris Nicetæ patria, & huic fini-
tima Phrygiæ Laodicea, & alia loca quæ fluuius
Mæander anfractu ſuo complectitur, donec in
mare exonerat. Dauid verò & Alexius fratres,
Manuele Andronici Romanorum tyranni filio
nati, alter Ponti Heracleam & Paphlagoniam gu
bernabat, alter Alexius Oenæum & Synopen
vrbes, & ipſam Trapezuntem tenebat. Attaliæ *Aldebrandinus Pergami tyrannus.*
alius quidam dominabatur, nomine Aldebran-
dinus, natione Italus, ſed Romanorum inſtitutis
probè educatus. Idem Rhodus alium principem »
habebat. Enimuerò cum de communi ſententia »
& deliberandum & agendum eſſet, de patriæ par »
tibus nondum afflictis conſeruandis, & de expu »
gnatis vrbibus in integrum reſtituendis: illi am- »
bitione præcipites, & tyrannici nominis affecta- »
tione cæci, inter ſeſe digladiabantur: quibus diſ- »
ſenſionibus & rixis, hoſtibus ſummam occaſio-
nem primo impetu Romanos euertendi ſuppe-
ditabant. Vnde cuiuis Latinarum gentium, qua-
rum tanta multitudo & varietas eſt, quæ Roma-
nos oppugnatum ibat, illud ex ſacris literis vſur-
pare licebat: Perſecutus comprehenſam, ſpolia
diuidam, explebo animum meum, occidam gla-

dio

dio meo, dominabitur manus mea. Itaque multi mediocri manu collecta, & exiguo equitatu conducto, in Romanas inſulas ſe inſinuabant: quippe omni auxilio deſtitutus.

Creta à Genuenſibus occupata.

Et piratæ quidam Genuenſes, homines viliſsimi & abiectiſsimi, nec in vna re primarij, in alia verò ſecundarij, ſed ab omni parte miſerrimi & infeliciſsimi, V. rotundis nauibus & XXIIII. triremibus comparatis, per mercaturæ ſpeciem in Cretam traiecerũt. Deinde inſulares hoſtiliter aggreſsi, totius inſulæ facillimè ſunt potiti.

Attalia fruſtra à Caichoſroe oppugnata.

Tunc etiam Iconij princeps Caichoſroes Attaliæ arma intulit, inani ſpe vrbis primo impetu capiendæ concepta, vt quæ ipſa tueri ſeſe non poſſet. Verùm eius conſilio cognito, Aldobrandinus vrbis dominus, & eius in adminiſtranda republica ſocij, per legatos à Cyprijs auxilia Latinorum peditũ circiter CC. impetrarunt. Vbi ad arma ventum eſt, & vrbem Perſicus exercitus circundedit: Latini in phalangem condenſati, & ex improuiſo in Perſarum conſpectum progreſsi, Attalienſibus opem tulerunt. Ita barbari perterriti, & ſuorũ multos amiſerunt, & Caichoſroes XVI. diebus exactis, obſidione ſoluta diſceſsit.

Dauid Comnenus Latinorum auxilijs Laſcari reſiſtit.

Sed & Theodorus Laſcaris, coacto contra Dauidem Ponticum exercitu, Pluſiadem ſagittarijs & bellicoſis hominibus abundantem, ab illo in ſuas partes traduxit. Heracleam quoq; cæpiſſet, ac ipſum Dauidem exterminaſſet, niſi eum Latini, cum quibus Dauidi fœdus intercedebat, auxilij ferendi cauſa: caſtris ad Nicomediam poſitis, animi dubiũ reddidiſſent, hinc alacritate & audacia contra illos inſtigante, inde inſtituto opere retrahente, cum ſibi quodammodo intra Heracleam eſſe videtur, & ea vrbe potiti, ac ſæpè velut in trutina ſolicito animo vtrunq; ponderaret. Vt verò defenſores Dauidis inuadere, vtilius quàm audacius eſſe ſtatuit: ad eos, itinere inſtituto omiſſo, reuertitur. Quo illi audito, in aciem ſibi deſcendendum non cenſuerunt: ſed noctu digreſsi, Byzantium redeunt. Dauid verò reputans, vt imminens iam diſcrimen, nec multo à ſe remotius quàm à genu tibia diſtat, præter opinionem euaſiſſet: rurſus Heracleæ firmiter inhæret: Latinos verò Byzantij degentes, oblatum auxilium, frumentarijs nauibus & pernis remuneratur: atque ab eis auxilia denuò petit, oratque, vt in fœdere Laſcarino ſe quoque vt ſuum ſubditum comprehendant, & omnem prouinciam quam teneat, inter Latinas prouincias numerent. Quæ cum illi annuiſſent, & Laſcarim Nicæa Pruſam abijſſe audiuiſſet: ipſe quoque Heraclea prodit, & auxilijs nuper Byzantio miſsis inflatus, cùm ſui tum illorum periculum facturus, Sangario flumine ſuperato, Laſcarinæ ditionis oppida vaſtat, & poſt dies aliquot inde digreditur, obſidibus Pluſiade acceptis, nonnullis etiam in vincula coniectis, quòd ad Laſcarim defeciſſent.

CCC. Itali à Guido Andronico cæſi & capti.

Itali verò circiter CCC. parabant longius progredi, & è vallibus in montes aſcendebant. Sed circa Nicomediæ Trachias ſubitò Andronici Guidi superuentu poſt variá pugnæ fortunam vincuntur, nonnulli etiam in inſidias in montibus collocatas delapſi capiuntur: vt penè nullus ſupereſſet, qui cladem illam Dauidi nunciaret.

Petrus Plancius Pegas occupat.

Sed & Petrus Plancius, cuius antè memini inſigni corporis magnitudine admirabilis, & generoſi animi inuicto robore illuſtris, ſe Pegis vrbe recipi ſuo veluti iure poſtulabat: quòd primum ibi appuliſſet, cum Latini Romanis Orientalibus bellum intuliſſent, ac alias apertè irrumpere conatus, ſed à ciuibus. Laſcari fauentibus repudiatus, mutaſſe conſilium putabatur. Quia verò parum aperto Marte profecerat, ad inſidias conuerſus, Peganis aliquot interceptis & occiſis, ex ſuis clàm paucos ſimul Pegas introducit, cuiuſdam Sthlabi Vareni & huius coniuratorum opera. Deinde ipſe quoque occaſionem nactus ſubiutrauit, & aduerſarijs noctu nullo negotio repulſis, tota vrbe potitus eſt. Dum hæc geruntur, Latini principiò iuxta Adrianopolim caſtrametantur, foro extra vrbem inſtituto. Deinde belli ſocietate cum Romanis inita, vrbes quaſdam circumeunt, à Scythis malè tractatas: quibus, vt tempus ferebat, conſtitutis, Rhodopæ limites ingrediuntur. Vbi cum nullus hoſtis non modò laceſſeret, ſed nec appareret, caſtellum Stenimachum ingreſsi, popularibus ſuis (erant hi reliquiæ eorum, qui pridem Philippopolim cuſtodierãt) inde abductis, Oreſtiadem redeunt: & Theodorum Branam, datis aliquot cohortibus, ibi relinquũt.

Herricus Balduini frater Imperator deſignatur.

Ipſi Byzantium reuerſi, Herricum Balduini primi ex Latinis Byzantio dominati fratrem Imperatorem declarant. Cum autem vnum annum & menſes quatuor rempub. ſiue Imperatore adminiſtrarent: nemini popularium ſuorum regni inaugurationem condonare voluerunt, niſi Balduini morte prius explorata. Audiant hæc Romani, qui & eodem tempore Imperatorem inaugurãt.

Romanorum militum perfidia.

& qui inauguratum euertat, animis concipiunt. Quamobrem iure apud omnes gentes noſtræ ætatis milites, vt patricidæ viperæ, vt gens nullius conſilij, vt liberi reprehendendi, vt filij iniqui, malè audiunt.

Balduini miſerabilis interitus.

Cæterùm Balduini mors ita contigit. Scythico bello captus, & vinculis, vt dixi, oneratus, longo tempore Ternobi fuit. Cum autem Aſpietes ad Latinos defeciſſet, Ioannes ira æſtuans, &, dolore indies ingraueſcente, penè in rabiem actus, Balduino educto è carcere, pedes genibus, & manus à brachijs Tenedia planè ſecuri amputari, deinde ipſum in vallem præcipitari iubet. Vbi tertio demum die eſca volucrum miſerabiliter expirauit. Neq; verò hunc ſolum, ſed Romanos etiam captiuos eadem crudelitate interfecit, omni voce & ſupplici geſtu repudiato, ac inter alios Dromi Longothetam Conſtantinum Tornicem,

Conſtantini Tornicæ interitus.

qui vrbe capta, inuitus ferè Balduino inſeruierat, & belli Scythici, quo is captus eſt, periculo euitato, ad ipſum ſe contulerat, magnam autoritatem ſuam eſſe ratus, quòd ſæpius ad eum nomine Romanorum legatus iuiſſet. Cæterum eam hoſpitalitatem eſt expertus, vt toto corpore multis ictibus compunctus, poſt cædem inſepultus abijceretur.

Fatalia vrbis ſimulacra confracta à Latinis.

Latini porrò illa olim decantata vrbis munimenta, quæ à certa partium ſerie Stœchiode dicuntur, muri ac valli loco excogitata contra hoſtes vel aperta vi, vel inſidijs graſſantes (verè, an ſecus, dicere haud poſſum) euertere ſtatuerunt, ea præſertim quæ contra ſuam gentem facerent. Vnde cum alijs æneis ſtatuis, quæ baſibus emotæ, & in ignem coniectæ ſunt, nec anteriorem ſiniſtram vngulã equi ænei, qui in albo quadrangulo marmore in

Tauro

Tauro ſtat, virum quendam heroico robore & ſpectabili vultu tergo vehens, nec ipſe admirationis expers, ob exquiſitum omnium membrorum artificium phaleris vndiq; tectus, hinniens, auribus velut ad tubæ clangorem arrectis, impetu eſtigatam reliquerunt. Hunc alij Pegaſium eſſe dicunt, ſeſſorem Bellerophontem: alij Ieſum Nauis filium, equo (quiſquis ille ſit) inſidentem: idq; ex habitu ſtatuæ conſtare, quòd dextera ad currum Solis & Lunæ extenta, curſum eorum ſiſtat, & globum æneum læuæ manus vola teneat. Proinde malleis equi calce reuulſa, humanam ſubtus imaginem reperiunt, quæ maiori ex parte Bulgarum aliquem repræſentabat, clauo transfixam, & plũbo vndiq; cinctam: non autem Latinum referebat, quemadmodum iamdiu à multis ferebatur. Ea imago fabro argentario conflanda data eſt à Latinis, haud ſanè prorſus ex timiditate, vt per eorum contemptum aliquis interpretari queat: ſed quia omnia tentabant, omnia moliebantur,
„ ne vrbe quam occuparant, exciderent, ne huiuſ-
„ modi quidem rumores, qui non ſine cauſa ab o-
„ mnibus celebrarentur, ſed veriſimilem coniectu-
„ ram haberent, negligendos putabant, nulla in re
negligentes. Quis enim neſcit, eos quamcunque prouinciam aut vrbem inuaſerint, eam tanquam ſuam amplecti, & mordicus tenere, nullis difficultatibus fatigatos, & rerum domeſticarum, veluti nihil ad ſe attinentium, oblitos? ſecus quàm noſtri, qui cuiuis ipſa etiam interula cedunt, & patria relicta, etiam puluerem pedum cupidè excutiunt: non vt Euangelici diſcipuli, ſed vt inutiles & degeneres omnino bellatores, & in pugna mulieribus timidiores, quibus vbi hoſtem aſpexerint, Homericum illud accidit:

Latinorum diligentia, & Romanorum ignauia.

Vertitur ignaui color, & tremor occupat artus:
Mens ſtupet, inq; pedes animus cadit, anxius horret:
Palpitat & pectus, ſtridunt formidine dentes,
Et necis indomita tremebunda occurrit imago.

Mirum profectò fuerit, ſi viros iſtos accuratius intuearis, ni progeſſu temporis ipſi ſeſe citra laborem confecerint: cum hoſtibus perpetuò ita cedant effœminati, erga populares verò & ciues ſuos adeò ſe inuerecundos, audaces & pertinaces præbeant. Qui cum nobis patribus conſcriptis vrbis excidium aſcribant, nec Vindictæ cuncta perſpicientis oculum reformidant, cum ipſi & vrbem & nos prodiderint, neque tam inſigni mendacio erubeſcunt. Iam illud hominum ſtupidorum ſiue delirium ſiue infortunium, lachrymas poſtulat, quòd non modò patriæ reſtitutionem in integrum deprecantur, ſed Deum etiam tarditatis accuſant, quòd nos & eam non olim peius tractarit, ſed clementi & humano iudicio exitium hactenus diſtulerit. Iamcum vicem noſtram dolere deberent, qui non vrbem, non larem, non victum vllum habeamus, quos olim copia rerum celebres & ſplendore dignitatis illuſtres nouerunt, dicterijs nos laceſſunt, & opprobrijs tanquam verberibus cædũt, ſecus quàm ſperauimus: alioqui nunquam Orientem attigiſſemus, etiam veſtigia iſtorum hominum declinaturi, & vt olim Bellerophon, deſertos campos quæſituri, aut Hieremiæ extremum terminum. Nemini certè quidem moleſti fuimus, noſtra in Deum liberalem omnis boni largitorem fiducia collocata, qui olim per Eliſæum paucis palathis ficuum & bordeaceis panibus C. viros pauit. Pòſt ipſe paucioribus complura eſurientium millia ſaturauit, & plus reliquiarum quàm conuiuis ferculorum erat appoſitum, myſtis ſympoſiarchis colligendum dedit, vno miraculo alio maiore cumulato.

Querela Choniatæ de iniquis hominũ de ſe iudicijs.

Vnde ſolius loci commercio cum illis coniuncti, dum ad Aſcanium lacum & Bithynię metropolim Nicæam tanquam captiui inquilinos agebamus, & eadem templa duntaxat frequentantes, cætera prorſus alieni ab eis viſi ſumus. Sed cur huiuſmodi narratiunculis hiſtoriæ ſeriem interrumpo? Vt dicam, plenum mero poculum & feculentum calicem omne Romanum imperium poſtulare. Iam igitur ad metam properans oratio, pauca adhuc adijciat. Herricus imperio potitus, cum ex popularibus ſuis Oreſtiade relictis, Scytharum & Blachorum exercitus denuò egredi, & euerſo Didymoticho ipſam Adrianopolim clàm defectionem aut proditionẽ ſolicitare audiuiſſet: non hoſtium multitudine territus, nec ſuperiorum bellorum cladibus conſternatus, rurſus exire non dubitauit, vt & populares ſuos Branam ſecutos conſeruaret, & Romanorum reliqnijs ſubueniret, quæ in ſuburbanos pagos confugerent. Igitur Adrianopolim profectus, cum Blachos Latinorum conſpectu, quanquam neque corporibus maioribus, neque animis alacrioribus quàm prius præditorum, ſed vſitatam audaciam & rei militaris habitum etiam poſt illas ſtrages retinentium, territos vidiſſet: vſq; ad Crenum & Boream eos eſt perſecutus. Inde per Agaropolim, Anchialum vſque progreſſus: ibique caſtris poſitis, & multis rebus geſtis, vnde & pecunias & homines & pecudum greges & armenta cepit, nihil verò aduerſi pertulit, ſaluus Conſtantinopolim redijt.

Herricus Blachos profligat.

Finis, & Deo gloria.

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Cum in hac editione ſequutus ſim conſilium Franciſci Balduini I. C. Clariß. viſum fuit, hoc loco adijcere, quod ille, à D. Ioanne à Sancto Andrea V. C. priuatim acceptum, de Nicetæ noſtri vita, mihi communicauit, vt publicum fieret.

EX ORTHODOXIAE THESAVRO BEATI NICETAE CHONIATAE, QVI IVDEX FELI FVIT SVB GEnerali Iudiciorum in Ephoro Imperatorio cubiculo, posteaq́ magnus ſecretorum Logotheta, libri aliquot, recens Latinitate donati, interim dum reliqui à blattarum iniurijs aſſeruntur.

Ad Clariſſ. virum D. Ioan. à S. Andrea, ex cuius Bibliotheca prodierunt, P. Morello interprete.

ELENCHVS CONTENTORVM IN HOC OPVSCVLO.

Præfatio in beati Nicetæ Choniatæ theſaurum, ad clariſsimum virum D. Ioannem à S. Andrea, in qua obiter de vita Authoris.
Michaelis Choniatæ Monodia, in funere Nicetæ fratris.
Nicetæ Choniatæ in ſuum Orthodoxiæ theſaurum Index.
Theſauri Orthodoxiæ beati Nicetæ Coniate Liber primus.
De Iconomachis, eiuſdem theſauri lib. 16.
Synopſis hæreſeωn, quæ Alexio Comneno imperante graſſatæ ſunt. Lib. 23.
Obiter Alexij Comneni de rebus ſacris aurea bulla, quæ ad finem libri 23. commodè attexetur.
De hæreſi, quæ ſuper his verbis: Tu es qui offers & qui offerris, Manuele Comneno Imperante mota eſt. Lib. 24.
De hæreſi ſuper diuinis myſterijs exorta, D. Alexio Comneno Angelo Imperante, qui incorruptibilia illa, non autem corruptibilia ſanxit.
De Liziciorum hæreſi fragmentum.

AD CLARISS. VIRVM D. IOANNEM A S. ANDREA, CARCASSONENSIS ECCLESIÆ DECANVM, P. Morelli Epiſtola.

Evici tandem, Ornatiſsime vir, quòd iam pridem uotis omnib. exoptabam, atque ad vmbilicum perduxi monodiam illam Michaelis Choniatæ Præſulis Athenienſis, qua Nicetæ fratris exequias cohoneſtat: Ea certè, vt dicam quod res eſt, diu me ſuſpenſum tenuit, propter ſalebras illas penè continuas: curſumq́; hactenus remorata eſt, quo in Nicetæ theſauro ſatis feliciter procedebam, quàm uis in eo quoque libros aliquot, præſertim priores & poſteriores non paucioribus ſalebris ſcatentes deprehenderim. Quæ me cauſa permouit vt eos primo quoque tempore tranſcriberem, Latinoq́; ſermoni donarem, ne ſi diutius differrem, à blattis ἀνηνίστως excederentur. Eos ad te mittere viſum eſt, ornatiſsime vir, tanquam laboris te authore ſuſcepti primitias: qui ſi arriſerint, dabo operam vt reliqui ſigillatim ſubſequantur, iuſtumq́; theſauri librorum numerũ, nempe 27. adimpleant, atque ita Nicetas ille, quem vel ex Annalibus qui non ita pridem ab Oporino editi ſunt, tanquam ex unguibus leonem facilè cognoſcas, nunc tandem tuis auſpicijs & ſumptibus à tenebris uindicetur. Cuius beneficij nomine bona poſteritas tibi gratias immortales habebit, vbi reſciuerit vetuſtiſsimum Theſauri Orthodoxiæ beati Nicetæ Choniatæ exemplar (vt quod à Niceta ipſo deſcriptum ſit) poſt authoris mortem ad Michaelem Choniatem Athenienſium Præſulem velut hæreditario iure tranſijſſe, quo itẽ mortuo in manus Theodori Scutatoriotæ Leuitæ Cyziceni veniſſe, Cyzicoq́; à Turcis vaſtata in frequẽtiſsima illa καλογήρων monaſteria, quæ ſũt in Atho monte deportatũ: atq; inde tandem Lutetiam aduectum, uenaleq́; à Græco quodam expoſitum nullos, aut paucos admodum emptores nactum (propter deformitatem nimirum, vt Aeſopum illum fabulatorem olim) præter unum Ioannẽ à S. Andrea, cuius è biblioth[illegible]a boni authores, hodie præſertim Græci, non aliter exir[illegible]oſſunt, atq; ex equo Troiano boni milites, & ex Iſocratis ſchola oratores exiſſe feruntur. Certè tu de uetuſtiſsimo illo exemplari idem ſubodoratus, quod Xanthus ille de Aeſopo, pretium Græco numeraſti, exemplarq́; euoluendum curaſti, tandem deprehenſa ἀντιγράφῳ non carbonum, vt in prouerbio eſt, ſed orthodoxæ fidei theſaurum in paginis illis ſitu & ſqualore ita obductis, vt niſi poſt multas vigilias legi potuerint, delitescere oſtẽdit. Mox ſe index quoq; aperit, ſeu elenchus, quo ſumma librorum Theſauri capita notantur, à Niceta ipſo, & compoſitus & ſcriptus, quemadmodum & libri omnes huius operis, exceptis duobus ultimis, qui à Theodoro Scutatoriota ſcripti ſunt, qui monodiam quoq; Michaelis ſcripſiſſe videtur. Theodori αὐτόγραφον ex appendice ad indicem libri 25. colligo. Varia alia opuſcula, vt Alexij, Michaelis, & Ioſephi Conſtantinopolitanorum Patriarcharum, Euſtatij, & Germani Nicænorum præſulum, Euſtathij patricij Romani, Alexij Comneni Imperatoris, Sacerdotis cuiuſdam ad Eliam Cretenſem περὶ προσκυνήσεως, & cætera, (quibus exẽplar velut μυριόβιβλον quoddam refertum eſt) quis tranſcripſerit, nulla coniecturæ prorſus aſſequi poſsim: Idem de Philoſophico quodam περὶ τῆς τῶν ψυχῶν διακρίσεως & Eccleſiaſtico, De Armeniorum hæreſi commentario, idem etiam de appendice illa ſentio quæ libro ſecundo adhæret cùm tamen ad 25. pertineat, ut ex uerbis pauculis Scutariotæ Indici Nicetæ additis uidere eſt, qui appendicem illam quæ anteà deſiderabatur in fine 25. libri alicubi repertam ſe attexuiſſe affirmat. Iam vt pauca de uita obiter addam, quæ tum ex monodia Michaelis, tum Theſauro ipſo colligere potui, Coloſſus illa ciuitas Aſiatica, quam Pauli epiſtola nobilitauit, hoc Choniatarum fratrum par Michaelem & Nicetam tuliſſe uidetur vt colligo ex 22. capite, libri 4. vbi ἐν τῇ πίστεως καὶ αἱρέσεων hæreſeos antitheſi Pauli locum ex epiſtola ad Coloſſenſes citaturus ita ſcribit: ὡς ὁ Παῦλος ἐν τῇ πρὸς τοὺς πατριώτας μου Κολασσαεῖς ἐπιστολῇ διαλέγεται. Vt taceam quod Choniates

Coloſſenſem ſignificare uidetur. Quæ enim Coloſſus olim
poſteà mutato nomine Χῶναι *dicta eſt, ut in manuſcripto*
quodam Lexico legi, quod D. Vaſoſcanus Typographus de
literis & literatis optimè meritus, inter multa alia uetuſtiſ-
ſima exemplaria habet, manibus cuiuſdam ex Michaelis
Pſelli auditoribus deſcriptum. In eo ſic ad verbum habetur.
Κολοσσαὶ, πόλις φρυγίας, αἱ νῦν λεγόμεναι Χῶναι, ὅθεν καὶ
Κολοσσαεῖς. *Michael natu maior à Patre ex Aſia Byzantium*
deductus eſt, ubi cum pòſt prima literarum tyrocinia maio
ribus diſciplinis animum ita excoluiſſet, ut iam inter pro-
feſſores cenſeretur, Nicetam fratrem paruulum, vt qui no-
uem annos natus eſſet, & ipſum à patre deductum literis
& moribus informandum accepit, quod tanta cura, ſtudio,
& labore perfecit, vt Nicetas artes omnes quæ ſunt in di-
ſciplinis mediocriter edoctus, temporum ſucceſſu ad tantum
dignitatis faſtigium conſcendit, ut nec Michaelem fratris
& diſcipuli, nec Patriam ciuis Nicetæ pœniteret. Tandem
verò cùm Michaelem Pontificem Athenæ ſortitæ eſſent, Ni-
cetas in Scribarum Imperatoriorum numerum, imperante
tum Manuele Comneno allectus eſt. Verùm prò dolor, ea in
tempora inciderunt, quæ uirtuti illorum ne emergeret, mul
tum obſtare videbantur, quibus Conſtantinopolitanum Im-
perium Principum plus quam tragicis ſceleribus inclinari
cœperat, Andronici præſertim Comneni tyrannide, qui A-
lexio nepote 13. agente annum clam interfecto, imperium
inua'erat. Huius tyrannidem fugiens Nicetas ad iurn ciui'is
ſtudium ſeceſſit, in quo ita promouit, vt quadriennio pòſt
cùm parricidam Adronicum prelio fuſum Iſaacius Angelus
populi ludibrijs expoſuiſſet, cameloq; ſcabioſæ impoſitum
circumuectumq; ignominioſe occidi iuſſiſſet, Conſtantinopo
lim velut poſtliminiò reuerſus eſt, breuiq; ad maiores hono-
res in gradus euectus, quibus continua Imperatorum ſerie
perfunctus eſt, ad ea vſque tempora, quib. in Gallorum Ve
netorumq; manus imperium Conſtantinopolitanum reci-
dit. Conſtat enim (ut hiſtoriam continua rerum geſtarum
ſerie deducam) Iſaacium Angelum æquiſſimum principem
ab Alexio minore fratre oculis priuatum fuiſſe (per ſum-
mum ſcelus eum excæcante à quo magna pecunia redem-
ptus è Turcicis manibus fuerat) atque adeò carceribus de-
tentum donec Alexius Iſaacij filius opem Balduini Flandri,
Gallorum, venetorumq; Principũ imploraret, pactus 3000.
marcas auri commeatuſq; copiam, ſi aut ipſe ſolus, aut cum
patre Iſaacio carceribus tum detento imperium recupera-
ret. Galli Principes tam inſigni caſu moti Byzantium fracta
catena quæ ab urbe ad Peram extenditur, expugnant, fugi-
enteq; Alexio fratricida Iſaacium liberant, et Alexium poſt
ſubitam patris mortem (ſqualore enim carceris obſitus pu-
rum liberumq; cœlum ferre non potuerat) imperatorem di-
* Vel ut *cunt. Hunc quoque paulò pòſt Murſyphus quidam* ignobi-*
alij Myr- *lis fraude innocentem occidit, qui tyrannus cùm fruſtrà*
tilus. *ſe hoſtibus oppoſuiſſet, amiſſa tandem vrbe Conſtantinopo-*
li ſub noctem mediam cum uxore, pellicibus & ibe auro
clàm aufugit, pauloq; pòſt in Peloponneſo captus & in ur-
* Anno *bem retractus interficitur. Vrbs itaque * Francis & Vene-*
Christi *tis ea lege ceſſit, ut Galli Cæſarem Gallum, Veneti Patriar-*
1202. *cham Venetum darent illi Balduinum Flandrum, hi Tho-*
mam Maurocenum ex pacto dederunt. Reliquiæ Græcorum
Latini nominis odio Adrianopolim ſeceſſerunt, ibiq; Theo-
dorum Laſcarum Alexij generum, qui eam ciuitatem nomi-
ne dotis acceperat, imperatorem elegerunt, quem cùm
Galli capere conarentur, captus eſt Balduinus, & mortuus
exacto imperij anno. Et hæc eſt illa clades, quam à Latinis
perpeſſam Græciam toties conqueritur Michael Choniates,
quo quidem tempore Athenis quoque expugnatis Beateq;
Mariæ templo exterſo, eiectus in inſulam Ceo, ad Prodro-
mi monaſterium. Nicetas antea expugnata à Latinis Con-
ſtantinopoli, uirgineq; illa Beliſſariotide è manibus hoſtis
erepta, quam poſtea duxit uxorem, (cuius facinoris ergò
cũ Abramo, Iſaaco, Dauidi, Leui & Simeoni præfert, ipſiq;
Chriſto ὁμοιοβολοῦντα *ſanè comparem facit) Nicæam*
quæ Bithyniæ metropolis eſt, ſe contulerat, ubi quod ſupe-
rerat uitæ literario ocio impenderet. Quod quidem quanta
diligentia laboreq; præſtiterit, teſtantur æternumq; teſta-
buntur diuinæ lucubrationes, quas in hoc opus uerè aure-
um congeſſit, tantoq; artificio ab ipſis Adami primordijs ad
ſua uſque tempora deduxit, ut hæreſeon quæ inter Iudæos,
Græcieq; Philoſophos, ante Chriſtum natum exarſerunt, &
à Chriſto nato inter eos qui cùm ex diametro dogmatibus
Chriſti aduerſarentur, Chriſtiani tamen, non ſecus atq; vete
res illi Socratici haberi contendebant, quaſi hypotypoſin
quandam poſteritati conſecrarit, qua conſulta, ſi quod ali-
quando dubium de rebus diuinis ſuboriatur, poſſis ſtatim
uidere utram in partem deflectendum ſit. Hoc argumento
multi fateor ante Nicetam ſcripſerunt, ſed Niceta felicius
nullus, hic enim præter quàm quòd ex authoribus propha-
nis Græcorum hæreſes Iudæorum ex ſacris Biblijs, Chriſtia-
norum ex Eccleſiaſticis ſcriptoribus Dionyſio Areopagita,
Euſebio, Tertuliano, Epiphanio, Irenæo, Chryſoſtomo, Ba-
ſilio, Philoſtorgio, Theodoro, Mopſueſtiæ, Socrate, Sozo-
meno, Theodorito, Gregorijs, Photio, Damaſceno, Cyrillo,
Euthymio, Euſtratio, Nicolao Methonenſi, Maximo, Am-
philochio, Thoma Indicopleſta Leone, &c. tanquam mel a-
pes uarijs ex floribus in hac floridiſſimam anthologiam col-
legit, antitheſes quoque ſubiecit, quibus plumbei hæreti-
corum pugiones nullo negotio retunduntur. Supereſt uir
ornatiſſime, ut ex hoc quaſi diuerticulo in uiam rediens,
etiam atque etiam te rogẽ atque obteſter, ut has theſauri tui
primitias, primamq; meam in Græcis uertendis experienti-
am boni cõſulas, nam uel prouerbio συγγνώμη πρωτοπείρῳ,
ſic enim ad reliquos Nicetæ libros tibi et per te pijs omnibus
conſecrandos alacrior accedam.

IN GRÆCIÆ CVNAS & tumulum Carmen.

Cecropidum Præſul Michael, dum triſtia fratris
Nicetæ quæritur funera Choniatæ,
Cygnea teſtatur tua uox, ô Græcia, quæ nam
Viribus effœtis cùm morerere, fuit.
Atticus ille lepos, Xenophon quo ſcilicet olim
Nobilis à teneris claruit unguiculis,
Occidit, heu, tecũ tumulumq; ſubiuit eundem,
Fœdaq; ſucceſsit nec mora barbariea.
Qui volet ergo tuas cognoſcere, Græcia, vires,
Cum Xenophonte legat funera Choniatæ,
Ille tuas cunas naſcentis floribus ornat,
Hic tua fraterno funere fata gemit.

D. MICHAELIS CHONIATAE, SEV COLOSSENSIS, SANCTISSIMI ATHENARVM METROPOLITÆ MONODIA, HOC EST, ORATIO IN FVNERE FRATRIS,

iudiciorum Ephori, Imperatorióque cubiculo præpoſiti, D. NICATAE CHONIATAE, *qui hoc opus conſcripſit, habita.*

O CALAMITOSVM nuncium: ô aduerſum infeſtumq; rumorem, qui ſimul ac improuiſo & inſperato hominum ſermone meas ad aures allatus eſt, illæ mox tanto terrore concitatæ ſunt, vt mihi (quod delirantibus & mente captis vſu uenire ſolet) tinnire & circumſonare, pectuſq; adeò ipſum & mœrore contabeſcens, mucrone peti transfigique videretur. Vnde cruentas haſce, opinor, quas effundunt oculi lachrymas conceperunt, cruentis illis guttis perſimiles, quas Tragœdijs perappoſitis ſcenica vulgo venuſtas effingit: vt mirum ſit, quin & ipſe attonitorum illorum, ſanaticorumque vous aliquis euaſerim, omnique ſenſu priuatus in colomoam aliqoam diriguerim. Ad hodiernum tamen vſque diem in viuotum numero ſuperſum, non ignarus quantas in miſerias ſim prolapſus, quarum cognitione & conſcientia, querulas has voces & ſingultus reciprocos elicio. Verùm enimuerò fieri poteſt, vt hac arte pœnas à me vindex numen exigat, ne fortè mente in vniuerſum captus, & ſenſibus orbatus, extremo hoc ſupplicio ſiccis oculis, citráque dolorem conſtringar, ſed integra mente præditus, quæque dolores perſentiſcere poſsit, acrius inde viuus videnſque lancinet. Quicquid ſanè triſtium ſenſu priuatur, id demum doloris expers eſſe dicimus. At ego etiamſi in ſtatuam aliquam tranſmuter, ſiue lapideam illam, quæ (vt in fabulis eſt) mutaa diſtillat lachrymas: ſiue illam, cuius in ſcriptura mentio ſit, quæque vulgò ſtatua ſalis appellatur (eodem certè mecum communique nomine, qui nihil aliud eſſe mihi videor, quàm inſulſum, idcircóque foras proiectum, vt ab hominibus conculcetur) tamen ne ſic quidem vindicis Adraſtææ Nemeſi effugi: quippe qui diuturniores pœnas luam, dum ſemper idem futurus, infeſto numine cunctis illudendos exponor. Altius etiam multò vel iecur ad ipſum dolor penetrat, dum cominus contemplor, qualis malorum colophon miſellæ animæ inſultet, qualia ærumnarum corônis priſtinis malis accreſcat, denique quàm pernicioſa rebus meis, infortunatáque ſumma acceſſerit, quæ mihi quæſo pœna iam grauior irrogari poteſt? Hei mihi, chariſsime frater, hei mihi, quàm procul à nobis diſsitus es, non quanto certè hetri, nndiuſue tertius ſpatio, nimirum aliquo illo chaſmate, quod Græciam & Bithyniam interiacet, ſed multò vaſtiore, & remotiore: quanto ſcilicet Orcus à viuentium regione diſiungitur. Heu me miſerum, quòd hinc ad remotiſsima illa loca ſis amiſſus, ex quibus nulla redditus ad nos ſpes affulget. Omni igitur videndorum de cætero liberorum tuorum ſpe imprimiſq; adeò ſororis chariſsimæ interclusus es. Quis hoc mihi tribuat, vt morte mea vitam tibi redimem? vt ſcilicet illud ipſum præſtem, quod tantoperè Diuinus ille Dauides expectabat, Idque in Abſalone filio, qui in eum violentus inſurrexerat, eiuſque vitæ inſidiatus erat. Quod ſi ille propriam vitam profundere non detrectauerit, modò filium moribus tam deploratis infamem à morte aſſereret, qui non & ipſe votis omnibus nomine tuo lubens vitam morte cômutare percupiam? cùm præſertim mihi ſis frater, omniũq; adeò fratrum longè chariſsimus, quamuis ſi diſciplinæ ſit habenda ratio, à me per alterius cuiuſdam multiplicis habitus temperamentum progenitus videatis. Ambo quidem certè ex eiuſdem patris ſemine, eiuſdemque matris ſanguine ortum habuimus, natúq; adeo maximus ego natiuitatis limine pedem prior extuli, qui vtinam limini quoque mortis prior intuliſſem, ſicq; fratres alios tanquam ex multis vnus ſubſecutus fuiſſem. Cæterùm cum pater, liberorum iuxta liberorumque amantiſsimus, ex Aſia Byzantium diſcendi gratia adduxiſſet, quo tempore pubertatis annos attingebam, magiſtris Artium liberalium, & viuendi præceptoribus (iam enim Grammatices, vtiliſq; verſuum componendorum methodi fundamenta ieceram) in diſciplinam tradidit. Poſteà cum ibi agenti multum temporis interfluxiſſet, illum quoque mihi annos ad nonem natum pater in manu dedit, obteſtatus vt omniũ muneri, patris, inquam alumni, pædagogi, & præceptoris, in inſtituendo fratre vicarius ſuccederem. Quorũ ſanè omnium officium, pietatem, diligentiam præſtitit atque dum omnes in eorum vultus, & oris habitus me componeo, & plura etiam præſto, quàm à fratre expectari ſoleant, illorum tandem acceſſionibus ad ſummum pietatis fraternæ officijq; cõſcendi, nec remiſsiore viciſsim ſtudio ad eandem ille fraternæ beneuolentiæ excellentiam animo connitebatur, laboréque contendebat: præterquàm quòd ille vel longè plura præceperit, quàm contulerit beneficia, tantiſper dum apud nos moribus iuxta liberalibuſque diſciplinis informandus conuerſatur. Cùm primùm verò Athenæ me meæ illumque non Inter pedarios, ſed primariæ autoritatis viros Imperatoris excepit aula, ſine vlla mora & confeſtim accipiendis, rependendiſque beneficijs inter nos certare deſijmus. Nobis enim & ego & Athenæ multorum nec contemnendorum beneficiorum ab illo ſæpenumerò perceptorum conſcij ſumus: cum tamen à nobis ille viciſsim vel nulla omninò, vel admodum pauca viciſsim perceperit. Verùm enimuerò tantum abeſt, vt ſic illa fraterni amoris gratia diſiuncta fuerit, cùm etiã arctioribus vtrinque nodis, minuſq; diſſolubilibus coierit. Quòd ſi quis vtrique in commune

caſus infeſtior interueniſſet (vt naturalis illa ſympathia animos hominum lætis exhilarare, contráq; triſtibus exulcerare ſolet) facilè quiuis per ſe conijciat, quantò nobis inde eo potiſsimum tempore, quo inter extraneos conſtituti, amicorum cæterorumque familiarium neceſsitudine intercludebamur, alienáque ope deſtituti, operas ſolùi mutuas inter nos conferebamus. atque inter ipſa peregrinæ regionis incommoda, mutuo ſolatio dolorumque fomento leuabamus. tanto ſcilicet amore patriæ, deſiderióque tenebamur, in qua non ſine varia laborum lucubrationumque viciſsitudine, artium liberalium cognitionem conceperamus, quarum argutijs & acuminibus ingenia noſtra meditantes exercueramus, cùm nimirum ad eos me conferrem, qui maiorum gentium diſciplinas & mathemata pertractabant. Ille verò à me (quantum tenella pueri ferebat ætas) ſemper ab ipſis incunabulis ad meliora quæque & perfectiora capeſſenda inſtitutus, in illis paulatim exerceretur, ſicq; proficeret, vt tandem velut enatis & coaleſcentibus pennis per illum diſciplinarum orbem & in primis Sophiſtarum argutias alarum leuitate ſubuectus, iam deinceps ad ea quoq; theoremata, quæ ſublimioris & auguſtioris contemplationis indigent, ſubuolare poſſet. Verùm enimuerò cum iam ſumpta virili toga ad id ætatis adoleuiſſet, quo quidem de multis huius vitæ ſemitis vna omninò ſeligenda erat, quam inſiſteret, aut ingrederetur, tunc temporis (eheu qui ſiccis oculis obductam Reipublicæ ſtatus, tunc inaudita nouitate immutati & occiſi, cicatricem refricare potero?) tunc tẽporis, inquam, plurima diſsidij occaſio exoriri auſa eſt, quæ fratrum vnum idemque ſentientium coniunctionem diuerſa vitæ conditione disiungeret. Atque mihi quidem (quem parentes à puero, tanquam ſobolis ſuæ primitias, ſacri altaris miniſterio inaugurauerant) vita priuata vel in primis arridebat. Itaque vnam perij à Domino, vt ſancto eius templo præficerer, nec ad tantula negotia, quantulis hominum vulgus obrui ſolet, animum applicarem, ſed potius bonas horas ocio literario, euoluendiſque veterum ſcriptis conſumerem. Ille verò antè quàm certum illum ſcholaſticæ, nudæue eorum quæ ſunt cognitionis & ſcientiæ ſpecimen dediſſet, totum ſe in eo vitæ ſtatu & inſtituto vltrò collocauit, quod ad humanas actiones propenſius Reipublicæ ſtudioſius, denique pluribus expoſitum curis eſt, quàm ei qui ſeriò philoſophari velit, expediat. Vt autem quod ipſe ſibi ſubiecerat, atque apud animum ſuum propoſuerat, id melioribus auſpicijs, magiſque è re ſua ſuccederet, cautionem quoque & diligentiam adhibuit. Itaque facultatem & copiam dicendi, iuriſque ciuilis ſcientiam quanta potuit agendi & cogitandi ſolertia, tanquam perappoſita percommodáque ad Rempublicam capeſſendam ſubſidia & inſtrumenta ſibi comparauit. Siquidem me præceptore politicis diſciplinis in ſapientiſsimorum doctiſsimorumq; virorum corona animum excoluit atque informauit. nec ita multo pòſt vagæ volubiliſq; fortunæ telis expoſitus eſt. Hæc nimirùm fuit dira illa Andronici tyrannis, quæ velut hedera multiplici erraticóque lapſu ſerpens (ſic enim tyrannidis vim depingere liceat) clauiculis ſuis, quaſi manibus hebeſcentem Imperij noſtri viriditatem complexa, repreſsit & ſuffocauit. Simul ac enim certa cum Reipublicæ pernicie in ædes Auguſtas irrepſit, quo nimirum tempore frater meus, ex ſcribis & Amanuenſibus Imperatoris vnus erat, tum demùm lethale virus afflare, maioréq; hominum odio, quàm terra vlla immaniſue belua laborare cœpit. Et quemadmodum toruia truculentiſque leæna nuper enixa venaticos canes oculis obtueri ſolet: ita tyrannis, ſi quem inter Imperatoris aulicos & familiares fidum & induſtrium deprehendere potuit, eum ſtatim ſuſpectum habere, omnique ad illum procul extrudendum conniti animo & labore contendere cœpit. Illud verò vtique præſtitit, quàm plurimoſque potuit vno & eodem ſupplicij genere mulctauit. Quæ cùm præſens ille tyrannorum, aut (vt generaliore verbo vtar) improborum oſor intueretur, à tyranno communi hominũ gurgite, & immani helluone ſecedere quàm libidini crudelitatique illius inſeruire maluit: illud quidem audaciæ, hoc verò impietati aſcribens. Itaque procul ab Ioue (vt aiunt) & fulmine recedere decreuit. Inde ergo vbi Imperium in tyrannidem uerſum, nec amplius ulli parẽte uidet (qui ſaltem veræ religionis ſtudioſus ſit) obfirmato animo contra nititur, ad ſtudiumque iuris ciuilis transfugiens, Imperium tyrannide deformatum legum muſæis, Themidoſq; ſacrarijs commutat: quæq; frequenti & aſsidua lectione ex librorum chartulis excerpere poteſt, ea in pectoris ſui pugillares transcribit, atque adeò tandem uiua legum tabula, ſpiranſq; commentarius euadit. Deinde ſublata tyrannide, Imperióq; rediuiuo, ille quoque ad res Auguſtales obeundas, uelut poſtliminiò reuertitur. Opus ſanè tantò commendabilius, ut quod legitimis Reip gradibus ſuccederet, quantò remotius heſterna tyrannide receſsiſſe, uel etiam ex diametro repugnaſſe uidebatur. Idem præterea alio magiſtratu exornatus eſt. Tametſi uerò in Thraciam non ſtatim miſſus ſit, ut ibi arcibus reficiendis, ciuitatibuſq; communiendis præeſſet, atque adeò militarium ordinum delectus haberet, id muneris tamen paulo pòſt executus eſt. Cæterùm quo tempore de ratione vitæ inſtituenda conſilia nobiſcum inire cœpit (quia res domeſticæ bene diſponendæ ſunt, ijſq; adeò ſe priuatis in ædibus tanquam parua quadam Reip. exercere debet, qui ad rerũ maiorum communiorumq; gubernacula contendit) de familia ſua conſtituenda primùm cogitauit, nuptijs cum ſingularis exempli fœmina contractis, quæque Dei Opt. Max. dono obtigiſſe, frugi domeſticarum curarum conſors futura uideretur, atque eo præſertim nomine in manum uiri conueniſſe, ut carnis utrinque liberorumque communio coiret quæ nullo temporis unquã tractu diſſolueretur, & id ex huiuſmodi

con-

ſonuictu præſtaret, ne viri medullæ vllum inde incommodum aut detrimentũ caparent. quem admodnm pulchrè Sapientis ἀπόφθεγμα ſnadet. Quod fratris inſtitutum cum pleriſque innotuiſſet, qui recenſete poſsim, quot primarij adoleſceni ea affinitate ſeſe nobilcum deuincite ſtuduerunt? Non tot herclè proci temulento agmine comeſſabnndi ad Penelopeo, quot ad illum Matrimonij conttahendi interpretes, & quaſi proxenetæ confluebanti quorum alij filiarum, alij ſororum nnptias moliebantur. megnifica & glorioſa oſtentatione alij alios ſuperate conantes, atque etiam venditatione quadam eorum, quibus vnuſquiſq; ad nuptias illas tot nobilinm procorum votis & concertarionibus expetitas, meximè eniti, & neruos æratia induſtriæq; ſuæ contendere, earum denique potiri, compoſq; fieti poſſet. Itaq; elij vel generis, vel formæ, vel etiam vtriuſque gloriando, alij cõtra ſententiarũ grauitate, verborumq; ponderibus, tanqnam in procinctu ſe tutati ſunt. vt mihi frater dubitans & hæſitans non parum officij onus impoſuerit dum iudicio meo generorum delectus cõmittit, ſéq; vel imprimis amplexurũ affirmat, quicquid ſuper ea re mihi arrideret, factóq; opus eſſe videretur. O animum verè fraternum, qui mihi omnia ſua cõmendaret & concrederet, cuiuſq; conſilia à me, non ſecus atque ab aliquo Numine, vim ſuam & affectum caperent. Quo herculè facto euidentiſsimè patult, quomodo meus ille, imò bonarũ literarũ alumnus ad virtutem affectus eſſet. qua quidem nihil ex omnibns qnæ ſunt in rerum natura antiquius ant obſeruatione dignius arbitraretur. nõ opes, non formæ dignitetem, non generis claritatem, non ſemæ celebritatem. tametſi ea ætate eſſet, quæ facilè huiuſmodi fortunæ ludibrijs & illecebris irretiri ſolet, & coaceſcere, dum ad auitas & patrias res augendas, nobilitandum genus, corpuſq; reficiendnm & curandum indulgentiùs quàm par ſit, & feruentiùs incumbit. Omnibus enim procis, ijſq; præſertim, qui vel ſummam dotem dicerent. & promitterent, non ſine animi excellentia & præſtantia, poſthabiris illuſtrium Beliſſariotarum probitati & ingenuitati facilè ceſſit, quos idem contubernium, earundemq; ſub ijſdem magiſtris artium quaſi cõmunio & ſocietas ed neceſſitudinem noſtram adiunxerat. illorum enim ſororem, quæ in optimę parentis oculis intra thalemi parietes caſtè & pudicè educata fuerat, duxit frater ille meus, quem Beliſſariotis ſimillimum nõ tam neceſsitudo & affinitas, qnam morũ cõuenientia effecerat. Itaq; vt fratres animis non ſecus atq; corporibus vnà vnis in ædibus habitabant, eadem ex menſa cibos in dies capeſſebant, ijſdem gaudentes, ijſdem viciſsim cõmouebentur. vna forum, templum, conciones pnblicas, palatium adibant. inde rurſus non ſinguli, ſed pro more bini domnm reuertebantur, mirificum ſe alter alteri comitem præbebat, vt iam æmulandum cognationis par, & authoramentum beatiſsimum in ore omninm verſarentur. atq; adeò maximè perſpicua temperantiæ exemplaria audirent. Quendiu certè cœlibes egerunt, nobile par fratrum paſsim hominum increbreſcens peruagatum eſt. poſteàquàm verò honorabili cõnubio in omnibus, & toro Immaculato iugati ſunt, tũ verò illis affinis idem qui mihi frater fuit. Hi alij aliorum medullis & viſceribus imis velut colliquefacti, vſque adeò inhærere cœperunt, vt ſtatim illos in vnam maſſam concretos coijſſe quiuis æſtimaturus eſſet. quę quidem nullo temporis tractu dirimi aut interſecari poſſet, ea potiſſimum de cauſe, quòd Beliſſariotæ quidem pro ſuis dignitatibus in vrbe Relp. cõmodis conſulerent, frater autem meus nõ in vrbe tantùm, ſed etiam in pronincias & municipla, vt iam dixi, ab elijs alijſq; Imperatoribus miſſus, rerũ ſummæ præfuit. Tempus quidem certè mutationi vſq; quaque patens & expoſitum, Imperatoribus etiam ſuperſtitib. Imperia ademitià Sceptuchorumq; manib. ebrepte ſceptra ad alios, ab hiſq; denuò ad alios tranſtulit: fratri autem meo honores & megiſtratus continua Imperatorum ſucceſsio Integros illibatoſque, nec vllius ſucceſsione Interruptos conſeruauit. imò verò qui ſubſequebantur præcedentibus erga illum beneuolentia anteire quaſi contendentes, ad priſtinos illius honores aliquid inſuper edijciebant. viri nimirum virtute obſtupeſcentes, tantumque ex imperio ſuo imminui exiſtimantes, quantum de honoribus illins immiouerετur. Neq; verò vulgares tantùm & plebeij homines quibus ad honores vix vllus patet editus, quorumue conatibus fortuna teouior & obſcurior obſtare ſolet) palatie frequentabant, quantiuis pretij honorem eb Imperatoribus delatum ęſtimabant, publicáque qua poterant arte numera, lucro addicti venebãtur: ſed hi etiam de qulbus mihi ſermo eſt, vnà cum virtutis & honeſti emantibus illò ſe conferebant, benéque de Auguſtis multa munificè & largè dantes promerebant, & velut ſumptuoſiores quidam margaritarij vniones, ſmaragdos, lychnitaſque magnò precio comparetos inde domum aſportabant, ſatius eſſe rati, ſi dignitatum prærogatiuas precio ſibi compararent, quàm ſi ab illis vltrò ornarentur. Quorum certè ſingularem eximiamq; virtutem Imperatores experti, quòd nimirum lucri, priuatæq; vtilitatis contemptu, Ariſtidem, temperantia, Hippolytum, Bellerophontem, & Ioſephum: iuris denique obſeruãtie Minoem, Iudices minimè numerarij, longè præuerterent: rebus illos ſuis domi foriſq; præfecerunt, ærariorum illis, theſaurorumq; & cubiculorũ ſuorum ianuas pateſecerunt, chariſsima quæque non ſecus atq; familiariſsimis cõcrediderunt, illos deniqne in aperta & propatula vrbis admiſtratione magnos Logothetas, Ephoros & Politarchas deſignauerunt. Illorũ enim virtute, veluti quodam regno ciuitatum gubernacule ita exornauerũt, vt ea potius ab illis, quàm illi ab vllis Rerump. honoribus premijs, aut ſplendore, Auguſtorum munificentia collatis illuſtrarentur. Imò verò, vt dicam id quod res eſt, ab Auguſtis ab clariſsimorum temporũ ſuorũ ornamenta, Reipublicæq; gubernacula ex legũ præſcri-

pro moderanda, qnaſi cõmunes quidam Harmoſtæ, morumúe magiſtri creati ſunt: cuiuſmodi quondam magiſtratus ſuos nullo non honorum gradu cum maxima ſui nominis celebritate perfunctos vetuſtiſsima illa Roma nouerat, qui viciſsim vrbis illius, quæ cæterarũ omnium facilè princeps tũc temporis floreret, Imperijq; ſui fines longè lateq; protenderet, ornamenta in cõmune totius orbis ornamentũ, cõmunemque humanæ ſocietatis vtilitatem, cedere ſibi traretur. Vtrem pauca expediam, ſalua quidem ſunt proſperitatis humanæ propugnacula, Pharos aſit & portus, qnorum illa ſunt adminiculis conſeruata, naufragium nobis abſtulit. Qui tamen, ô, fieri poteſt, vt tantorũ virorum virtutes tam ſuccinctè, verbiſq; tã paucis ita percurram, vt plurima ſilentio prætereeam? partim qnidem confuſus ex eo, quòd affectu ſim vehementi & cõcitato magis quàm bonis illis adducto, & perſuaſo, quibus & in vita præditi, & in morte non ſine magno ſeculi noſtri detrimẽto, priuati fuerunt: partim verò cautius proſpiciens, ne quis hanc orationem ſuggillet, vt quæ inſtituti argumenti oblita, maiorem thylaco, vt in prouerbio

Conſtantinopolis à Latinis expugnata.

eſt, acceſsionem fecerit. Quandoquidem noua Sion, non ſecus atque vetus illa, à ſuis tanto in rerum diſcrimine deſerta, in hoſtium manus incidit, & funditùs euerſa eſt. Quicquid etiam in ea ſupplementi, vel latebrarum, vel leuis armaturæ beneficio, manus hoſtiles ſubterfugerat, Nicæam Bithyniæ metropolim commigrauit. ibique adeò nunc exulant qui heſterno die concium ſuorum lætitiæ congratulati, hodierno, prò dolor, mœrentibus congemiſcunt: vt qui beatæ aureæ ciuitati ornamento fuerunt, ijdem hodie infœlici ſolatium adferant. Ita enim ipſis quæ dicebant, quæque ſapienti & magno animo diſciplinæ attenti patiebantur, non parum conſolationis adferebant, ignauiq; pectoris & hebetioris ingenij hominibus non paruos ad fortitudinem capeſſendam aculeos adijciebãt. Itaque quemadmodum Ezechiel & Daniel eos qui apud Babylonem animo deficiebant, exclamantes: Exaruerunt oſſa noſtra, ſpes noſtra deſperata ſcilicet euanuit: per appoſitis colloquijs recreabant, quandiu viuis illis frui, quandiu condolentes & conſolantes experiri licuit, leuiora proculdubio fortunæ tela ſentiebant, nec omninò à patria ſe ſua exulare arbitrabantur, vt qui pulcherrima ciuitatis ſuæ donaria, capitáque adeò quibus Reipublicæ gubernatio innititur, etiam tum oſtentarent. Non enim ex mœnibus, quanlibet illa hominum manibus affabrè ſtructa, aut tectis ſublimibus, aut porticibus, aut foro exornata ſunt, vera ciuitatis forma dependet, ſed ex hominum probitate, honeſtate, religione, quibus quicunque præditus eſt, etiamſi ſub quercu pernoctet, melioris ille naturæ hoſpes afficitur, dignior interim, quẽ ciuium ſuorum catalogo quælibet vrbs accenſeat, ne dicam mundum ipſum, quantus quantus eſt, hiſce moribus incola prorſus indignum. Quæ quidem omnia, tanquam piæ ciuitatis fundamenta, præſentes illi vel ſolo nutu adimplebant, vt quorum animis Reip. bene conſtitutæ forma altius impreſſa eſſet, ac ſi eiuſdem leges animatæ, quodamq; velut ſuperſtitis Conſtantinopoleos propugnaculum eſſent. Poſteaquàm verò per illud fratrũ ſanctimoniæ fama celebrium, ad cœleſtem illam Remp. paucis antè diebus euocatum eſt, nec ita multo pòſt frater ille meus, qui duorum iugo tertius acceſſerat, eodemq; quo illi ſenatorio munere fungebatur, vnà quoq; cum illis aſſumptus, æternìq; Senatus albo adſcriptus eſt, tũc verò noſtri illi Megalopolitani, qui Nicæam commigrauerant, illos à ſe abductos ſenſerunt, tunc vno omnium conſenſu nudos ſe, priſtinæq; gloriæ ornamentis ſpoliatos agnouerunt, tunc denique ſe nihil aliud quàm miſeros exules & extorres, atque omnino ciuitate pulſos ingenuè profeſsi ſunt. Quamobrem in luctus etiam æquè acerbos inciderunt, atque ſi ipſo in temporis articulo ciuitas illa repentino hoſtium incurſu victa, euerſáq; corruiſſet. Enimuerò cum pretioſiſsimis quibuſque rebus ſpoliata eſſet, cum ſua illa ditiſsima ærarij hoſtium direptioni expoſita vidiſſet, quantum, prò dolor, Chriſtianæ Reipublicæ vinculum diſſectum eſt, quæ ciuitatis vnitas diſſoluta concidit, quantus bonorum cumulus inuerſus eſt, qualem probitatis honeſtatiſque trilicem funiculum non calamitatum quidem, iuxta ſapiens illud [illegible], dirupit [illegible], aut circũſtantium caſuum violentia diuulſit, at ſola mors auream virorum illorum catenam diſſoluens ſigillatimq; diſsipás, ad nihilum tandem redegit. cumque adeò clementiſsimus ille vir, optimuſque Michael primus fato conceſsiſſet, ex facili illa & ſimplici animi tantum ſuperfuit, quantum Megalopolitana colonia ſuos in vſus repoſuit vnicum interim dolorum ſolatium, locupletem illum ſcilicet multiſciumque Ioannem ſibi proponens, illum inquam, qui conſilio & prudentia reliquos antecellere ciues, Reipublicæque adeò optimè conſtitutæ viuum exemplar dicebatur. Verũ poſteaquàm paucis interiectis diebus hoc quoque fratrem ſubſecuto noſtra colonia orbata eſt, atque iuſta funeri eius perſoluit. Nicetas frater meus ſupererat, quem illa prædicaret, tanquam eum, quo in vno omnes animi duorum præcedentium dotes eluceſſerent, cuius etiam cauſa non paruam animo expectationem conceperat. Quem ſimulatq; naufragio poſtremum amiſit, immodicis hodie doloribus ſatiſcens, tanquam fluctibus obruta, ad imumq; demerſa eſt. Huius audita morte, dici non poteſt quantos in luctus inciderit Aſia, quamque querulis lamentis quiritanti mœſtior Europa reſponderit, ſimulatque de communi omnium damno certior facta eſt. Quòd ſi vtrique continenti velut vniuerſale fatum tantam cladem intulit (ſiue probitatem vtraque tuam antè experta fuerat, ſiue rerũ à te præclarè geſtarum fama ad earundem aures peruenerat) vt tã ægrè mortem tuam, ô chariſsima mihi, ſanctiſsimáq; anima, tulerint, quem nos quæſo gemitibus & querelis modũ imponere debemus? qui ſi cuiuſmodicunque habitus, aut cognationis, vt iam dixi,

Conſtantinopolitanos intelligit.

Michael Beliſſariotes.

Ioan. Beliſſariotes.

ratio

ratio habeatur (generis enim origo eadē nobis eſt) innumeris afflictamur modis. nos inquam quibus à te officiorum infinitorū cumulus acceſsit, quibus tuæ virtutis ergò nulla non honoris ſpecies accreuit, qui nō exiguam ex rebus à te præclarè geſtis, laudem noſtro quaſi iure nobis vendicamus. cùm nunc tandem ſine vlla mora & confeſtim nos tui ſplendore nominis priuatos videamus (gentem aliàs multiplicem, & prolerariam, quæq; per omnes Aſiæ atq; Europæ regiones longè lateq; diffunditur, & tui nominis auſpicio nobilitatur) quos tamen hoc tempore ſeparari, aut domi quēq; ſuæ ſeorſum lugere minimè decebat, ſed in vnum potius locum coeuntes, atq; tumulū tuum circunſtātes, me miſero luctus coryphæo, lugubriſq; næniæ præcentore, triſtiſsimis concentibus, & lamentis dolorem teſtari conueniebat, illo non minorem, quo Ioſephi exercitus, cùm Iacobo iuſta perſolueret, cōmotus fuiſſe fertur. Nam ſi hoc pacto luctus noſtros inſtituiſſemus, nihil omninò fuiſſet, quod nobis hac in re defuiſſe meritò quiſquam obijcere potuiſſet. At verò cùm nunc alij ab alijs ſeiuncti ſimus, coniunx quidem digna quæ tecum vulgò decantatam cornicis vitam tranſigeret, aliquo in angulo, mediaq; humi procubantium filiorum ſcilicet & puberum & impuberum corona pullis induta veſtibus ſedens, & ſeipſam marito, & filios parēte orbatos, eiulatu miſerabili lamentatur. Ex liberis autem ætate prouectioribus alter alijs neſcio quibus errans in locis tacitus apud ſe luget, querulamq́ue monauliam proſequitur. * propinqui deniq; alij conſanguineiq́; quotquot Aſiam incolunt, lugubria huius tragœdiæ actus, ad eos qui in Græcia habitant, tranſmiſerunt. Ego porrò longè infeliciſsimus & miſerrimus frater heſterno quidem die nudiuſq́; tertius amplā aliunde luctus materiam nactus, cùm ex publicis tum priuatis meis ipſius incommodis, eo præſertim nomine, quòd opulentiſsimum iuxta & celeberrimum templum Athenienſe (illud inquam, ſanctæ Dominæ Auguſtiſsimū templum, quod Dei genitrici conſecratum eſt, taliq; præſide in perpetuum eget) mihi commiſſum, cuiuſque adeò ſpirituali altari præeſſem, vbi quàm maximè poteram ſacro miniſterio exhibendo aſsiduus inuigilabam, me præſente, proh dolor, atq; his oculis vidente à nephandis ſacrilegis expilatum & vaſtatum eſt. Ego autem qui ante tres annorum decadas ibi velut inſitus fueram, ex aula Domini auulſus, vt ſiccus quidā & prorſus inutilis truncus, vehementiore procellæ flatu, nunc in littora varijs fluctibus adobrutus, vel confragoſos aliquos ſcopulos eiectus, nunc in depreſſam conuallem æſtuantis maris exundatione protruſus fui. his ſcilicet exul in locis, ſine clero, ſine vlla dierum feſtorum celebritate, ſine ciuitate, deniq; mediaſtinus deſertæ vlulæ in morem lugubre neſcio quid apud me tacitus de publica & priuata pernicie quiritor. Nunc autē ſi luctus huiuſmodi de rebus vlterius mihi protrahendus non ſit, ſola ſaltem memoria nunquam excidet. At verò ille chariſsimi capitis obitus qui tot meis malis inſtar decimæ Ægyptiorum plagæ, nimirum primogenitorum internecionis, acceſsit, omnem ad ſe planctū, omne lamentum, nęnias, omnes deniq; lachrymas attraxit. Hæc enim ille qui ſuæ indignationi viam præparat, quaſi manifeſta quædam tormentorum gymnaſia mihi prætendiſſe videtur. Hoc autem certamen inſuper accumulaſſe, maximū quidem illud, & ſummum, nec omninò periculi expers. Ex quo fit, vt priſtinæ illæ plagæ leues, tuberculiſq; ſummam cutem delibantibus ſimiles, atque adeò facilè medicabiles euadant, hæc autem contrà certo ictu inflicta ſit, animiq; receſſus intimos penetret. vel fieri quidem poteſt vt tentationum fumus indignatione numinis aſcenderit, qui futurum incendiū prænunciaret, & crebras ex oculis lachrymas eliceret, poſt quem afflictionum ignis iam exardeſceret. Longè verò calidiores & diuturniores eſſe quas iam ſuo pœnas dies hodiernus oſtēdit, quò quidem carbones exarſerunt, qui mihi nunquam reſtingui, aut à cordis mei ſanguine depaſcēdo cohiberi poſſe vidētur. Ex quo euenit vt illæ me lachrymæ deſtituerint, ſiue quòd priſtinis meis malis exhauſta ſit aqua illa, quæ meo de capite deſtillabat, ſiue quòd maiore nunc ſim metu perculſus, atq; adeò cor meum mille anteà modis afflictatum, tandem ſicut fœnum aruit. nec in poſterum tantus aut lachrymarum riuus, aut lugubrium ſermonum fons ex illo ſcaturire poſſit, quantum perturbationis ipſius magnitudo requirit, vt quo doloris illius, quem animo concepi meo, tandem eiecto pondere, leuior & expeditior euadam. Quare iam mihi ſiccis oculis, mutiſq; ſingultibus intolerabilis hic alioqui dolorum fœtus neceſſariò tolerādus eſt. cui etiam breuiuſculo miſerabilis huius vitæ, ſi quod ſupereſſe videtur, excurſo ſpacio, cōmoriar, atque neſcio quam ſubterraneorū barathrorū, marinorumq; ſinum in partem proiectus, Iacobo. atque ita fratri, ſenior iuniori, decrepitus perfectæ ætatis crudæq; ſenectutis viro coniungar. O diuina prouidentia, quam nullus hominum induſtria cōiecturáue vlla aſſequi poteſt, quæ modis inenarrabilibus res diuinas & humanas moderaris, quæ mens quæſo fatali iudiciorū tuorum abyſſo ſe credere, in eaque natare audeat? quálibet illa philoſophiæ addictiſsima ſtudio, nodos diſſoluere, implicataq; explicare poſsit? Differor equidē dolore, qui me ita extimulat, vt tale quidem profari cogar, ex quo periculum eſt ne temeritatis mihi nota impingatur. Qui fit, vt canus ego telluris inutile pondus, qui graui ſenio premor, nihilq́; ſum, quod aiunt quàm vulnus, in quod omnia naturæ fata confluxerūt diutius captiuus hoc in terreno carcere ſuperſim? ſpectaculum certè nec ſatis rerū vniuerſitati conueniens, nec iam tale quod iubari ſolis exponendū ſit. Ille verò qui nondū pedem limini ſenectutis intulerat, longè dignior qui vita diuturniore frueretur, eo præſertim nomine, quod vxoris & filiorum non paucorum ſeruator, maioribus ſuis ſua virtute præluxerat, atque adeò multa in communem totius orbis vtilitatem

**Hic videtur alterum periodi membrū deeſſe quamuis in exemplari nulla lacuna ſit.*

contulerat, tanquam gloriæ ſplendoriſque mei corona, & qui ad hanc meam vitam concinnitatis aliquid in dies adferret. ille inquam, immatura morte, quod me ad inſaniam propè adigit, non ſine communi externorum propinorumq; iactura præreptus eſt. In illo enim non externorum tantùm bonum, quod de iuſto viro ſapientes dictitant, ſed noſtrum quoq; repoſitũ erat. Vbi gentiũ nunc quæſo degunt, & qui genuina ſanguinis cognatione freti, & qui eandem confingentes ad illũ accedebant, illoq; auſpice quæ ab imperatoribus petierant, ea celeriùs & gratis conſecuti, tandem hilares domum ſuam reuertebantur? & gratias multò vberiores beneficiorum auſpici, quàm collatoribus agebant? Illorum certè plures vel etiam nulli huc vnquam in medium proceſſerunt: Huc ehodum omnes concurrite, eodemq; mecum luctu præditi noſtræ gẽtis encomia planctibus meis intermiſcere, vt iuſti huius viri memoriæ merita laudum præconia tribuamus, nec ſolis eũ lachrimis decoremus. Neuter enim modus ab honeſto ſeu decoro alienus eſt. Siquidem iuſti viri mors lachrymas prouocat, efficitq; vt illius deſiderio laboremus. memoriam autem laudibus nõ excolere non poſſunt ij, qui ab illo quę imitantur, virtutis exempla petũt. Vbi verò nunc mihi virgo illa vultu tam liberali, cui barbarus hoſtis, cũ primùm noſtra Megalopolis capta eſt, vi raptæ iam ſtuprum illaturus erat, niſi acer hic honeſtatis & pudicitiæ amator vt vidit, vt miſertus eius eſt, qui ſine vlla mora in hoſtem irruens tametſi Phineem in illa defendenda imitari non potuerit, quamlibet eodem quo ille olim, noſter hic quoq; zelo flagraret, puellam ſaltem ſibi vendicauit, vxorem legitimam eſſe clamitans, ſeq; fida coniuge priuari, atq; ideo acerbiſsimis affictari modis quiritans. Ambarum itaq; tenacitate manuũ prehenſam pancraticè cum hoſte colluctatus, cuius animum amore ebrium furor efferarat, ad ſe retraxit, nec prius cõquieuit, quàm à violenti hoſtis manibus virginem ereptã, virginem patri reſtitueret. Prẹſtò ſit verò nunc & illa, vt lamentis, gemituq; & fœmineo vlulatu ſuę libertatis vindicem conclamet, illum, inquam, à quo ſeruata, nec ſecus à ſtupro liberata eſt, atque ſi pudicitiæ eius cõſeruandæ, integritatiq; cuſtodiendæ iam olim præfectus fuiſſet. O præclarum facinus cuiq; ex priſcis illis nullum reſpondeat. Fertur Hercules Heſionẽ quondam liberauiſſe, cùm beluæ marinæ obiecta fuiſſet, itidem & Perſeus Andromedam. At illi armati, ferroq; accincti beluas aggreſsi ſunt. Et virgines tandẽ matrimonij ſibi nexu coniunxerunt. Hic autem noſter inermis armatam beluam inuaſit, eamq; tot mendaciſculis aſperſit, tot aſtutijs circumuenit, vir alioqui verax, minimeque mendax, vt intactam puellam patri tandẽ eius reſtituerit. Cæterùm Simeon & Leui ſororem raptoribus extorſerunt, & iam violatam & conſtupratã, idq; certaminis vix ac ne vix quidem ſine crebra in ancipitem gyrum circuncurſatione, nec ſine cædibus innumeris, totiuſq; ciuitatis excidio peregerunt. Quare non ſunt illi cum

Conſtantinopolim intell.

hoc noſtro conferendi, qui puellam integrãm & illæſam ſola certans oratione ſine cæde receptam reduxit. Equidem præclarũ illum fratrem meum in Abrahami filium propter fidem adoptatum fuiſſe certò ſcio. quin & hoc audacter ac liberè dicere non verebor, patribus illis Abrahamicis noſtrum hunc multò præſtantiorẽ fuiſſe. Abrahamus enim primùm apud Pharaonẽ, deinde apud Abimalechum Sarram ſuam eſſe ſororem non coniugem profeſſus eſt, vt & Rebeccam Iſaacus. Illi nimium terrefacti coniuges ſuas dicere verebantur, ne propter illas interirent: Hic verò virginem necdum ſibi in matrimonium collocatam, ſuam tamen vxorẽ nominabat, ad ſe retrahebat, ſibi vendicabat: vitam pro illa diſcrimẽ ſubire, ſi res ita ferat, haudquaquàm detrectans. Quod ſi Suſannam Daniel à violentorum amatorũ, & iniquorum iudicum furore aſſeruit, at pro tribunali prius ſederat, libidine excæcatos iudices ſeorſum abduxerat, vtrunq; interrogauerat ſigillatim, ſuoq; ipſorũ iudicio conuictos & capitis damnatos, lapidibus cooperiri iuſſerat, atq; hoc pacto pudicam ab iniqua ſententia liberauerat. Deliciæ verò meæ, vir hic nimirum qui natura ſic comparatus erat vt nemo noſtrum votis omnibus ſimilis illi euadere non expetat, non iudicans, vt Daniel, ſed hoſtem adulterij crimine accerſens: non conſtupratæ fratrem fingens, vt Abrahamus, nõ id mentitus, quod in reprehenſionem incurrere meritò poſſet, vt Dauides: ſed virginis etiam num viro crudæ virum (quod ſapientius iuxtà ac virilius fuit) ſe dictitans, violentum illum raptorem fefellit & repulit. Hinc perſpicuum eſt ea quæ nunc receuſeo priſcis illis longè præſtantiora eſſe. quippe quæ Chriſtum redoleant, atque ita legali illa iuſtitia longè excellentiora ſint. Quemadmodum enim ſeipſum Chriſtus Eccleſiæ nomine tradidit, cùm tamen adhuc Eccleſia nuſquam eſſet, nedum Chriſto deſponſata. (Adhuc enim peccatores eramus, cùm pro nobis mortuus eſt Chriſtus, vt Apoſtolus ait.) Ipſa quoq; ignominiæ ſibi cõſcia, quam impietate priſtina ſibi contraxerat, Nigra ſum, inquit alicubi, Filiæ Ieruſalem: ita etiam frater meus pro illa quam nondum in vxorem duxerat, nec adhuc omninò ducturus erat, parũ abfuit quin vitam profunderet, dum certis ſe periculis obijcit. & qui uirũ ſimulauerat, patris reuera munere perfunctus eſt, atq; patris in quo naturalis erga liberos amor, eorundemq; ſalutis propugnatio, multò magis quàm in eo qui puellam genuerat, eluceſceret. Ille ſiquidem uictoribus ceſsit, fugaq; ſalutem quæſiuit: hic uerò puellæ, cùm ad ſtupra durumq; ſeruitium abduceretur, uindex adfuit, eamq; tandem extrema pericula prius expertus liberauit. O ſapientiſsime frater, tu proculdubio in cœlorum regia inſtitutus es, idcirco etiam lingua tua ſubitam uirginis quæ abducebatur libertatem, ueluti calamus ſcribæ ueIociter conſcripſit. Quinetiam labia tua tanquam funiculus coccineus cõtorto breuiq; ſermone, & qui tuus erat zelus, exardeſcente barbari manus conſtrinxerunt, impetumq; uiolentum

tum repreſſerunt: nec non oratio illa tua tempeſtiua, quæ non intempeſtiuè virum mentita, ſed in tempore commenta inluſto raptori iuſtam dicā impegit. O qui fieri potuit vt tu mendacium, cui nunquam aſſeueras anteà protuleris? Mendaciom enim non ſecus atq; mortem ſemper es deteſtatus. Perſpicuum eſt haud dubiè, quò quemadmodum vitam, ſi res ita ferret, pro ſalute periclitantis puellæ profundere paratus eras, ita etiam mentiri nō detrectaſti, mendaxq; fieri, vir alioqui veri amantiſsimus, & qui mendacio labia nunquam conſpurcaſti. Enimuerò id quoq; Chriſti imitations perfeciſti: qui pro nobis peccatum & maledictio factus eſt, vſque adeò omnibus omnia fieri ſtudebat. tutore carentibus tutor, viduis procurator & maritus, orphanis pater, pauperibus frater, amicis fidiſſimus amicus cognatis ius cognationis obſeruans, vt qui maximè, fratri deoiq; ſupra modū omnem & quàm fieri poterat, fratris amantiſſimus. Quare minimè profectò conueniebat vt illius morte vel coniūx vidua, vel orphani liberi tanta in intempeſtiuitate fierent (inſanire mihi quoniam rurſus libet) vel etiā frater ego illius, quæ mihi in poſterum ſola ſupererat, conſolatione priuarer, vitamq; acerbiorem experirer, eoq; nunc grauiorem, quò leniorem ille anteà vegetioremque reddebat. Quamuis enim vnà mecum non eſſet, quoties tamen ille valere atque viuere nunciabatur, me non aliter recreabat, atq; ſi mihi vitalem quampiam auram adflauiſſet. Et quemadmodum diuinus ille Dauidis ſuam ipſius animam acerbitate tanta, tantoq; cruciatu circumuallatā eſſe aiebat, vt conſolationem reſpueret, quæ cùm primùm in Dei mentionem incidiſſet, confeſtim exhilararetur: ita & ipſe ego quoties præſentium malorum grauitate premebar, ſicunde ad me nunciū aliquod aduolaret, quo fratris memoria refricaretur, illum nimirum adhuc viuere, benéque rem gerere ſignificans, mox mirabilem quandā animo conſolationem concipiebā. Quod ſi quando mihi literas chariſsimo chariſsimi fratris autographo ſubſignatus recipere cōtingeret, tunc & iucundiſsimum illum conſpectum, & dulce colloquium in memoriam reuocabam, totúmque adeò fraternum caput accipere, & deoſculari mihi videbar, tunc etiam afflictionū nubes illa, quæ animo circunfundebatur, quaſi ſerena quadam tempeſtate ſubitò exorta diſcutiebatur, & euaneſcebat: gratumq; mox lætitiæ lumē affulgebat. Nunc verò morte illius audita dolores inferni me circūuallant, opacæ anxitudinis caligo cooperit, vmbra mortis adoritur. quandoquidem meus ille clauus vndis abſorptus eſt. O qualis ego ſacræ iacturam anchoræ feci? cuius quidem adminiculo anteà Athenienſium Eccleſiæ gubernator, fluctus omnes ſuperabam. nunc autem cùm multiplici reciprocantium fluctuum curſu naufragio proximus iacter, illam mihi abſtulit & vitam contraxit. Totus enim ab illa dependens vitam, quæ vel prouerbio fertur *ἀβίωτον* ad hoc vſque temporis egi: mortiq; me iampridem vocanti parēre cunctatus ſum. Iam verò cùm anchora illa mea caſſa ſit, quid mihi cum hac vita? quíue diutius deſcentium ad Inferos omni dolorum genere redundantes comperendinare potero? Siquidem miſerrima hæc vita idcircò mihi prorogata videtur, vt diuturniores luā pœnas, omniaq; cruciamentorum genera perferam: atq; ex illo calice ſæpe bibā, quem Dominus mero vino plenum in manibus habet: ex quo etiam peccatores omnes bibere ſoleut, cùm verò ad fæcem vſque ebiberim, iam commodum hinc abeundi tempus adeſſe videtur, cùm præſertim pœnas omnes pertulerim, quæ à mortali corpore expendi poſſunt, Nec tamen hinc lubenti lætoq; animo diſcedo, quaſi vitam cum bono aliquo commutaturus. Terret enim me timor aliunde prorepens, ne ſimulatq; hinc abiero, grauioribus tormentis obijciar, qui vitam varijs criminibus obtriuerim. Graue quidem hoc eſt, illud verò grauius, ſi procul à fratre ſeiungar, maximo alio moleſtiſsimoque chaſmate, quo inter medio eorum qui apud inferos torquentur locus à felici beatorum virorum quiete longiſsimè diſiungitur. ad quam profectò tranſductum hinc fuiſſe fratrem meum facilè credo. Illum enim planè mihi conſtat omni ope atque opera eniti ſolitum, vt ad illorum archetypa exempla vitæ ſuę regulā efformaret, & excoleret. eundemq; dum in viuis adhuc eſſet, quoad eius fieri poterat, omnibus votis exoptare, vt vnà cum illis conuerſaretur & exultaret: cùm præſertim ſanctorum corporum reliquias & imagines vndique conquireret & compararet: extructiſque templis impoſitas & conſecratas ſummis honoribus proſequeretur. Etenim ſanctorum omnium qui circulari dierum totius anni albo inſcripti ſunt, nullus eſt, quē ille priuatim die commemorationi eius dicata, feſtiuo ſolenniq; ritu, & ſpiritualibus hoſtijs faciens, & hymnis omniumq; fructuum primitijs cohoneſtans, non veneraretur. Nec enim cultu illo contentus, quē cum cæteris ciuibus in publico conuentu tribuebat, Eccleſia quoq; priuatis in ædibus conſecrata annuum ei Diuo feſtum dicabat, quem vbiuis gentium coli uideret. ita ut ex eius tentorio ſine intermiſsione uox exultationis & ſalutis, iuſtiq; illius uiri Pſalterium exaudiretur. His itaq; de cauſis illum ad amicos peruenīſſe, eadem illa ſempiterna tentoria, in quibus illi quieſcunt, inuectum fuiſſe æterna cum illis beatitudine frui, deniq; iam pro nobis quoq; audacter & liberè cum alijs de cauſis, tū quia fratris amantiſsimus eſt, intercedere certo ſcio, ut ille qui non aliter atq; fuſorius ignis, herbáue balneatoria ſordidos expurgat, nos quoq; tentationibus quibus hic obijcimur, uelut igne & aqua expiet, ſicq; tandem ſuum in refrigerium transducat, & iuſtificatis per fidem concedat, ut eodem omnes in loco, atque admirandi illius tentorij loco, ſimul inhabitemus.

FINIS LVTETIAE PARISIORVM

Calend. Ianuar.

RERVM ET VERBORVM IN NICETAE CHONIATÆ ANNALIBVS PRÆCIPVE MEMORABILIVM INDEX CVIVS

a, primam paginam, b, ſecundam, 1, autem & 2, columnas denotant.

Aron Iſaacius Protoſtratoris calumniator 19 b.1. ob Magiam & perfidiam excæcatur. 19 b.2
Aaronis ſanguinarium conſilium Andronico datum. ibidem.
Aaroni lingua venenoſa execta ibid 10
accipitris auſpicium 30.b.1
accipitres cacumen à Comneno Ioanne captū 5.b c.1
acclamatio imperatoria. 32 b.2
ace ioppe 45.b.1
acrocorinthus 16 b.2
adena capta à Romanis 6.a.2
adrianopolis obſidio 68.a.2
adulationis vis 42.b.2
adulatores palatini 34.a.2
adultera deprehenſa nihil audacius 55.b.1
adultera marito infidelis 55.b.1
adulterium potius diſsimulandum, quàm non vindicandum 55.b.2
æmulatio inepta Manuelis, æmuli bilingues cauendi 16.a.2
agarenus Icarus 16.b.2
agathopolis 45.a.1
alani Siculorū crudelitatē imitantur 41.b.2
aldebrandinus Pergami tyrannus 71.b 2
alcionij dies 33.a.2
alemanna Manuelis vxor honeſtiſsima 10.a.1
alemannæ viragines 10.b.2
alemanni Græcorum oſtentationem rident 54 b.1
alemanni Manuelis fraudibus & inſidijs appetiti 11.a.2
alemanni poſt Friderici & filij obitum, Syriā relinquunt 47.b.2
alemanni Romanos fugant 46 b.2
alemannorū expeditio in Paleſtinam 10.b 2
alemannorum pugna cum Turcis ad Meandrum fluuium 31.b.2
alemannis 16 auri talenta penſitanda 54.b.1
alemannicæ dominæ ædes 63.b.2
alemannicum tributum 54.b.1
alemannicus heros 30. Turcis reſiſtit 47.b.1
alexander comes à Siculis ad Romanos deficit 14.a.1
alexandri Magni roſtrum aquilinū 41.b.2
alexandri Magni vox 54.b.2
alexius Angeli cognomento repudiato Sardanapalum agit 52.b.1
alexij Angeli profuſiones & negligentia 52.b 2
alexius Auxuchus Protoſtrator Manuelis ſimul paci & bello intentus 14 b.1
alexius Comnenus Siculi belli autor, excæcatur 42 a.1
alexij Cōmneni coactus monachatus, & fortunæ varietas 48.b.2
alexij Comneni nothi Manuelis excæcatio 36.a.2
alexij Contoſtephani Aſtrologi ſeditio facilè compreſſa 52.a.2
alexius Hungarus à Manuele ſocero imperio deſtinatus 16.a.c.2.18.b 2
alexius Ioannis Comneni F. 5.b.2
alexius Iſaacij F. ad Latinos confugit 61.a.2 cum Veneta claſſe ſe coniungit 63.b.1
alexij Iſaaci F. interitus 63.b.2
alexius Manuelis F. imperator deſignatur 21.b.2
alexius Manuelis gener Pannoniæ regnum occupat 22.a.0
alexius Porphyrogenitus Manuelis filius 21.b.2
alexij Porphyrogeniti pueritia Reipublicæ pernicioſa 27 b.1
alexius Protoſebaſtus armis ſeditionem opprimit 28.b.1. Xenem adamat 17 b.1
alexij Protoſebaſti mollicies 29.b.2
alexius Protoſtrator cucullum induere cogitur 19 a.2
alexius Protoſtratoris captiui opes diripit 58.b 1
alexij Protoſtratoris vxor ex mœrore amiſsi mariti obit 19.a.2
alexius puer titulo tenus Imperator 31.b.2
alexij Sebaſtocratoris potentia 28.b.2
alexius de Iſaacio fratre ſecurus 61.a.c.1
alexius & imperio & vita ſpoliatur ab Andronico 32 b.2
alexius fruſtra tentatis armis Debeltum profugit 64.a.1
alexius hominū expectationem de ſe fruſtratus 35.a.1
alexius imperij inſignia Halmyro commutat 68 a.1
alexius imperator in Alemanniam mittitur 69 b.2
alexius imperatorū ſepulchra ſpoliat 54.b.2
alexias relictum imperium fruſtra repetit 63.a.1
alexius tandem ſeditioſos cohercet 61.a.1
alexius Venetam expeditionem contemnit 63 b 1
alexij cognati omnia vendunt 55 a.2
alexij contra Chryſum expeditiō 57 b.1
alexij coronatio ſubornata ab Andronico 31.b 2
alexij elogia 64 a.2
alexij & Irenes nothorum inceſtæ nuptiæ 31.a.1
alexij & Iſacij diſsidium, flagitia & vecordia 63.a.1
alexij expeditio contra Ibanium 58.a.2
alexij futiles apparatus & cauteria 56.b.2
alexij ingreſſus in vrbem. 52.a.2
alexij irrita contra Blachos expeditio 55.b.2
alexij tutoris filia Axuchi filio nubit 15.a.2
alexij oſtentatio ab Alemānis ridetur 34.b.1
alexij periculum à ruina 60.b.1. item naufragij 60.a.2
alexij periurium 59.a.1. piratica, & perfidia in Rucratinum 60.a.2
alexij temeritas in Iconienſi Sultano concitando 56.b.1
alienigenas præferri ſibi ægrè ferunt indigenæ 25 b.1
almuzes Hunnus à Comneno Ioanne ſuſceptus 5.b.2
alpheus Arethuſæ amator 67 b.2
alphæi allocutio & diuinatio de mutanda Latinorum fortuna ibid.
alphicaran profligatus à Ioanne Comneno 5.a.2
armatorum occupationes 27.b.1
ambitioni poſthabita prouinciarum ſalus 52.a.1
ammerigus Friderici F. Siciliæ rex 54.a.2
ammergius Hieroſolymorum rex Manueli parum fidus 21.a.1
ammerigus Ibamiatum obſidione liberat 21.b.2
ammerigi ambitio, & in Siculos crudelitas 54.b.2
ammerigi legatio ad Græcos 54.a.2
ammerigi morti inſultat Græculus 54.b.2
aminſus 59.a.2
anabarzæ expugnatio 6.b.2
ancona Manueli conciliata 25.a.2
anconæ obſidio ibid.
anconitanam vel conſtantiam laudari vel auaritiam reprehendi poſſe ibidem.
andronicus ad mala plura cùm inferenda tum perferenda diuinitus reſeruatus 19.a 2
andronicus ad Nicæam obſidendam proficiſcitur 33.a.1
andronicus Alexio præfertur 32.b.1
andronicus Alexium imperatorem ſuo arbitratu gubernat 31.a.1
andronicus 31.b.2
andronicus bis vinculis elapſus tandem Manueli reconciliatur 18.a.1.2
andronicus è carcere ope vxoris euadit 15.b.1
andronicus carcere elapſus denuò capitur ibidem 2
andronicus cognatorum inſidias euadit 15.a.2
andronicus Comnenus captus ab Iconienſibus 9.b.1
andronicus Comnenus ob cōſpirationem cum Hungaris initam à Manuele incarceratus 15.a.1
andronicus Contoſtephanus claſsi præfectus 21.a.2

andron:-

andronicus crudelitatem ſuã in iudices transfert 39.b.1
andronicus deriſor 17.a.2
andronicus doctorum amans, ſed diſputationibus de religione infenſus 38.a.1
andronicus exilijs ſuis gloriatur 39.a.2
andronicus fruſtra ſeditionem comprimere ſtudet 40.a.2
andronicus Hieroſolymum profugus, Theodoram cognatam ſtuprat 19 a.1
andronicus imperator deſignatur 32 a.2
andronicus Ioannis Comneni filius 5.b.2
andronicus legum autoritatem ſuæ crudelitati prætexit 35.a.1
andronicus Manuelis genero aduerſatur 18.b.2
andronicus Manueli ſupplex 27.b.2
andronicus miſerabiliter exagitatus, atrociſſimis cruciatibus occiditur 40.b.2
andronicus ob animi corporisq́; dotes, & libertatem Manueli ſuſpectus 15.a.2
andronicus oraculum eludit 39.b.2
andronicus præſcius primæ literæ ſucceſſoris 48.b.2
andronicus regni affectandi occaſiones quærit 28.a.1
andronicus Siculis parum feliciter reſiſtit 37.a.1
andronicus tyrannidem affectat 29 b.1
andronicus veneficus 31 a.2
andronicus Xenæ infeſtus 31.b 2
andronici ad Manuelis ſepulchrum præſtigia 31 a.1
andronici aduerſarij 29.b2
andronici apparatus ad vrbis defenſionem 37.b.1
andronici aquæductus, ſubſtructiones, æquitas 18.b 1
andronici captiuitas 40.b.2
andronici conſtitutio in naufragorum ſpoliatores 38.a.1
andronici Contoſtephani Hungarica victoria, & aſtrologiæ contemptus 20.a b
andronici crudelitas 37.b.2
andronici crudele conſilium de tollendis omnibus ſeditioſorum cognatis 38.b.2
andronici cum Toruſe Armenio pugnæ 18.b2
andronici degener animus & crudelitas in dedititios 34.a.1
andronici doloſæ literæ 33.a.2
andronici & Theodoſij patriarchæ congreſſus 30.b 1
andronici & Xenæ congreſſus 33.b.2
andronici Comneni excæcatio 48.b.1
item Comneni filij excæcatio 49.a.1
andronici filij Ioannes & Manuel excæcantur 41.b.1
andronici graſſationes contra nobilitatem 31.a.1
andronici grauis oratio de negligentia Imperatorum 38 a.1
andronici inceſtæ & immaturæ nuptiæ 32.b.2
inceſtus cum Eudocia patruelis filia 13.a.1
andronici in Pruſaenſes crudelitas 34.a.2
andronici in ſpectaculis periculum 34.a.2
andronici iuſiurandum & eruditio 23.a.1
andronici F. Ioannis liberi quinq́; 15.a.2
andronici liberi Alexius, Irene, Ioannes 19.a.2
andronici negligentia & luxus 37.a.1 patientia, elogia, vaticinium, ſepultura 41.a 1
andronici periurium 32.b 2
andronici phyſiognomia 30 b.1
andronici præclaræ virtutes: benignitas erga pauperes 38 a.1
andronici ſatellites, canis, cornua ceruina 37.b.2
andronici Saturnina ſtatua 38.1
andronici ſexcuntium Iſaacio adiunctũ 49 b.1
andronici ſuperbum reſponſum 30.a.1
andronici voluntarium exilium 27 b.2
andronico ab Engaſtrimytho prædicitur exitium 39.b.1
in Andronicum coniuratio excæcatione vindicata 32.a.1
anemæ caſtellum 40.b.1
angelus Andronicus cum Perſis malè pugnat 22 b.2
angelus Cõſtantinus à Siculis capitur 14.b.1
angelus Conſtantinus, Blachis repreſſis, ob affectatum imperium excæcatur 49.b.2
angelus Conſtantinus Zeugminum inſtaurat 18.b.3
angelus Iſaacius Andronici carnifex 28.a.1
angelus Michael Turcos perſequitur 17.b.1
angelus Theodorus excæcatus à Turcis conſeruatur 14.a.2
angeli Andronici ad Andronicum defectio 29.b.3
angeli Andronici fuga cum 4. filijs 32.a.3
contra Anglos ſeditio 61.b.3
anglorum expeditio in terrã ſanctam 47.b.2
anguſtiæ infirmioribus opportunæ 49.a.1
animus inquietus in corpore infirmo 17.a.2
anna Andronici & Alexij vxor 40.b.3
anna Cæſariſſa 4.b.1 Axuchi interceſſione in integrum reſtituitur 3.a.2
annæ Cæſariſſæ eruditio & indignatio contra maritum 5.a.1
anna Franca Alexij ſponſa nubit Andronico 31 b.2
anni 6799. vel 94. ab exordio mundi vſq; ad Andronici Comneni obitum 39 b.2
antiocheni Ludi Circenſes in gratiam Manuelis 15.b 2
antiochia Phrygiæ 24.a 2 mirab. liter conſeruata 36.b.1
antiochiæ ſuburbana à Ioanne Comneno vaſtata 8 a.2
ager imago plebis 61.a.2
apri excidium 70.b.2
carniſprinium 38.a.1
aprus vrbs Thraciæ 70.a.1
aphamianum palatium 55 b.1
aqua marina, remus, arena petita à Sul. 24.a.3
aqua Proſacum deſtituitur 57.b 3
aquæ ductus Andronici 38 b 1
aquæ infectæ à Perſis 21.b 2
arcadiopolis excidium 70.b 2
archilochi dictum de aurea vulua 28.a.2
archizupanus 14 a.2
arethuſa Alphei amica 67.b.2
arroneſium inſula 13 b.2
armeniæ capta à Comneno Ioanne 6.a.b
armeniorum & Alemannorum in religione conſenſio 46 a.2
armis dextris & ſiniſtris pugnandũ 44.a.1
armis perpetuus facilè hoſti reſiſtitur 79
arſacidæ 7 b 2
arſanes Ameras 48.a.2
aruſpicina abolita 39 b.1
aſan Blachus defectionis Myſorum autor 41 b 2
aſanis cædes 212.18
aſanis deſams, & Alexio imperatore diſputatio 53.a.1
aſcania palus 72 b.1
aſpietes Michael cæditur 24 b.1
aſpietes à Blachu captus 53.a.1
aſpietæ Conſtantini excæcatio 49.a.2
aſpietis ſuſpendium 70.b.1
aſterus inſula 18.13.b.1
aſtrologus deriſa 60 a.2. rationi temporum poſthabita 20.a.2
aſtrologi Alexium fore diutem vnigenitum, imperatorem pronunciant 21.b 2
aſtrologi tempeſtatẽ non aeris, ſed vrbis prædicunt 27.a.2
aſtrologorum inſectatio 14.b.1 irriſio 9.b.1
aſtrologorum ſcrupula 44.b.1
athenæ Scuro reſiſtunt 67 b.1
athyranæ calamitas 71.a.2
atapseus Phrygia vaſtata occiditur 24 a 2
attalia obſeſſa à Sultano 31.b.1 fruſtra à Caichoſroe oppugnata 72.a.1
audacia victoria mater 20.a 2
aues gregatim volantes 44 a.2
augurium coruorum & cornicum 78.b.3
auguſteo locus 28 b.2
aulica fides 30 a.1
aulici partim amatores, partim peculatores partim ambitioſi, partim cõtentioſi, rem publicam negligunt 27.b.1
aulon 14 a 1
aulonia 61.a 2
aulonia Bace 14.a.1
aurum pugnaturo inauſpicatum 24.a.2
axius fluuius 57.b.2
axuchus Contoſtephano ſine titulo magni ducis ſuccedit 13.a.1
axuchus Ioannes Perſa gratus Ioanni imperatori 1.a.2
axuchus Manueli adiutor adipiſcendi & firmandi imperij 9 a.2
axuchij inſignis bonitas erga Cæſariſſam 5.a.1
azyma Armeniorũ & Alemannorũ 46.a.2

B

Baca expugnata à Romanis 6.a.2
bachus Archizupani ductum cum Manuele 14.a.2
bactunium locus 58.b.1
balduinus à Myſis capitur 66.a.2

balduinus

balduinus Blachos ſuperbè contemnit 66.a.1
balduinus Comes captus à Branna 41.b.2
balduinus Flandriæ Comes vir pius Danduli opera creatur 67.a.2
balduinus Hieroſolymorum rex 19.a.1
balduinus Iſaacium blanditijs placat 41.b.2
balduinus Romanos omnes aſpernatur 67.b.1
balduinus Xenæ & Philippi frater 22.a.1
balduini Conti ſuperbæ ad Iſaacium literæ 42.b.2
balduini Manuelis affinis interitus 25.a.1
balduini miſerabilis interitus 72.a.2
balſamon Ioſephus 10.b.1
barba barbæ furcata 40.a.2
barbari auari 17.a.2. 47.b.1
barbari miniſtri apud Manuelem gratioſi 25.b.1
barbarorum victorias Græcis celebrare moleſtum 65.b.1
bare Antonius 14.a.1
barna 49.b.1
baſilacius fatuus vates Iſaacio excæcationem denunciat 51.a.2
baſilius Bulgaroctonus 41.a.2
baſternæ locus 41.b.1
baſtralites 55.b.1
batazes Baſilius 45.b.2
batazes Conſtantinum Angelum caſtigat 49.b.2
batazes Euphroſynæ adulter occiditur 55.b.1
batazes Ioannes cõtra Perſas mittitur 24.a.2
batazes Andronici ſedes 23.a.1
batazæ filij excæcantur 133.a.6
batazæ ſeditio 31.b.2. & obitus ibid.
baubos 56.b.2
batrachoeaſtrum 58.b.1
belas Hungariæ rex 35.a.3
belas Hungarus Iſaacij affinis 41.b.2
Manuelis gener 17.b.1
bello pax paratur 13.a.1
bempezam 7.a.1
bera 7.a.1
beroe Thraciæ vrbs 5.b.1. 45.b.1
berrhœa, nunc Chalepum 7.a.1
beſtiolæ vitreis vaſis incluſæ 65.b.1
b zyamu olata à Scythis 71.a.2
blachi à ſuccuſſis & dæmoniacis concitati 43.a.1
blachi ab Henrico profligati 71.b.2
blachi pacis conditiones aſpernantur 53.a.1
blachi Conſtantini interitu læti Romanos derident 50.a.1
blachi Romanis contra Latinos opitulantur 68.a.1
blachi Romanos cædunt in anguſtijs 49.a.1.2
blachi, ſeu Myſi, Hæmi montis accolæ 41.b.2
blachia magna Theſſaliæ montana 71.b.c
blachica expeditio 45.a.2
blachicum bellum ducibus malè commiſſum 45.a.2
blachorum defectio 41.b.2
blachorum & Scytharũ graſſationes 49.b.1
bladiſlaus Hungarus 27.b.2
boniſacius Marchio Balduino reconciliatus Græciam occupat 67.b.2
boniſacius Marchio Montiſferrati fraude Danduli circumuentus 67.b.2
boniſacius Marchio Græcia potitur 66.b.1.2
boniſacius Theſſalonicenſium defectionem vlciſcitur 69.b.2
boniſacij Marchionis à Balduino defectio 67.b.1
in Græcia graſſationes 68.a.2
boniſacij milites denuò à Scythis vincuntur, & vrbes amittunt 69.b.2
branas à Corrado occiditur 44.b.2
branas profligat Siculos 41.b.1
branas Alexius regnum affectat, & Byzantium obſidet 41.a.2
branas Gabræ falſas laudes euertit 18.a.2
branas Ioannes capitur 57.a.2
branæ capiti & vxori illuſum 44.b.2
branizoba ab Hunnis exciſa 5.b.2
branizoba vaſtata ab Hunnis ibid.
bryennius Alexius à Siculis capitur 14.b.1
bryennius Nicephorus Annæ Comneniæ Cæſariſſæ maritus Irenæ ſocrui charus 4.b.1
bryennij ceſſatio in occupando imperio 5.a.1
bryennij motus contra Ioannem Comnenum Imperatorem 5.a.1
bucanum 64.b.2
bulgaria & Bla. dominatus olim coniunctus 43.a.1
byzantium à Latinis diripitur 64.b.1.2
byzantij obſidio 43.b.1. 63.b.2. incendium 63.b.1 expugnatio 64.a.2
byzantina plebs ſimplex 31.b.1
byzantinæ cladis deſcriptio 61.a.1
byzantinum incendium 64.a.1
byzantini excidij deploratio 63.a.2
byzantium populi temeritas 28.b.1
byzantini ebrioſi 25.b.2
byzantini ignaui & deliciæ, & exultatio de An. 30.a.2

C

Cæcitate improbitatem naturæ non impediri 19.b.2
cænum inuerſus 33.b.2. Cæſaris 59.a.2
caichoſroes à liberis ſuis pulſus 47.b.2
caichoſroes Iconij Sultan. Morotheodorum iuuat 46.a.1
caichoſroes Iconio recuperato Maurozomi filiam ducit 70.b.1
caichoſ. ob Mangapham prodeſtum fratribus inuiſus 46.a.1
caichoſrois Iconienſis Sultani familia 59.a.2 exitium ibid.
caichoſroæ in captiuos humanitas 36.b.1
calamanus & Philippæ coniugio excidit, & ab Armenijs capitur 19.a.1
calamanus malè cum Scythis pugnat 14.a.2
calceus ruber imperij inſigne 4.b.2
calcei virides 57.b.1 Caliburesſcurra 50.b.1
caliza 59.b.1 Calliopolis 47.a.2
calomodius diues negociator caſſes tyranni euadit 58.b.1
calonymos inſula 42.a.2
calumniæ vis 15.b.1. Calumniatores aulici 28.a.1
camaterus Baſilius patriarcha 51.b.1 ab Andronico excæcatus. 30.a.1 patriarchatu pellitur 54.b.2
camaterus Gregorius 5.a.1
camaterus Logotheta Styppiotæ ex inuidia inſidiatur 16.a.1
camateri Logothetæ ingenium, mores, bibacitas, voracitas, pœnitentia 16.a.b
campani & Latini in Græcia graſſantur 71.b.1.2
camyſes ad Chryſum deficit ab Ibanco capitur 56.a.2
canabus Nicolaus imperator 63.b.1
canales occulti 7.a.2
cancer pinnam excitat 44.a.1
canes Romanorum cadaueribus parcunt Siculis infeſti 41.b.2
canes ſupplicibus parcunt 55.b.2
canicles honor 10.b.1
cantacuzenus Ioannes malè cum blachis pugnat 43.a.2
cantacuzenus Ioannes mutilatus in prælio Seruico 14.a.2
cantacuzeni Ioannis temeritas bello Blachico 61.a.1
cantacuzeni Ioannis excæcatio 31.a.2. cædes 35.b.1
cantacuzenus Manuel 24.b.1
cantacuzeni Theodori interitus Nicææ dedendæ occaſio 54.a.2
capellanus ſiue Caſtellanus Theodorus 13.b.2
caphardæ expugnatio 7.a.1
caphures Genuenſis pirata à Ioanne Styrione oppreſſus 51.a.2
capitis obieſtatio 18.b.2
capito puer 27.b.2
cappadocia frigida 7.b.2
captiuos aut ſtatim occidendi, aut clementer tractandi 42.a.2
cariæ & Tantali direptio 56.b.1
caſtamon recuperata à Romanis 6.a.1
caſtamonis expugnatio ibid.
caſtamonitæ Theodori potentia & interitus 50.a.1
caſtra noua in Aſia condita à Manuele 20.a.2
cataſcepe manaſterium 13.b.2
catides explorator garrulitatis ſuæ dat pœnas 24.b.1
catturi 20.b.2 Celenæ 22.b.2
celbianus tractus 42.b.1
centauro ſimilis Andronicus 41.a.2
centenarium 40.b.1
ceti propompus 50.a.1
cephalas Lapardam capit 35.a.2
chalepum, Berrhœa olim 7.a.1
chalce 30.b.1
chaluphes Nicephorus 12.a.2
chamaretus Leo 71.a.2
characenis Turcis 24.b.1 Charſia porta 41.b.1
chaſius inſidiator 60.a.2
chaſiorum

chsſiorum obſeruantia ſuorum magiſtratu- um 45.b.1
chele oppidum 56 b.1. 40.b.2
chimæra Siculis exercitus 57.a.2
chœrobacchorum planicies 11.a.1
chonæ 22.b.1 Chonæ, olim Coloſſæ 22.b 2
choniates infelix hiſtoricus 71.b.1
cho. Iſaac. ſcriba 45.b.1 Cho. Lati. cla. exci. 66.a.2
chonia. Michael Ath. archie. Scurum placat. 68.a.2
cho. peccata vrbis confitetur, & implorat opem 65.b.1
choniates Philippopolis præſes 64.a.1
choniates puellam nobilem aſſerit 66.b.1
choniates ſuorum temporum ſcribit hiſtoriam 4.a.1
cho. cognati fortitudo 24.b.2 Cho. diſceſſus 66.a.1
cho. indignatio 66.b.2. Cho. mag. abrogat. 64.a.1
chramus Hungariæ locus 17.b.1
chramus Hunnorum rex 6.a.1
Chriſti ad Abgarum literæ 40.b.1
chryſopolus Andronico elabēdi adiutor 18.a.1
chryſopus 10 b.2 chryſoſtomus de Eucha. 58.b.2
chryſus 57.b 1 Chryſus Blactus 55.b.2
chryſus ex hoſte fit affinis Alexij 58.a.2
chumnus chartularius. 17.a.2 Ciaba 59.b.1
cilicum ambigui animi 52 b.2
cinamus Ioannes 38 b.2
cionium 29.b.2
ciſtæ inanes relictæ pecunia aliò translata 14.b.2
claßim Perſica expeditione repudiata 24.a.2
claudiopolis à Manuele contra Perſas defenſa 24.b.2
clauium abuſus 33.a.1
clementia in principe commendabilis 9.a.2
clizaſthlanes à Manuele benignè ſuſcipitur 16.b 2
clizaſthlanes arthriticus Dandunem & Iagupaſanem profligat 17.a.2
clizaſthlanes Laodiceam vaſtat 17 b.1
clizaſthlanes verba dat Manueli ibid.
clizaſthlanis graſſationes 42.b.2
clizaſthlanis infidum & mutabile ingenium 17.a.2.
clizaſthlanis prudentia 22.a.2
clypeus pro naui 24 b.1
cocla 21.a.1
cognatio vtrū ſit inter natos ex inceſtu 31 a.2
coloeia Taxara 59 b.1
comani à Roßis repreßi 59.b.1
combuſtio Barbaricum ſupplicium 39.a.2
cometa mirabilis 30.b.1
comneno Turcorum Chriſtianiſmus amittitur 8.a.1
comnenus Alexius ad Gilielmum Siciliæ regem confugit 35.a.1
comneni Alexius Dauid fratres 10.a.1
comnenus Alexius imperium malè quæſiuit 4.b.1
comnenus Alexius Irenen ob filiæ ſtudium obiurgat ibid.
comneni Alexij ingenium, & obitus ib.
comneni Alexij liberi 4.b.1
comneni Alexij funus 4 b.2
comnenus Dauid Latmorum auxilijs Laſcari reſiſtit 72.a.1
comnenus Ioānes Antiochiā ingreditur 6.b.2
comnenus Ioannes in carcere cōceptus 15.b.2
comnenus Ioannes militum indignationē contemnit, & expeditio eius ad Sangarium 7.b.1
comnenus Ioannes Occidentalibus gentibus ſibi conciliatis, Orientalibus bellum infert 6.a.1
comnenus Ioannes ſuis telis ab apro vulneratus 8.a.2
comnenus Ioannes vrbes ad Euphratem ſitas domat 7.a 1
comnenus Ioannes vt firmarit imperium 4.b 1
comneni Ioannis auſpicia imperij 4.b.2 clementia in ſeditioſos 4 b.2
comneni Ioannis difficultates ad Neocæſaream 7.b.2
comneni Ioannis expeditio Perſica 5.a.1 contra Lebunem Armenium 6.a.2
comneni Ioannis imperium 4.a.2
comneni Ioannis inſtitutum, & morituri oratio 8.b.1
comneni Ioannis quatuor liberi 5 b.2
comneni Ioannis liberum obitus, & Antiochena expeditio 8.a.1
comneni Ioannis obitus & præclara elogia 9.a.2
comneni Ioannis ſomniū de Alexio filio 5.b.2
comneni Ioannis triumphus 6.a.1
comneni Ioannis vigilantia. & in defendendo imperio alacritas 5.a.2
comnenus Iſaacius Alexij gener 52.a.2
comnenus Iſaacius Andronico ſuſpectus 39.b.2
comnenus Michael 71.b.2
comneni cauſa interitus vrbis 60.a.2
comneniorum Dauidis & Alexij ditiones 71 b.2
condemnatio vniuerſarum familiarū 39.a.2
coniugij diremptio 22.a.1
conradus Marchio Montis ferrati 25.a.2 in Palæſtina occiditur. 45.a.2
conradi imperatoris exhortatio militū 11.a.1
conradi imperatoris cognatus Adrianopoli crematus 11 b 1
conradi imperatoris illuſtris de Tur. victoria 11.b.1
conradi libera vox 44.a.1
conradi traiectus in Aſiam 11.a.2
conſcientia iniuriarū debilitat animos 42.a.1
conſcientia ſcelerum perpetua fax 64.a.2
conſilia ſeniorum ſaniora contemnit Manuel. 21.b.2
conſtantia Rhodopæa expugnata à Myſis 60.b.2
conſtantini Armenij & Euſtratij Macedonis duellum & fuga 6.a b.1
conſtant. Gabras Trapezuntis tyrannus 7.b.2
conſtantineum forum 10.a,1 62.b.2
conſtantini Magni claui 30.b.2
contoſtephanus ab Andronico cæcatus 32.a.1
contoſtephanus Amerigi fraude Tamiathiopugnatione fruſtratur 21.a.2
contoſtephanus Andronicus Alexij gener 52 a.2
contoſtephanus fama auxiliorum territus, Hungariam relinquit 20.b 2
contoſtephani ad Andronicum defectio 51.a.2
contoſtephani contra Coſmam Atticum indignatio 13 a.1
contoſtephano prædictum à Michaele Oxite interitus ibidem.
coppatinus 59 a.2
coppatinus Caichoſroen regno pellit 47.b.1
corcyra Manueli deditur 13.b.2
corcyræ promontorium 12.b.2
corcyreorum defectio ad Rogerium Siculum 12.a.1
coria contra ignem 69 b.2
corijs tectæ naues 62 a.2
corinthus capta à Siculis 12.b 2
cornua ceruina ſtupra vxorem deſignantia 37.b.2
corona ænea ferreis clauis affixa capiti ſeditioſi 54.b.2
corona capiti decuſſa malum omen 52 a.2
corradus Marchio Branam occidit 44.b.2
corus nomen montium, & inſtrumenti muſici 8.b.2
corui victores cornicum 71.b.1
coruorum nidi Ciliciæ montes 8.a.2
corypho Corcyræorum arx 1.b.2
coſmas Atticus patriarcha Conteſtephano interitum, & Manueli orbitatem vaticinatur 13.b.2
coſmidium 61.b.2
cottiaium à Sultano expugnatum 31.b.2
cottianum 59.a.2
cozas Scytharum dux 69.a.2
crabatia 20.b.2
creta à Genuenſibus occupata 72 a.2
crocodyli lachrymæ 14.b.2
crux ex hebeno gemma 7.a.2
culex fabuloſus 56.a.2
cuperium Thraciæ 57.a.2
cupidines pomis inuicem iacientes 38.b.2
currus pro arce 5.b.2
cypria expeditio Iſaacij 42.b.2
cyprus Hieroſolymitano regi donata 48.a.1
cypſella 35.a.b.2
cyrillus de Euchariſtia 58.b.2

D

Dadibra vrbs à Perſis occupata 54.a.2
dadibreni Theodori pœna 38.b.2
dadunes Cæſariæ & Sebaſtiæ Sultanus 56.b.2
dæmonum ſpectrum 75.b.2
ad Damalim palatium 19.b.2
damocrania. 61.a.2
dandalus cæcus, ſed callidißimus ibid.
dandalus Venetorum ſecuritati cōſulit 67.a.2

danduli fuga & ſtratagema 69.b.1
dandulo Marinus ſuccedit 69.b.2
donij excidium 70.b.2
dsonitæ 69.b.1
daphnutianus pons 44.b.2
dauid Comnenus imperium affectat 70.b.1
dauidis Comneni ignauia 35.a.2
debeltum 62.a.1
dentes piatione ſuppleti 26.b.1
deploratio Romani imperij 57.a.1
deſes Seruiæ ſatrapes cohercetur 18.b.2
deſidia tributarios facit 42.b.2
dei genitrix Byzantinorum imperatorum 5.b.2
deigenitricis imago collecta belli gerendi 64.a.1
deigenitricis triumphus 5.a.1
deus caſtigat & medetur 41.b.2
deus tandem è cœlo proſpectat 36.a.1
deus vitæ, non mortis autor 19.b.1
dei amor contemptum rerum humanarum affert 19.b.1
dei & naturæ non ſemper idem iudicium 8.b.2
dei incarnati oblatio 26.a.2
deuterum 26.a.1
didymotichum Euri exundatione defenſum 70.a.2
didymotichum fruſtra à Blachis oppugnatum 71.a.2
dignitates indignis temerè collatæ 52.a.1
diogenis Romani clades 7.a.2.24.a.2
dionyſius Hungarorum dux 20.a.2
dionyſij Hungari ferocia & contemptus hoſt. 20.b.2
dijpium Ioannis theologi ædes 28.b.2
dirce fons Thebanus 38.
diſipati Georgij periculum 16.b.2
diuites multantur 63.a.2
diuortis coniugum ludus imperatorum 35.16.1
docia 59.a.2
doloicus: Lodoicus 61.a.1
domus roſtra 61.b.2
dorylei inſtauratio belli cauſa inter Manuelem & Sultanum conienſem 22.b.1
doſitheus & Hieroſo. & Byzant. ſede excidit 46.b.2
doſitheus patriarchatu Hieroſolymitano potitus 46.b.1
doſithei monachi falſa diuinatio ibid.
draco volans 35.a.1
dyrrachium captum à Siculis ibid.
ducas Andronicus ab Andronico adoptatus 36.b.2
ducas Conſtantinus 24.a.2
ducas Ioannes à Siculis capitur 14.b.1 fruſtra ambit imperium 40.a.2
ducæ Andronici ſupplicium & ſæuitia 54.b.1.2
ducis in virtute poſita eſt militum fortitudo 55.b.2

E

Ede Jenus Comes 7.a.1
edicti cruenti exagitatio 59.a.2
elutherium 62.b.2
elpumes Scytha 44.a.2
empedoclea lis 51.a.2
engaſtrimythus Andronico prædicit exitium 59.b.1
engaſtrimythi vano mutationis metu Manuel. 6.a.2
exempli vulgus trahitur 44.a.2
exordium crudelis edicti 59.a.2
epidamnus tandem deſerta à Siculis 42.a.1
capitur ab iiſdem 35.a.1.2
epicydis oraculum 24.a.2
epiſcoporum ob dogmata de incarnato Deo abr. 26.a.2
equus fatalis 72.a.2
equus ſeſſorem auerſatus malum omen 52.a.2
equi augurium 9.b.2.40.a.2
equo deſcendentem adorare honoratiores 5.a.2
equorum Turcicorum ornamenta 21.b.1
eretrienſium ſeruitus apud Perſas 14.b.2
ericus Flander Aſianas vrbes occupat 67.b.2
eruditio principibus vtilis 4.b.1
eruditionis ratio habita in creando Imperatore 5.a.1
in Euangelia iurant proceres 9.a.2
eubœa à Marchione ſubacta 69.a.1
eudocia Alexij filia à Triballo Stephano repu. 60.b.1
eudocia Andronici amica Gabræ Michaeli nupta 16.a.2
eudociæ inceſtus cum Andronico patruele 15.a.2
eumathius Philocales legatus ad Ammerigum 54.b.1
eurus fluuius 70.a.2
euſtathij Theſſalonicenſis epiſcopi benignitas erga ciues, & eruditio 16.a.2 libertas 26.b.2
euſtatij Macedonis duellum 6.a.2
eutychius de Euchariſtia 36.b.2
euthymius nouarum Patrarum epiſcopus 58.b.2
euphroſyna à fratre & genero adulterij accuſata 55.a.2
euphroſina arte tractat virum 16.a.1
euphroſyna Contoſtephano oppreſſo Magiæ dedita 5.a.1
euphroſynæ duciſſa Alexij vxor 51.a.1 populum demulcet ibid.
euphroſynæ imperatrix virago, ſed ſuperba, luxurioſa & impudica 51.b.1
euphroſyna in monaſteriū abſtruditur 55.b.2
reuocatur delatorum opera 55.b.2
euphroſyna Meſopotamianum Conſtantinum eucbit 15.a.2
euphroſyne venatrix 19.a.2
euphroſynæ deliberationes de ſucceſſore imperij. 57.a.2 de Euchariſtiæ eſſentia diſſentio 58.b.2

F

Facinorum atrocitas miſericordiam excludit 70.b.2
fallacia pollicitationum aliud ſimulando, aliud agere 46.b.2
fama loquax 27.b.2 59.b.2
famæ non ſemper tutò creditur 44.b.2
famæ quatenus habenda fides 53.a.1.2
famæ Sagacitas 53.a.1
faſtidium inedia & exercitatione propulſandum 40.b.2
fatalia vrbis ſimulacra confracta à Latinis 72.a.2
fatalis ignauia & alacritas 50.a.2
fatum ineluctabile 51.b.2
fati miniſtra eſt ſapientia humana 59.b.2
ferrum teſſera 7.b.2
feſtinatio inconſulta pernicioſa 16.a.1
filius matris iniuſtæ neci ſubſcribere cogitur 32.a.2
flagella Deus non amat, etſi vſurpat 65.b.2
forma nuptias regias conciliat 15.a.2
formæ ratio habita in creando imperatore 4.b.1
fortuna præclaros aliquando conatus deſtituit 33.a.2
foſſæ loco mœnium 25.a.1
franci Conradum in Orientem ſecuti 12.a.2
franci verentur ne cœlum ruat 66.a.2
francorum expeditio in terram ſanctam 47.b.2
francopulus Alexij pirata 60.a.1
francochorium inter Sauum & Iſtrum 6.a.1
fortaſſe
Pannonia Interamnenſis 14.a.2
fraterni ſceleris commiſeratio 51.b.2
fridericus Alemaniæ rex 25.a.2
fridericus à Protoſtratore fruſtra inſidijs ap. 46.b.2
Fridericus Græcorum inſolentiam deridet
fridericus Conradi ſiue filius, ſiue ex fratre 12.a.1
Friderici Barbaroſſæ expeditio in Palæſtinam 46.a.1
friderici filius breui patrem ſequitur. 47.b.2
friderici pugna ad Iconium 47.b.1. ſtratagema ibid. a ſubmerſio, & præclarum elogium 47.b.2
friderici tranſitus in Orientem 47.b.2
fuga tyrannidis tutiſſima 58.a.1
fugientium trepidatio 44.b.2
fumum tributi fugiendo in ſeruitutis ignem incidunt 12.a.2

G

Gabras Conſtantinus 17.a.2
gabras Sultani ad Manuelem legatus 21.b.2
galiza 18.a.1
gangræ Ponticæ vrbis expugnatio & amiſſio 6.a.2
ganos mons Macedoniæ 58.a.1 Cardinalis 70.a.2
gener filio non præferendus 4.b.1
genua Manueli conciliata 25.a.1
genuenſes 51.a.1 Cretam occupant 72.a.1
gerardus Antiochiæ princeps 15.b.2

germanus

germanis Corcyra cuſtodia credita 13.b.2
Gelielmus Siciliæ rex 22.a.1 eiuſdem expeditio contra Romanas prouincias 35.a.1
ginclanum 47.a.2
græcia in tyrannides diſtracta 75.b.1
græci Germanis bello impares 25.a.1
græci offenſum Deum prudenter placant 54.a.1
græcorum degeneres animi 68.b.2 vanitas 70.b.2
græcus ignis 45.a.1
graoſgala
guidus Andronicus 72.a.1
gymnus Corcyræ præfectus 12.a.1
gyrolimna 61.b.2

H

Hagiochriſtophorites, Antichriſtophorites 34.b.2
hagiochriſtophorites Stephani tyrannidis 39.a.2
hagiochriſtophorita obtruncatus ab Iſaacio Andro. 40.a.1
hagiotheodorites à Styppiota loco pulſus 20.b.1
hagiotheodorites Manueli à mandatis 10.a.1
hamas mons 42.b.2
hamonis falſa iactatio victoriæ, & aues 49.a.2.
henric. Dand. Venetus bellum contra Byzant. parat. 61.a.2
herculanus ſcyphus 16.a.2
herricus Flāder imperator deſignatur 72.a.2
herricus, Henricus, ſiue Ericus Balduini frater 69.b.2
herricus Blachos profligat 72.b.2
herricus Oreſtiadem fruſtra oppugnat 69.b.2
hippocrates Perſarū regem aſpernatur 65.b.1
hiſtoriæ laudes 11 ſtylus ibid.
hiſtoricorum vana magniloquentia 12.a.1
homicidæ in templa veniam petunt 40.a.1
hominis in morte reſolutio 1.a.1
hoſtis fugiens non vrgendus 57.a.2
hoſtis lapſus omen victoriæ 20.a.2
hoſtium diſſenſio noſtra tranquillitas 16.b.2
hungari & Hunni Pæones 15.a.1
hungari Manuelis affinitatem ſuſpectam habent 17.b.2
hungaricus triumphus Manuelis 20.b.2
hungariſſa ſtatua deiecta victoriæ ergò 20.a.2
hunni Danubij ripas incurſantes, &c. 18.a.2
hunni & Hungari Pæones 15.a.1
hunni Iſtrum tranſgreſſi, Branizobam excin. 5.b.2.
hydrales fluuius 38.b.1
hyelium Phrygiæ 24.a.2
hyelocaſtellium 33.a.2
hyperborei Scythæ, Roſſi 18.a.1

I

I litera ſuſpecta Andronico 34.b.1
iagupaſan Amaſiæ, Ancyræ & Cappadociæ Sultanus 61.b.2
iambi in Andronicum 41.a.2
iazas Hunnorum princeps 17.b.1
ibancus Alexius nominatus 58.b.1
ibancus à Romano exercitu nihil adiuuatur 53.b.2
ibancus matrem filiæ præficit 54.a.1
ibancus periurio Alexij capitur 59.a.1
ibancus Romanis vtilem operā nauat 54.a.1
ibancus ſiue Ioannes Aſanis interfector 53.b.1
ibanci crudelitas 58.b.1 defectio 588.a.2
iconienſes Ioanni Comneno dāt pœnas 7.a.2
ieiuniorum dies 19.b.2
imagines diuorum à Siculis ludibrio habitæ 35.a.2
imaginum adoratio Armenijs & Alemannis interdicta 46.a.2
imperator nihil non corrigere poteſt 38.a.1
imperator periculoſo bello ſe non committit 20.a.1
imperator, qualis eſſe debeat 8.b.2
imperatorū arrogantia & curioſitas 26.a.1
imperium ab A in I tranſiturum 48.b.2
improbitatem cauere difficile 16.a.1
infantes obtruncati à Scythis 71.a.1
ingeniorum varietas 9.a.1
inopia profuſionis comes 52.b.1
ioannes Andronici F. 37.a.2
ioannes Blachorum rex 53.b.2 à Balduino ſpretus 69.a.2
ioannes Comnenus 5.a.1
ioannes Sebaſtocrator Iſaacio ſuſpectus 43.a.2 eidem ſe purgat 44.a.2
ioannis Craſſi Comneni ſeditio 60.a.1
ioannis filij Iſaacij Comneni defectio ad Turcas 7.b.2
ioanniza domus 48.a.1
iofredus, ſiue Gotfridus 67.b.2
ioppe, Ace 45.b.1
iouis & iunonis congreſſus 36.b.1
iouis ſolicitudo 12.b.1
ira Dei placanda in rebus aduerſis 94.a.1
iracundia vecordiæ mater 9.a.1
irene filia patri Andronico ob mariti vxorem inuiſa 56.b.1
irene ioannem filium tandem colit 5.a.2
irene Iſaacij filia nubit Philippo Alemanno 53.a.1
irene mater ioanni filio infeſta 4.b.1
irenis & Alexij controuerſia de imperij ſucceſſore 4.b.2
D. Irenæ templum 25.b.2
irenicus Theodorus Meſopotamitani caſu fit cautior 56.b.1
iſaacius Angelus ad Andronicum ſe confert 33.b.2. contemptus ab Andronico 39.b.2
iſaacius Angelus obtruncato Hagiochriſtophorita ſupplex in templo ſedet 40.a.1
iſaacius Angelus fouetur ab Andronico 34. a.1. Imperator deſignatur 40.a.2
iſaacius Angelus ſegnior. 33.b.2. ſui amans, & glorioſulus 41.a.2
iſaacius ad Andronici monumentum excæcatus 51.b.2
iſaacius Balduinum & Richardum in iudici-
um adductos in carcerem conijcit 42.a.2
iſaacius Comnenus à Materna ſtirpe appellatus, Cyprum occupat 34.a.2
iſaacius Comnenus Alexij F. 4.b.1
iſaacius Comnenus Sebaſtocrator Ioanni fratri charus 4.b.2
iſaacius Blachos ſua negligentia confirmat 43.a.1
iſaacius crebris ſeditionibus exagitatus 48.a.2
iſaacius Cypri tyrannus ab Anglo captus 47.b.2
iſaacius excæcatus demenſo paſcitur 51.b.2
iſaacius Frid. interitum ante paſcha denunciat 47.a.1
iſaacius fruſtra de fratris inſidijs monetur 51.a.1
iſaacius in ſtadio virtutis facilè defatigatus 50.a.1
iſaacius parum liberalis erga Conradum Marchionem 45.a.2
iſaacius falſam victoriam iactat 49.a.2
iſaacius Ioannis Comneni F. 5.b.2
iſaacius paruo ſucceſſu cum Blachis dimicat 45.b.2
iſaacius Siculi regis iuſtam querimoniam contemnit 42.a.2
iſaacius Sebaſtocrator à Blachis captus 53.b.1
iſaacius Sebaſtocrator imperatori Ioanni reconciliatur 7.b.1
iſaacius ſeditioſis ignoſcit, & vt ſatriſiculus irridetur 44.b.2
iſaacius votis pugnat contra hoſtem 43.b.2
iſaacij Angeli inuidia deſtructa Andronici ſubſtructiones 38.b.1
iſaacij Angeli mater machinis impoſita 33.b.1
iſaacij benignitas, falſa ſpes, Blachica expeditio 51.a.1
iſaacij clades in Blachica expeditione 49.a.1
iſaacij Comneni in apparatu ſeditionis interitus 53.a.1
iſaacij concio 44.a.2
iſaacij cum Manuele fratre reconciliatio, & mores 9.b.2
iſaacij de Andronici imperio cenſura 49.b.1
iſaacij & Alexij diſſidium, flagitia & vecordia 63.a.1
iſaacij expeditio contra Siculos 41.b.1
iſaacij facta cum dictis non conſentiunt 42.b.1
iſaacij P. Ioannis Comneni ingenium 9.a.1
iſaacij inanes magnarum rerum imaginationes 49.a.2
iſaacij obitus 63.b.1
iſaacij Phyſiognomia, ætas, anni imperij 51.b.2
iſaacij querela de imperio à fratre Manuele præfecto 9.b.2
iſaacij ſacrilegia, & auaritia, & profuſiones 50.b.2
iſaacij Sebaſtocratoris in vinculis interitus 53.b.2
iſaacij ſecundæ nuptiæ, & ſordes 42.b.2

iſaacij ſomnia de monarchia & recuperandis effoſſis oculis 63.a.1
iſaacij ſuperba ad Balduinum litera 42.a.2
iſaacij tres liberi, & imaginatio diuturni imperij 48.a.1
iſaacio reſtituitur imperium 62.a.1
iſtri expugnatio 7.a.1
italicus Michaël Philippopolitanus archiepiſcopus 11.a.1
iudicium correptorum inſectatio 36.a.1

L

Laceriani Perſa 24.b.1
lachryma Andronici, lachryma crocodili 34.a.1
lachryma 66.b.1
lachrymarum vſus 35.a.1
lagi ſeditio 59.b.2
lamia Demetrij amica 40.b.1
lampe 24.b.1
lampis 22.b.2
laodicea capta à Ioanne Comneno 5.a.2
laodicenſium hoſpitalitas erga alemannos 47.a.2
lapardas Andronicus contra Batazen miſſus 31.b.2
ab Andronico deficit 33.a.1. excacatus fit monachus 33.a.2
lapis ſepulchri Christi 27.b.1
lardea 45.b.1
laſcaris Theodorus gener Alexij 58.a.1. belli coſtis innenis 61.b.2. fruſtra Erico & Planciore ſiſtere cupit 67.b.2
laſcaris imperium affectat 70.b.1
laſcaris Theodorus fortito adepto imperium fugit 64.b.1
laſcaris ditio 71.b.2
latini phalanx robuſtiſſima 43.b.1
latini a Romanis oppugnati, vrbes occidentales recuperare ſatagunt 69.a.1
latini à Scythis ad Rufinum caſi in inſidias pelecti à Blachis caduntur & capiuntur 69.a.1
latini Byzantium diripiunt 64.b.2
latini Didymotichum & Adrianopolim acceſſunt 71.a.2
Latini inſolentes 35.b.1. in Thracia graſſantur 69.b.2. prouincias ſortiuntur 67.a.2
latini rapinis, ferro, incendijs Byzantij graſſantur 63.b.1
latini ſeu Franci bellicoſiſſimi & fideliſſimi
latini ſeu Franci vrbe pulſi inſulas vexant 30.a.2
latini ſubditos pro hoſtibus vlciſcuntur 70.a.2
latini ſuperbi & indomiti 8.a.2
latinorum celeres ſucceſſus 68.b.1
latinorum Commentum ad placandos vulgi animos 45.a.2
latinorum cupiditati nec ſacra nec profana ſufficiunt 62.b.1
latinorum diligentia 72.b.1
latinorum et Piſanorum ades diruta 62.b.1
latinorum et Romanorũ velitationes 61.b.2
latinorum expeditionis contra Byzantium inſectatio 66.a.1
latinorum in Romanos odium 35.b.1
latinorum inſectatio ibidem
inſolentia 67.b.1. in Thraces crudelitas 64.b.2. 69.b.2. in victu delicia 67.a.1
latinorum iuſiurandum de non violanda pudicitia 66.b.2
lebunes Armenius 6.a.2
legatus hoſtem confirmat 58.a.2
legati ab Iſaacio parum honorificè tractati 47.a.1
legati vecordes Fridericum & Iſaacium committunt 46.a.2
legati vtrinque miſſi 44.b.1
leonis Syneſij ſuſpendium 34.a.2
leonem auribus tenere in ſomnis 5.b.2
leontium Hieroſolymitanum 46.b.1
leontius monachus patriarcha ibidem
libelli de Imperatorum ſucceſſione 36.b.2
libido tyranno pro iure eſt 42.a.2
limmochir Phrygia 24.a.1.2
lineus thorax 44.b.1
lingua moderandum 16.a.1
litina Phrygia 24.a.2
litera ſagittis alligata 18.b.1
lobizus caſtellum 45.b.2
Cancellarius 25.a.1
lopadij Epiſcopus excacatus ab Andronico 34.a.2
lopadiani ſubacti 33.a.2
lumina ſupplicium 60.a.2
lychnites gemma 7.a.2

M

Machina quadrangula 60.b.2
machometus cũ Maſuta redit in gratiã 6.a.1
machometi non Deus, ſed doctrina condemnata 27.a.1
macroduca Conſtantini ſupplicium 34.b.2
macron 62.b.2
mahometi Deus 26.b.2
maius Sicula claſſis prafectus 14.b.1
maandri tranſitus 11.b.1
maim Manuelẽ in ipſa vrbe inſectatur 15.a.1
maga ſaltatio in templo 64.b.2
moguntia 25.a.1
magi ſe aſtronomos profitentur 19.b.2
magica praſtigia quid valeant 19.a.1
magiſtratuum abſtinentia 38.b.1
magiſtratuum deſignatio 38.a.1
malea 12.a.1
maleinus Comneni Alexij ſocius 35.a.1
mamalus ſcriba combuſtus ab Andronico 36.b.1
mangaba Theodori ſeditio 45.b.2
maugana 4.b.1
mangapha à Sultano proditus, in carcerem conijcitur 45.46.a.1
manuel Andronici F. 18.a.1
manuel Camyces Protoſtrator 44.a.2
manuel Clizaſthlanis pater, à filio parum reuerenter colitur 17.b.1
manuel Ioannis Comneni F. 5.b.2
manuel Iſaacij F. imperator ſalutatur 67.b.1
manuel Sebaſtocrator patri Andronico aduerſatur 39.b.1
manuel A ſibi ſucceſſurum timet 10.b.1
manuel à Byzantinis cupidè ſuſcipitur 9.b.2
manuel à gregario milite arguitur 23.b.2
manuel acerbus tributorum exactor 25.b.2
manuel affinem Stephanum fruſtra conatur Pannonia regem facere 17.b.2
manuel Alemannis in Oriente inſidiatur 11.a.2
manuel Andronicum depinxit ſuis coloribus 30.b.1.2
manuel Archizupanum Blachicum duello ſuperat 14.a.2
manuel aſtrologia damnata cucullatus obit 27.a.2
manuel aſtrologorum dicta pro oraculis accipere ſolitus 20.a.2
manuel diuinitus Imperator deſignatus 9.a.1
manuel execrationi patriarcha Attici orbitatem ſuam acceptam refert 13.a.1
manuel Euſtathio iratus 26.b.2
manuel fruſtra perſequitur Andronicũ 19.a.1
manuel Hungarũ immanem occidit 14.a.2
manuel Italos largitionibus corrũpit 25.a.2
manuel iunior Iſaacio natu maiori praſertur 8.b.2
manuel ob fuſcum colorẽ deridetur, & vltionem iniuriarũ temporibus cõdonat 13.b.1
manuel pacem fidam cum rege Sicilia facit 14.b.1
manuel Papam & Italos contra Barbaroſſam concitat 25.a.1
manuel progreſſu atatis fit peior 10.b.1
manuel Rogerij inſectationẽ deridet 14.b.1.2
manuel ſpreta Sultani legatione ſuperbia ſundas pœnas 22.b.2
manuel temerè anguſtijs ſe committit 22.b.2
manuel tempeſtatibus à Sicilia repellitur 13.14.b.1
manuel Turcorum diſcordias fouet 16.b.2
manuelis ad Byzantinos litera 24.a.1. adificia & luxus 25.b.2
manuelis Aegyptiaca expeditio 21.a.1
manuelis audacia & vigilantia 22.a.2. capitalia pericula 23.a.1
manuelis Comneni audax facinus à patre caſtigatum 7.b.2
manuelis concio Pannonica 20.a.1
manuelis concurſiones equeſtres Antiochia 15.b.2
manuelis copia diſſipata cladem à Turcis accipiunt 16.a.1
manuelis cum Venetis controuerſia 22.a.1.2
manuelis decretum de dicto: Pater maior eſt me 26.b.1
manuelis & Clizaſthlanis recriminationes 22.b.1
manuelis & Sultani conflictus 33.a.2
manuelis expeditio Armeniaca 15.a.2

laceriana

Laceriana & Panaſiana 24.b.1
Pannonica 16.a.2
Perſica 6.b.2.22.b.1
Contra Seruios 20.b.2
Siculos 12.b.2
Hungarica 14.a.2
Manuelis inceſtus cum fratris filia 10.a.1,15 a.2
manuelis ineptiæ de ſua longæuitate 27.a.2
manuelis imp. ingenium 9.a.1.
manuelis Lachanæ ſuſpendium. 54.a.2
manuelis Literæ binæ ad Clerum 9.b.1
manuelis negligentia, profuſio & licentia militum 61.a.1
manuelis patientia in conuicijs 13.b.1
manuelis perfidia Sultano renouandi belli cauſam ſuppeditat 24.a.2
manuelis profuſio in Clizaſtablanem 17.a.
manuelis rapacitas & profuſiones 26.a.2
manuelis ſecundæ nuptiæ. 16.b.1. ſepultura 27.b.1
manuelis ſimulata benignitas erga Alemanos, & apparatus bellicus 10.b.2
manuelis ſomnium 24.a.1 theologia 26.a.2. tolerantia 24.b.2 triumphus Seruicus & Hungaricus 14.a.2
manueli 5000. auri centenarijs conſtitit bellum Siculum 14.b.1
manuele prudenter turbaſſe Italiam 25.a.2
maraptica ſcortum Andronici 40 b.1
marchio Montiſferrati Manuelis amicus 25.a.1
mariam Manuelis F. ducit. 22 a.1
maria Hungara Iſaacij uidua nubit Bonifacio Marchioni 67.b.2
maria Manuelis F. ab Alexio Pannonio diuellitur 22.a.1
maria Porphirogenita in Alexium Sebaſtocratorem coniurat 28.a.2 in aſylum confugit 28.b.2
maria ſeditionem concitat ibidem
S. Maria Romanorum Bellona & triumphatrix 20.b.2.
S. Mariæ ædes Tamiathi 21.a.2
maræ Ceſariſſæ & Ceſaris interitus 31.a.2
mariæ mariti oratio ad milites 29.a.1
marinus dux Venetiarum 69.b.2
marij Cymbrica victoria 12.a.1
marſyas 12.b.2
martyres Chriſti miraculis remuneratur 36.a.1
maſuti liberi 16.b.1
maſuti Iconij Sultanus 6.a.1
mauropuli ſomnium 24.a.1
maurozomes imperium affectat 70.b.1
maurozomi ditio 71.b.2
maurozomes Theodorus 21.a.1
mazara Theodorus 26.b.2
medicamentorum & pœnarum idem vſus 65.b.2
mediolanenſes à Manuele contra Germanos adiuti 25.a.1
megarita pirata 42.b.2
melangia inſtaurata à Manuele 9.b.2
melas fluuius Alemanis infeſtus 11.a.1
melibotum 21.a.1
melitene 59.a.1
melitene occupata à Clizaſthlane 17.a.2
meludianum palatium 40.a.2
mendicus in Andronici gratiam exuſtus 50.b.2
menſa ſacra 10.a.1
mercurium, irato Deo, Moly deſtituit 40.b.2
meſene Thraciæ oppidum 57.a.2
meſenæ excidium 71.a.1
meſopomitanus Conſtantinus 51.b.1
meſopomitanus Conſtantinus ab Euphroſyna euectus 45.a.2
meſopomitanus & ſacrificus & aulicus 56.a.1
meſopomitanus ſublatus in altum, ut lapſu grauiore ruat 56.a.2
michael Oxites monachus & patriarcha 9.b. 11.b.2
michael Stryphnus accuſator Meſopotamitani 56.a.2
michaelis Comneni defectio 60.a.2
miles crudelitatis dat pœnas 18.b.2
miles rudis & ſine pectore, à Muſis & Gratijs alienus 67.b.2.
militis gregarij fides erga Manuelem 25.a.2
militum indignatio contra Ioannem 7.b.1
militum perfidia & fucata excuſatio 49.b.2
militaris diſciplina poſt victoriam 36.a.1 67.a.1
militaris diſciplinæ diſſolutio cauſa excidij imperij 26.a.1
militaris impietas & petulantia 35.a. licentia in uictos 35.b.2
milij fornix 61.b.2.
mineruæ ut Occidentalium fautrix comminuta à plebe 30.a.2
mitatum, ſinagoga Saracenorum 61.b.2
moderatio etiam erga hoſtem adhibenda 51.b.2
moguntinus Friderici Cancellarius dum Italicas vrbes à Papa auellit, capitur 25.a.1
cum Monachis expoſtulatio 66.b.2
monachi aſſentatores Iſaacij 61.a.2.
mona. hi barbati, & titulotenus Monachi 25.b 2.
monachis non prædia, ſed uictus præbitus à manuele 25.b.2
monaſteria à frequentia hominum remota eſſe debere 25.b.2
monaſteriotis Leonis autoritas 56.b.2
monembaſia Siculis reſiſtit 12.a.1
montiſferrati Marchio Conradus Cæſar
Mopſibeſtia 9.b.1
morabus fluuius 49.b.1
morbi in bello moleſtia 31.b.2
mortheodorus 45.b.2
mortuorum lotio 42.a.2
mahumeti Iconienſis Sultani potentia & nobilitas 7.b.2.
mulieres in fuga in medium agmen compulſæ 66.b.1
mulieres ſeruandi modi neſciæ 59.a.2
mulierum amor noxius 62.a.2
munitio nulla ſine uiris fortibus defendi poteſt 12.a.2
munitiſſima loca diuinitus traduntur in manus hoſtium 12.a.b.1
mundus, nauis Veneta 61.b.1
murzuflus Alexius Ducas Latinis reſiſtit. 63.b.1
murzuflus perfidè occiſo Alexio regnum inuadit 41.b.2
Murzufli & Danduli irrita pacificatio 64.a.1
murzufli fuga. 64 b.1
murzufli ingenium & uindicandæ libertatis ſtudium 64 a.1
murzufli miſerabili interitus 68 b 1
murzufli rapacitas & irritus belli apparatus 64.a.1
murzuflo cognati infeſti 64.a.1
mylaſſena prouincia 60.a.2
myrioccphalon 22.b.2
myſi ſeu Blachi Hemi montis accolæ deficiunt 41.b.2
myſi Conſtantiam & Varnam expugnant 60 b.1.
myſorum & Latinorum pugna ad Serras 69.b.1

N

Natura corruptrix et futilis muliercula 9.a.1
Natura quonis cibo ſuſtentatur 19.b.1
Naufragorum incolumitati conſultum ab Andronico 33.a.1
nauis maxima 22 a.1.2
neeman Stephanus Seruius à Manuele cohercetur 20.b.2
nephon monachus 11.b 2
neſcia mens hominum fati ſortiſq; futuræ 13.a.2
neuzicum 49 b.2
nicæa Bithyniæ metropolis expugnata ab Occidentalibus 5.a 1
nicææ deditio 35.b 1
nicæas capit Andronicum 15 b.2
nicæenſium ferocia 33 b 1
nicephorus Paleologus Trapezuntius 27.b.2
nicephorus ſpado accubitor Andronici 57.a.2
nicephori Phocæ ſanctio contra monachorum auaritiam 25.b.2
nicetas Mundanus, patriarcha 46.b.1
nicetæ præſulis Choniatæ præſagium de Manuele 27.a.1
nicolaus nicænus pontifex 55.b.2
nicolai archiepiſcopi Corinthij interitus 7 b.2.
nilus Aegyptum irrigans 21.a 2
niſus 49.b.2.11. a.1 niſus munitur 18. b. 2
nix fores obruens 41.b.1
nobilitati mutatio imperatorum lucroſa 51.a.2
nouennium ad triennium ob peccata contractum 49 b.1

O

Obſcenitas indigna uiro docto 27.a.1
Obſcuritas tutior claritate 44.b.2

obſides à Friderico caeſi 47.b.2
obſidium timori data venia 47.a.2
obſidionem lues & fames ſoluunt 70.a.2
occidentales Manueli formidabiles 25.a.1
occidentalium expeditio in Paleſtinam 5.a.1
oenaeum Andronici receptus 28.a.1
officij & concordiae neglectus 71.b.2
ogygia vrbs 43.a.1
vinaria 41.b.2
omnia infelicis imperij 32.a.1
opifices Latinorum aedes direpturi, malè tractantur 45.a.1
oraculum ἄιμα de Comneniorum ſucceſſione 22.a.1
oraculum de Andronici moribus & interitu 41.a.2
oraculum de ſpacio imperij Manuelis 27.b.1
oraculum de Tauriformi rege 41.a.2
oraculum in periuros 24.a.2
oracula ambigua ad uitandum mendacij probrum 19.b.2
oracula de obitu Ioannis Comneni 8.b.1
oracula uana 36.b.1
oreſtias Adrianopolis 33.a.1
oreſtias Macedoniae vrbs 4.b.1.
orientales alemãnos ferro, fraude, ueneno perſequuntur 11.a.1
orientales Romani accidentalibus non ſubueniunt 70.a.2
oſtenta in Branae defectione 44.a.1

P

Pacificationis ſpe deceptum aduerſarium adoriuntur Graeci 55.a.1
Paſt:arius 3.a.1
Padiates Theodorus contra Seruios miſſus 20.b.2
Paeones Hungari & Hunni 15.a.1
Paleologus Alexius gener Alexij 58.a.1. Andronicus 37.b.1
Michael 10.b.1
palaeologus Michael contra Siciliam mittitur 14.a.1
palaeologo Michaeli abrogatur imperium 14.a.2
palaeologus re bene geſta contra Siculos per calumniam reuocatur 14.a.1
palatinus miniſter 29.a.1
palatium à plebe diripitur 40.b.1
palatium in noſodochium mutatum 51.a.1
pamphilum 70.a.1 panaſiani perſae 24.b.1
pangaeus mons 58.b.1
panteugenus Iſaacij proditor 51.b.2
papa à Manuele concitatus Fridericum Romae excludit 25.a.2
papuces ſiue pupaces 13.a.2
papycij montis monaſteria 48.b.2
pater maior me eſt, ſcrupuloſius diſputatum 25.a.1
patris delictum luit filius 48.b.2
patrae nouae 58.b.2
patriarcha apoſtolicus 67.a.1
patriarcha Theodoſius cedit inſanae turbae 81.b.2.
patriarcha tyranni mancipium 31.b.2
patriarchae autoritate, Mariae ſeditio compeſcitur 29.a.2.
patriarchae Camateri obitus 70.a.1
S.Pauli Comes 61.a.2.69.a.1
D.Pauli imago Andronici interitum deplorat 41.a.2.
pacis ur liberali patrono fidelis 66.a.2
pax tributo redempta 42.b.2.
pacis petitio cũ ad bellũ inſtructus fueris 22.5.b.2
pazinacarum feſtum 5.b.2
peccata calamitatum cauſa 42.a.1
pecuniae rerum neruus 10.b.2
pedites ab equitibus in equos ſublati 47.b.1
pegae vrbs Helleſponti 67.b.1
pelagonia 14.a.1
pelagoniae opportunitas 15.a.1
pentacher Phrygiae 24.a.1
pẽtapolitani Turcae oppreſſi à Manuele. 17.a.1
praea obuerſa Orienti 61.b.2
perforatus lapis 61.b.2
perinthi excidium 70.b.2
perſae etiam poſt pacẽ Romanis infeſti 24.a.1
perſae fugiendo pugnant 21.b.1
perſarmenij 26.a.1
petebinus Antiochenus ſatrapa, ſiue rex, Manuelis ſocer 16.b.1
petraliphae fratres 13.a.2
petrus Blachus defectionis Myſorum autor 42.b.2.
petri Blachorum regis interitus 53.b.2
petrus Myſus diadema ſumit 43.a.1
petrus Plancus Aſianas vrbes occupat 67.b.2
peucia locus 10.a.1
phaeton ſtulti principis exemplum 27.b.1
pherep expugnatio 7.a.1
philadelphienſes ad Andronicum deficiunt 52.b.2
philadelphienſium ingenia 45.b.2. leuitas 31.b.2 perfidia erga Alemannos 47.a.2
philadelphium 62.b.2
philautia caecos facit 51.a.2
philippa Alexio pannonio nubit 22.a.1
philippa Calamanum ſpernatur 19.a.1
philippa Petebini filia Andronici amore capitur ibidem
philippopolis à Blachis vaſtata 70.b.1
philocalius Choniate ſucceſſor datus 64.a.1
philomelij excidium 47.a.2
philomolpi 71.b.2
philopatium exterius 106
phrerij Hieroſolymitani 84.a.2
phrygia ſuperior 9.b.1
pigae à Petro plancio occupatae 72.a.2
pignora recepta, pecunia non reddita 44.a.1
pirene fons Acrocorinthi 12.a.2.
piſanae copiae 55.a.1.2.
piſani contra Venetos concitati 61.a.2
piſanorum & Venetorum recõciliatio 62.b.1
piſcatores claſſem uiuunt 45.b.1
pithecanae munitiones 10.a.1
piza expugnata à Romanis 7.a.1
plancius Petrus Pegas occupat 72.a.1
pleae Comes 69.a.1. occiditur ibidem. Dolacius 61.a.2
plebs temeraria 23.b.2
plebis intemperies 62.b.1
pluſias 72.a.1
podagra ex ſuperbia ſimulata 64.a.1
pollicitatio & liberalis, & prudens 25.a.2
pomum amatorium 19.b.2
pontifex Romanus pacem inter Manuelem & Rogerium conciliat 14.b.2
populus ob diuinam maieſtatem potius quàm imperatoriam laeſam punitur 49.a.2
populi affectus graſſante tyranno 24.b.2
populi perfidia, leuitas & crudelitas 41.a.1
portae aperiendae ratio 4.b.2
praca 9.b.2.
praeſentia magis afficiunt quàm abſentia & futura 56.b.2
primogenitorum praerogatiua 8.b.2
princeps mollis Reipublicae calamitas 62.a.2
principus inſula 50.b.1
principijs obſtandum 25.a.2
principum uita ſolicita, ſuſpicioſa, tyrannica 19.a.2
priſtblaba vrbs Ogygia 43.a.1
prodigium pueri capitonis 27.b.2
prodigijs atrociſſimae clades non praenunciatae 65.a.2.66.a.1.2.
profuſio rapinas parit 47.a.1
prooemium calumniatoris 55.b.1
propontis ad Branam deficit 42.b.2.
propontidis amoenitas 45.b.2.57.b.1
proſachum Blacorum munitio 57.b.1
de proſaci oppugnatione deliberatio ibidem
proſuchus 10.a.1.11.a.1
prote inſula 30.b.1
protoſebaſtus Alexius liberalitate ſuos in officio retinet 29.b.2
protoſebaſtus in uincula coniectus excaecatur 30.a.2
protoſebaſti claſſis contra Andronicum 30.a.1
protoſebaſti ignauia, parſimonia, excaecatio 30.a.2.
prouidentia alios alijs rationibus ad deſtinatum finem perducit 48.b.2
cum prouidentia expoſtulatio 16.a.2
prudens cunctatio ſalutaris 16.a.1
pruſae excidium 84.a.1.2
pruſae irrita obſidio 68.a.1
pruſenum caſtellum 46.b.1
pſeudalexij ſeditio 48.a.1.52.b.2
interitus 48.a.2.52.b.2
pterygionites ueneficus 31.a.1
pulex fabuloſus 56.a.2
puellarum facies luto pro fuco infectae inſuga 66.b.2
pueri duo Imperatoris Imperatores 50.a.2
pupaces ob Andronici fugam adiutam plectitur 18.a.2
pupaces ad Corcyrã aſcẽdit incolumis 15.a.2
puſguſa palus à Ioanne Comneno ſubacta 8.a.2
puzenus ſuis rationibus conſulit 16.a.2
puzenus quaeſtor Manuelis 10.a.1

puzenl autoritas, inhumanitas & ſordes 10.a.1
pyræ incenſæ ad ſpeciem maioris exercitus 59.a.1
pyramus fluuius 9.b.1
pythiæ thermæ 60.a.2

Q

Quæſtio de incarnati Dei oblatione 26.a.2
S. quadraginta martyrum templum 39.a.5
querela de corrupto ſtatu Reipub 56.b.2
qui occaſionem malo præbet, aut id cum poſſit, non prohibet, mali autor habetur 10.a.2

R

Racendytes Antigoniomonaſterienſis 50.a.2
radeſtus vrbs 51.a.2
raimundus Antiochiæ princeps 7.a.1 Ciliciam infeſtet 9.b.2
rapacitatis pœna 58.a.2
rara exempla non pro legibus habenda 4.b.1
regni nouitas turbulenta 9.b.1
reipublicæ interitus cauſæ 55.a.2
religio non diſputationibus, ſed vitæ ſanctimonia declaranda 58.b.2
rentaceni Baſilij ſupplicium 43.a.1
rex terrenus Deus 50.b.2
regi non vacat indulgere genio 54.b.2
regum diuina in extremis periculis defenſio 23.a.2
regum libido effrenata 46.b.1
regij pueri neglecta educatio 27.b.1
regibus ſuſpecti viri præſtantes 15.a.2
rhædeſtus Thraciæ 57.a.2 69.b.1
rhædeſti excidium 70.b.2
rhegium Propontidis 57.b.2
roit 70.a.1
rhyndacus fluuius, & oppidum 11.a
richardus Siculus nauarchus à Crana captus 41.b.2
rogerius Siculus Corcyram capit 11.a.1
romanus ſtatus erecta victoria ergò 20.a.1
romanus Calızæ princeps 59.b.2
romani Diogenis clades Perſica 7.a.2
romani, id eſt Græci, modeſti 56.b
romani à Latinis repudiati, Blachorum ope vrbes ad defectionem impellunt 45.b.1
romani cæduntur à Blachis ibid.
romani & à Scythis & Latinis affliguntur 69.b.1
romanorum, id eſt Græcorum iniuriæ factæ Alemannis 44.a.2
Romanorum cædes ad Arcadiopolim 69.a.1
romanorum cadaueribus inſultatum à Turcis 23.b.2
romanorum ignauia 72.b.1
romanorum militum perfidia 72.a.2
romanorum trepidatio 23.b.1
roſæ inter ſpinas naſcuntur 57.b.2
roſſi Scythæ hyperborei 18.a.1
rucradinus Chaicoſroen pellit 59.a.2
rurican Ciabæ princeps 59.b.1
ruſium 70.b.2

S

Sabbatius Armenius 28.b.2
ſacerdos Aſcanii interitum denunciat 53.b.1
ſacerdos profana ne tractet 56.a.1
ſacerdotij temeraria abrogatio ibidem
ſacra pecunia imperatorum præda 44.a.1
ſacri belli deteſtatio 29.a.2
ſacrilegiorum deploratio 64.b.2
ſacrilegijs aſcripta cauſa Byzantini excidij 61.b.1.2
ſagittæ auratæ per ludibrium Byzantium coniectæ 14.b.2
ſagittarius Perſa inſignis 24.b.2
ſalomonij libri 19.b.1
ſames Ameras 42.b.1
ſanguinis mutua guſtatio in fœderibus 47.a.1
ſapientia humana fati miniſtra 39.b.2
ſaracenicum fœdus 47.a.1
ſaraceni Latinis humaniores 65.a.2
ſaracenorum ſynagogæ direptio cauſa incenſæ vrbis 54.b.2
ſardanapalus 37.b
ſardica ſpoliata ab Hunnis 5.b.2
ſardica Trindiza 15.a.1
ſcala turrita in Corcyræ oppugnatione confringitur 13.a.2
ſcalæ ex funibus 62.a.1
ſcincus beſtiola venerem excitans 37.b.2
ſclerus Seth excæcatus ob Magiam 19.b.2
ſcopia 69.b.2
ſcorta militibus grata 86.a.2
ſcula imperatoris affinis 61.a / 5.a
ſcurus Acrocorinthum confugit 68.b.1
ſcurus Alexij imperatoris filiam Eudociam ducit 68.b.2
ſcurus Leo Nauplij tyrannus 68.a.2
ſcutarium 61.b.2
ſcutarium palatium ad Damalim 26.b.2
ſcythæ arte profligati à Com. Ioan. 5.b.2
ſcythæ Blachis opem ferunt 41.a.2
ſcythæ fugiendo pugnant 57.a.2
ſcythæ quo pacto Iſtrum tranſeant 14.a.2
ſcythæ Thraciam vaſtant 69.b.1 70.b.2
ſuis dæmonibus homines immolant ibid.
ſcytharum incurſio in Macedoniam 58.a.1
in Thraciam 57.a.2
ſcytharum ſepulturæ 71.b.2
ſcythicum vallum 5.b.2
ſebaſtianorum fratrum ſupplicium 55.a.1
ſeditio armis oppreſſa 28.b.2
ſeditioſorum bonum principium & malus finis 28.b.2
ſelybria inuiolata à Scythis 71.a.2
ſelybria receptus Choniata 67.a.2
ſenacheribus inſidiatur Balduino 67.b.2
ſepulchrorum violatores moriuntur 54.b.2
ſerpens cauda incedens 27.b.2
ſerpentis præſtigia 19.b
ſerræ incenduntur 89.b.1
ſeruij ad Nicomediam habitare iuſſi 5.b.2
ſeruij ſeruire ſoliti ibidem
ſeruij ſubacti à Manuele 14.a.1
ſeruij Triballi 5.b.2
ſeruiorum Zupanus victus 49.b.2
ſethus Magus Andronico exitium prædicit 39.b.2
ſezerini pecunia incolumitatem rediminut 7.a.1
S I pro 18 39.b.2
ſibylla philoſopha ab vtero matris 30.a.2
ſicidites Michael excæcatus ob Magiã 19.b.2
ſicidites monachus hæreſiarcha 38.b.2
ſiciditæ ſcriptum de diuinis myſterijs 19.b.2
ſiciliæ rex Romanis prouincijs infeſtus 10.b.2
ſiculæ claſſis calamitates 42.a.1
ſiculi à Brana in tractatione pacis cæſi 41.b.1
ſiculi captiui miſerabiliter tractati 42.b.2
ſiculi exercitus diuiſio 37.a
CC. Siculorum naues 42.a.1
ſiculis ſecuritas & legionum diuiſio nocet 41.b.1
ſiculum bellum recrudeſcit 14.b.2
ſigus fluuius 35.a.1
ſilentium mulierem decet 44.b.2
ſimilium rerum narratio faſtidium parit 17.b.2
ſimulatione occupationum & mora eludenda mulierum importunitas 4.b.1
ſirmium Zeugminum 14.a.2
ſmolcui 60.b.2
ſodomitico incendio ſimilis tyranni iracundia 38.b.2
ſolomon Laodicenſis archiepiſcopus 17.b.1
ſolymæ Perſæ legatio apud Manuelem 17.b.1
ſomnio patriarcha factus 46.b.1
ſophianus Pandochæum 30.b.2
D. Sophoniæ templum 29.b.2
eiuſdem allocutio 66.b.2
ſortitio prouinciarum nondum ſubactarum 67.a.2
ſortitionis ritus in regijs comitijs ibid.
ſoſtheni j monaſterium 26.b.1
ſozopolis Pamphyliæ vrbs capta à Comneno Ioanne 5.a.2
ſubacta à Sultano 31.b.2
ſphoracium 66.a.2
ſponſa nihil comedit 58.a.1
ſpiridonacæ defectio 60.b.2
ſtemnachus caſtellum 57.a.2 72.a.2
ſtellæ interdiu viſæ 43.b.2
ſtephanus Hunnorum rex 5.b.2
veneno tollitur 27.b.2
ſtephanus Manuelis affinis ibidem
ſtethati Conſtantini aſtrologi interitus 44.b.1
ſtratagema Comneni Ioannis contra Sozopolitanum 5.a.2
ſtratagema per ſpeciem petẽdæ pacis, hoſtem incautum reddere 5.b.1
ſtrummiza 55.b.2 57.b.1
ſtryphnus Michael claſſis dux 61.b.1
ſtulitiæ opinio comes fruſtrationis 47.b.2

ſtumptum 49.b.1
ſtyppiota Canatero Logothetæ ignoſcit 16.b.1
ſtyppiota Theodorus 10 a.1
ſtyppiotes Theodorus ob Canateri Logothetæ calumnias cæcatur 16.a.1
ſtyriones Calaber 55.a.1
ſublei inſtauratio 22.b.1
ſuburbana ædificia diripiuntur & incenduntur 45 a.1
ſultanus Iconij in Oriente graſſatur 1.b.1
ſultanus Manueli vltrò pacem offert 23 b.2
ſultani pœnitentia de pace Manueli data 24 a.1
ſupercilium triſte & continuum 10.b.2
ſupercilia coniuncta 50.a.2
ſupplicium habitus 33.b.2
ſupplicibus parcendum 29.a
ſycophanticum exordium 55.b.1
ſymbolum ab imperatoribus ſcriptum 52.a.2
ſynademus 70 b 1
ſynodi 62.b.1

T

Tamisthus vrbs Aegypti à Manuele oppugnata 21.a.1
tangres Iſaacij gener 48.a.1
taniſmanius Caſtamonem recuperat 6.a.1
taniſmanij 7.b.2
tantali direptio 56 b.1
taronites Gregorius 5 a.1
tarſia 29 b.2 Nicomediæ vicina 48.a.2
tarſus capta à Romanis 6.a.2
taurocomus 43.a.2
tauroſcythæ hoſpites immolant 16.b.2
tauroſcytharum diſsidia 59 b.2
taxara Colonia 59.a.2
tempeſtas cum prælio atrociſsimo coniuncta 23.a.2
templũ ingreſſu Turcorum profanari 48.a.2
tempus mutat omnia 60.b.2
tenacitas & ſuperbia Imperatoris pernicioſi belli cauſa 41.b.2
tenebium 21.a.1
terebinthus inſula 31.b.1
teres Latinorum dux 70.b.2
ternobus Hæmi vrbs 53 b.2
ternobus ſiue Trinobus 69 b.1
teſtudo Magica 19 b.1
teſtudo Magica 19 b.1
thebæ captæ à Siculis 12.a.2
à Scuro 68.b.2
themiſtoclis inſomnia 12.b.1
theodora ab Andronico in exilium ſeducta 19.a.1
theodora neptis Manuelis pellex 25.b 1
theodoræ filius ex Manuele ibid.
theodorus Balſamus Antiochenus, ab Iſaacio aſtutè circumuentus 46 b.1
theodorus Daſiotes 9.b.1
theodorus martyr Corinthi 12.b.2
theodorus Philadelphienſis ab Erico profligatus 68.a.1
theodori martyris ſepulchrum vnguentum ebullit 35.b.1
theodoram captam ſequitur Andronicus 27 b.1
theodoſius patriarcha à Protoſebaſto Alexio pulſus reſtituitur 29.b.1
theodoſij patriarchæ aduerſario Machometico deo 26 b.2
theodoſij patriarchæ & Andronici congreſſus 30 b.1
theodoſius patriarchatu cedit 31 b.1
theodoſius Protoſebaſti maleficium beneficio penſat 10.a.2
theſſaliæ montana Magna Blachia 71.b.2
theſſalonica afflicta à Bonifacio marchione 67.b.2 capta à Siculis 15.a.1
theſſalonica cauſa diſsidij inter Balduinum & Bonifacium. 67.b.2
theſſalonicenſium capta vrbe miſeriæ 35.a.2
thomas Venetus patriarcha Byſantinus 70.a.1
thracia vaſtata à Scythis 70.b.2
thraciæ vaſtitas à Scythis & Blachis facta 71.a 2
thu'e 55.a.2
timiditas cladis & interitus autor 20.a.2
timothei Athenienſis rete 49.b.1
titus Hieroſolymitanum templum veneratur 29.a.2
tonitru ruinam ſapientum ſignificans 26.a.a
tormentis excuſſa ſaxa 37.b
tornicis Conſtantini interitus 72.a.2
toruſes Armenius 25.a.2
triadiza Sardica 15.a.1
triballi Seruij 1.b.2
tripolitanus Comes 7.a.1
tripſychus Baſilius Zeugminum inſtaurat 18.b 1
tripſychi excæcatio 36.b.2
triumphus Manuelis terræmotu impeditus 16.b.2
triumphi magnifica impoſtura 14.a.1
trophæa Barbarica 71.b.1
tunium 21.a.1
turci Alemannis infeſti 11.a.2
turci perfidiæ ſuæ Friderico dant pœnas 47.a.2
de Turcarum graſſationibus & potentia expoſtulato cum Deo 16 b.1
ad Turcicam expeditionem exhortatio egregia 11.b 1
typhon centiceps 59.b 1
typhon & Oſeris 31.a.2
tyrannicæ ſeruitutis miſeriæ 37.b.2
tyrannicum miniſterium à filio recuſatum 32.a.2
tyrannus Ioannes rectè diuinat 39 b. 2
tyrannus omnibus formidabilis. 31.a.1
tyranni conſilium diuinitus impeditum 39.b.1
tyranni metu vitæ & imperij amittendi graſſantur 38.a 1

V

Varietas militum & armorum hoſti formidabilis 7.a.2
varna expugnata à Myſis 28.b.1
victoria largitiones attrahit 17.b.1
velo occultatus auditor calumniarum 6.a.2
venæ ſectæ impoſitum venenum 17.b.2
veneta claßis Byzantium pergit 61 b.1
veneti à Manuele ſpoliati, populantur inſulas 22.a.1
veneti ab Anglis exagitati 61.a.2
veneti Manueli inſultant 13.b.1
eidem conciliati 25.a.1
veneti multi Conſtantinopoli conſederunt 22.a.1
veneti quindecim auri centenarijs promißis Manueli reconciliantur 22.a 2
venetorum & Manuelis controuerſiæ 22.a.1
venetorum & Piſanorum reconciliatio 62 b.1
Venetorum & Romanorum ad Corcyram ſeditio 13.a.1
viciſsitudo rerum 30.a.1
victoria ancipiti non dimicandum 24.a.2
victoris omnes inſolent 35.b.1
victoriæ moderandum 71.b.1
victoriæ ſæuitia diuinitus punitur 42.a.1
vindicta ſontes tandem aſſequitur 19 b.1
vinoſus locus 41.a 2
viridis color Sebaſtocratoris 28.a.2
virtus vel hoſti venerabilis 43 a.1
vitia virtutum affinitate teguntur 51 a.2
viua corpora iuncta mortuis 71.b 1
viui ſepulti cum cadaueribus ibid.
vnctiones ad laſciuiam 37 b 2
vnguentum ex Demetrij martyris ſepulchro ebulliens 30 a 1
voſcus Triballus 60.b 1
voluptas imperatoris officio antiquior 45.b 2
vrbis allocutio 66.b.2
vrbium captarum numerus numero militum maior 67.b 2
vreſis Seruius ſubactus à Manuele 14.a.b
vſblones 48.a.2
vulgus inſolentem dictionem miratur 4 a.1
vulgus potentiorum cladibus inſultat 67.a.1
vxoris pudicitia cæde vindicata 18.b.1

X

Xanthia 58.b 1 67 b.1
xene adamata ab aulicis 27.b.1
xene formoſiſsima Antiochena Manueli nubit 16.b.1
xene Protoſebaſti propugnatrix 29.b.2
xenæ imagines 58.b.2
xenæ imperatricis miſerabilis interitus 32.a.1
xerus Manuel ſagittarium Perſam occidit 24 b.2
xerxis nauarchus 31.a.11
xiphilinus Georgius patriarcha 46.b.2
xiphilini legati perfidia 30.a.1
xyloceri porta 46.a.2

Z

Zaces Perſa Romanos à tergo inuadit 7 a.2
zeugminum.) Sirmium 14 a.2

zeugminum

INDEX.

zeugminum à Com. Ioan. c... ...otũ 5.b.2. ab Hun nu occupatũ 18.a.1. à Manu. ...ecup. 18.b.1
zicandlas Baſilius Turcos perſequitur 17.b.2
ziziluces 9.b.2
zinziluces Baſilius parùm proſperè pugnat cum Hungaris 15.a.1
zinziphices 37.b.1
zumprus 39.b.1
zupanus Seruiorum victus 49.b.1
zurulus vrbs Thracia 57.a.2
zuruli excidium 71.a.1
zybriza clauſtra 22.b.2

F I N I S.



EXCVSVM FRANCOFVRTI AD MOENVM PER Martinum Lechler, impenſis Hieronymi Feierabendi.

ANNO M. D. LXXVIII.

FINE